



Pauper aquā, Sebete, fluis; sed pauper homi
Ne flueres, sertum Gloria tradit, habe.

Ant. Baldi Inv. et Sculp. Neap.

JOSEPHI AURELII
DE JANUARIO

Advocati Neapolitani

R E S P U B L I C A
JURISCONSULTORUM.



Excudebat Felix Musca
NEAPOLI Anno ccccxxxii.
Publica Auctoritate.



*Majestas an Amor tanto mage splendet in Ore?
Vel sunt Ambo pares, vel mage splendet Amor.*

Anno Baldi Feat N.

EXCELL PRINCIPI
ALOISIO THOMAE
COMITI DE HARRACH,
Proregi solertissimo Regni Neapolitani.

JOSEPHUS AURELIUS DE JANUARIO
PERPETUAM FELICITATEM.



E quid unquam
bujus amplissimi
Neapolitani Regni fortunae,
atque incolumitati deesset, post-
quam



Digitized by Google

*quam CAROLUS CAESAR
Pius , Sapiens , Felix , ac
Triumphator semper Augu-
stus , Populum hunc , jamdiu
sibi carum , atque acceptum ,
summis , pro suâ in eum Cle-
mentiâ , cumulaverat benefi-
ciis , quibus semper publicâ ,
privatâque tranquillitate ga-
visi sumus , & bellicos , si qui
forsan ab hostili audaciâ eru-
perunt , apparatus sub poten-
tissimis Armorum suorum au-
spiciis tuti , ac securi , parvi
fecimus , ac pene delusimus ;
tandem aliquando Te , A LOISI
THOMA , COMES DE HARRACH , o-
pti-*

ptimum , incomparabilemque
Principem , famâ , & expe-
ctatione majorem , nobis de-
dit , qui suas egregie hic obi-
res partes , Orbi toto , ipsique
Invictissimo CAESARI ge-
stis praeclaris , ac ingentibus
uberrime satisfaceres . Quid
de Te , priusquam pulcherri-
mam hanc Italiae Oram su-
piratissimo adventu tuo bea-
res , quid de Te , inquam , non
audivimus , quod communem
omnium admirationem , assen-
tionemque non meruerit ? diu-
que nobile , & fraeni impa-
tiens exarfit in nobis deside-

rium

rium cognoscendi Te , tuaque
propius spectandi speciosa fa-
cinora , plausibus , faustissimi-
que acclamationibus ubique
gentium coronata ; ut , quae
buc constans rumor , ac late re-
sonans , longinquis attulit e
Regionibus , ante nostros ocu-
los ipsa collocaret perspicue ,
ac luculenter experientia , nul-
loque prorsus externo tuae Vir-
tutis testimonio , nullo alieno
indigeremus judicio . Facti su-
mus voti compotes ; quod fer-
vide optavimus , nimis pro-
spere adepti sumus ; summo
Te excepimus gaudio , retine-
mus

*mus majore, maximoque, quo-
usque dabitur, tuâ frui pree-
sentiâ, retinebimus; plus enim
obtinuimus, quam obtinere
sperabamus; & uti temera-
rium antea duximus, tam
grandia sperare, ubi Tu gran-
diora praestitisti, minus eo
sperasse, quod experimur, a-
perte testamur. Et sane non
Tibi, sed Glorie vivis; nec
credis pro Gloria vivere, ni-
si pro communi viva salutem
nostrâ, ac utilitate, pro qua
mirifice juvandâ doctam ad-
hibes in suscipiendo rebus
industriam, prudentem in con-*

ficien-

ficiendis celeritatem , sagax in
praevidendis consilium ; &
dum ita omnes solaris , faves
omnibus , ac prospicis , non
tam alienae , quam tuae existi-
mas consulere voluptati ; atque
in incerto est , cuius sit majus
gaudium , illiusne , qui accipit
a Te beneficia , an Tui , qui ea
largiris ; neque is dumtaxat
accipit , qui tuâ fretus libe-
ralitate petit , sed (quod maxi-
me dignum est generoso Prin-
cipe) ille etiam , qui cum a
Te accipere beneficia mereat ,
quadam verecundâ animi mo-
deratione petere non audet ,

cu-

*cujus modestiam , pudicamque
petendi abstinentiam Tu de-
corâ praevenis largitione , ut
aeque apud Te felix sit , &
qui honeste rogat , & qui mo-
deste taceat ; Ille nempe , quia
pro desiderio suo experitur , Te
nihil optanti negare ; Hic , quia
praeter expectationem videt ,
Te etiam tacenti sponte of-
ferre , quod meritis debitum ,
publicoque bono conducibile
existimas . Quam bene , quam
sapienter publicas res , ac pri-
vatas regis , ac disponis ; ani-
mumque , & curas in diver-
sas partes non moleste , non fa-*

stidiose dividis ; si quando Te
maxima, ac graviora urgent
negotia, parva, & exigua non
deseris ; cum primos, lectissi-
mosque Civitatis Ordines be-
nigne excipis, infimos non re-
moves, non excludis ; & cum
omnibus satisfacis, nulli de-
es, singulis totus plene addi-
ctus, uti es universis ; pluri-
busque intentus rebus, uni rei
sedulo incumbere, illamque
unam videris diligenter exple-
re ; amas proinde omnes, ab
omnibus amaris ; & sicuti tuus
nos delectat amor, quia tene-
re amas, ita tibi arridet no-
ster,

ster , quia libere , ac sincere
amamus ; refulget in amore
tuo facilis erga nos generosi-
tas , in nostro debita erga Te
reverentia ; & mutuâ bac a-
moris compensatione , Tu no-
stro , obsequii pleno , nos amo-
re tuo , pleno humanitatis ,
fruimur dulcissime . Quid refe-
ram , quam acerrime studeas ,
quam attente mediteris , ut
priscam , incorruptamque a-
gnoscant fidem commercia ; ut
nos , plus solertiâ tuâ , quam
anni fertilitate tuti , ubere
nimis , ac assiduâ laetemur
Annonâ ; ut nec aspero arma-

ta rigore, nec effraeni relaxata arbitrio; triumphet in Foro Justitia; ut ea unice in Urbe regnet potentia, quae nixa est ratione, ea unice destituta praefidio imbecillitas, quae affinis est vitio; ut tota denique, seu pagana, seu militaris disciplina, legitimis coercita suppliciis, Te timeat iuste iratum, largis allegia praemissis, Te colat effuse munificum, & hoc pacto in commune bonum recte undique disposita, firmiter consistat. Has illustres, & omni aevo memorandas, regendi Artes excita-

runt

runt in Te egregie illa tua
suavis morum innocentia, mi-
tis severitas, ac clementia
non dissoluta, quae Te, mirum
quantum, supra vulgarem ho-
minum sortem evehunt, atque
extollunt; expolivit vero sale-
brosa illa, ac difficilis huma-
narum vicissitudinum scien-
tia, quae Tibi ex tot in Te
collatis publicis muneribus,
ac Legationibus, impigre sus-
ceptis, mirabiliter expletis,
doctissime comparata est, quae-
que Te nobis exhibent totius
antiquitatis apprime peritum,
civilique prudentiam, & rerum
usa,

usu, vel supra invidiam, or-
natissime praeditum, ac con-
summatum. Sed immensa
isthaec Glorie amplitudo,
tuis quae sita meritis, belle
fulget, excelsae conjuncta cla-
rissimi tui Generis Fortu-
nae; & licet non aliunde Vir-
tus tua quaerat ornamentum,
quam a Te ipso, ita ferme,
ut quam a Majoribus accepi-
sti, tot onustam Titulis, ac
Dignitatibus Nobilitatem,
posses, nisi accepisses, in Illos
splendidius auctam tuorum
gestorum lumine conferre;
tamen nescio quomodo eadem
ipsa

*ipsa Virtus plus placet , dili-
gitur magis , innexa Sangui-
ni , trophyeis , ac victoriis lau-
reato ; quasi Illa in Pectore
nobili , avitis exemplis , &
longâ meritorum origine , ac-
censo , ac stimulato , generosius
nasci soleat , nutriri faustius ,
ac gloriofius diffundi . Quam
pulchrum visu , dum Te dome-
sticam Famam feliciter ae-
mulari , tacitâ gratulatione ,
contemplamur ; & tam vetu-
stis , quos longo jactat ordine
inclita tua Propago , Heroi-
bus addi , ac connumerari ,
quam ipsis recentioribus , in-*

ter

ter quos , unde aetas nuper
praeterita insigniter decorata
est , nitent in primis Eminen-
tissimus Ernestus Adalbertus
de Harrach , Archiepiscopus
Pragae , & Tridentinus Epi-
scopus , Is , qui in sacris pur-
puratorum Patrum Comitiis ,
Romae . habitis , in quibus
Pontifex Maximus Innocenti-
us X. adlectus est , res , & decus
Imperii , summâ , quâ pollebat .
alacritate , ac prudentiâ , sa-
pienter explicuit . graviter
sustentavit ; Comes pariter
Ferdinandus Bonaventura de
Harrach fortunatissimus Pa-
rensi

rens tuus , qui in Aulâ piissi-
mi , fortissimique Imperatoris
LEOPOLDI , cui fuit consi-
lio , & rerum gerendarum pe-
ritiâ acceptissimus , auctorî-
tatem , & honores adeptus est
egregios , ac supremos . Verum
haec luminosa tuae Virtutis
specimina , istam tuae Stir-
pis nobilitatem , ab operibus
tuis ad quoddam majus splen-
doris fastigium erectam , non
in Te uno consistere , sed ad
tuos eximios Natos quadam
veluti praecoce , & ante ipsos .
oculos tuos collatâ successione
transire , atque dilabi , non si-
c ne

ne voluptate tuâ , videmus .
Prob Superûm Fides ! in
quam dulcissimam spem non
erigunt Italiam , Germaniam ,
Et utraque Mundi latera Co-
mites Federicus , Vinceslaus ,
Ernestus , Ferdinandus , carissi-
ma tua Pignora ? qui in ipso
aetatis flore , immenso ornati
Sapientiae cultu , summâ gra-
vitate consilii , solidâ animi
fortitudine , ac vivido mentis
acumine , de se longe , lateque
ingentem opinionem extende-
re , magnifice cooperunt ; qui que
in politicis , ac militaribus ,
ecclesiasticisque muneribus se-
dem

dem merito occuparunt amplissimam , unde triumphales mox faustissime dirigent gressus ad excelsas , frustra ab aliis exoptatas , Ipsiis vero per vias , & destinatas jam a communi Populorum consensione , Dignitates : Quam dulce Tui solatium , tales genuisse Filios , qui Te nobili Virtutum , & Honorum curriculo imitentur ; quam suave Filiorum gaudium . Te ostendere posse Genitorem , a quo in Ipsos speciosa Morum , & Glorie transfunditur imago , quâ innocue superbiant ; laetaris Tu ,

*Iis vitam dedisse , a quibus
tua late producitur , & aeter-
nitati consecratur ; laetantur
Illi , a Te vitam acceperisse ,
quam à Patre meliore non po-
tuisse accipere , fatentur . Sed
quorsum isthaec ? Anne opina-
ris , Princeps Excellentissi-
me , velle me tuas hic laudes ,
venâ rudi , ac ineleganti in-
genii mei , contexere ? non ita
fane animatus sum ; teneo
quantum mibi sit virium ,
quantum Tibi sit Virtutis
immeniae , laudemque omnem
penitus superantis ; nec praet-
erea me latet , illustria fa-
ga,*

Eta, quae Tu tam egregie or-
nasti, atteri quodammodo, at-
que corrumpi ab eo, qui di-
cendo ornare, audax, & suae
immemor tenuitatis, aggre-
diatur. Strictim pauca de-
libavi, angustoque verborum
ambitu complexus sum, ut
abunde omnibus perspectum
sit, quantum Tibi, Principi
eximio, nostrique Invictissi-
mi CAESARIS partes, tan-
tâ cunctorum Ordinum admi-
ratione, explenti, Nostrum u-
nusquisque debeat, quantum
praesertim Ipse, peculiaribus
adstrictus beneficiis, qui non
semel

*semel in publicis a Te desi-
gnandis, conferendisque mu-
neribus, multâ honoris signi-
ficatione, ante oculos tuos ob-
versatus sum, nullo quidem
merito meo, quod sentio, quam
sit exiguum, sed tuâ benigni-
tate, quam immensam cele-
brant omnes, ac commendant.
Verum quia immota, nostris-
que pectoribus insita, Naturae
lex suadet, ac jubet, ut bene-
facienti, quâ parte possumus,
grati simus; huic ego aequis-
simae parere legi meditabar;
sed obstitit, & quasi me a pro-
posito dimovere visum est D.*

Au-

Ausonii dictum ad Gratianum , Principum nempe beneficia mutuum non reposcerre , Privatorum hanc esse copiam , invicem esse munificos ; Vici tamen , ac fregi importunum , ac verecundum timorem , tutius , & conducibilis existimans , audacem videri , quam inertem , & quodammodo favoris immemorem : Quam obrem Tibi , praesentissimo Literarum Tutelari , firmissimoque Sapientiae praesidio , ut ita gratias referrem , Libellum hunc , tanquam aeternum obsequantis animi mei

pi-

pignus , ac monumentum dicare , imperterritè constitui . In eo quid praestiti , si quid otii Tibi tot graves , ac tam variae paullisper sinant occupationes , perspicue videbis ; Id enim negotii per subcisa tempora mihi dedi , ut inscribendo solidae serviret utilitati amica , & blande alliciens jucunditas , intentumque non ignavae meditationi , fictione gratâ luderet ingenium ; atque Legentium animus per viam quibusdam captus illecebris , veluti imprudenter , ad intimos pergeret . Dō-

Eri-

etrinae Recessus ; studi etiam
quam maxime , palam facere ,
amoeniores literas , & ne vul-
gares quidem , sed interiores ,
& reconditas , Jurispruden-
tiae admixtas , posse inter cla-
mosos Curiae strepitus , ac
concertationes colli , atque or-
nari ; nec semper Neapolitano-
rum ingenia , agendis litibus
mancipata , in novocali bar-
bare doctrinae sinu viliter
immorari , ac ignoriter tor-
pescere ; ipsumque Musarum
chorum , cum Rege suo Apol-
line , non deditnari quando-
que , in pulverem forensem lu-

d

ben-

benter descendere , atque immixtum Clientum turbae inter Atria Causidicorum versari , relictis interea Aganipei Fontis deliciis , & Pindii lauretis , dulci Zephyri murmure resonantibus . Excipe Tu igitur bunc Libellum eâ gratiâ , ac humanitate , quâ Teipso majorem exhibes , quâ cunctos tenerrime devincis ; illumque faustissimo tuo tutare Patrocinio ; quod si assequar , ut spero , opinor profecto , bene Operi consuluisse , cui tam grandem , Tuo hic apposito Nominis ,

mine , addidi splendorem ;
melius Mibi , qui tantum
Principem , meorum laborum
nanciscor Patronum ; optime
denique Patriae , quae a Civi-
bus suis grati animi testimo-
nium Tibi praestari , maxi-
me optat , & acriter hortatur.
Vale igitur , Amor , & Deli-
ciae nostrae , in cuius salu-
tem , incolunitatemque colla-
ta sunt omnium vota ; Perpe-
tuo gaude summâ erga Te
nostrî CAESARIS Gratiâ ,
atque Benevolentiâ ; Fruere
longissime illustri tuâ Sobo-
le , Tibi gratissimâ , quia tui
simil-

*simillimâ ; & quotidie excipe,
quem damus , daturi sunt Po-
steri , plausum immortalem.*

RES-



R E S P U B L I C A JURISCONSULTORUM.



Uid hoc scriptionis est ? Unde conflatur haec fabula ? quam in hac scena personam agunt Jurisconsulti ? Id sane est , quod in primis vel modeste rogitent Amici , novitate rei perculsi , vel obiciant Adversarii , si qui sunt plus aequo nasuti , qui scripturam meam obseruent , ut omnia parum bona fide in pejus rapiant . Sed His pauca : Si , quod quaerunt , eo spectat , ut in antecessum a me rerum summam , in verba succi plena contractam ipsi extorqueant , longe opinione sua falluntur : Benigne parcant Amici ; Adversarii vero medii disrupti miseri ; non ita animatus sum , ut in hoc facilis

A

cilis

R E S P U B L I C A

cilis morem alicui geram ; ipsomet operis tractus , quod volunt , docebit . Tenent hi , qui mos fuerat in priscis Graecorum conviviis ? quicunque iis praeparat , ita edicebat , ¹ οὐ πίθη , οὐ ἀπίθη , aut bibe , aut abi ; Non aliter ego ; Aut isti cuncta legant , nisi fastidiant ; aut statim hoc e manibus quidquid est libelli abiificant , si nauseant : Optio ipsis est data , utram conditionem malint , accipient , de meā sententiā non dimoveor : quamobrem neminem deprecor , ut legendis his vacet , ne de ambitu postuler ; repello neminem , ne quid superbi oleam . Sed si quis , nimiā curiositate percitus , a me cupiat cognoscere , quid sibi velit rigidum hoc , ac ineluctabile propositum meum ? En ipissimum , purum , ac putum , quod in aperto sit , quamquimaxime volo : Pierque , uti me non latet , minus in re sua religosi dederunt eorum , quae dicturi sunt , argumentum , & fuisus aliquando , quam par est , quale dederat olim M. Accius Plautus in Menaechmis , *demansum* , ut ait , *non modio , neque trimodio , verum ipso borreo* : Quid iude fit ? Delicatuli quidam , & necio cujus febricolosae literaturae , qui teste ² Phaedro , *ut patentur sapere , caclum vituperant* , leviter praegustata rerum serie ex ipso compendio , indociles sustinendi integrum lectionem , ac minime succisi , statim induunt supercilii severitatem , in

li-

¹ οὐ πίθη] De hīsœ convi- Huc respexit Cicero lib. Tuscul. viorū legibns Valerius Valen- quæst. 5. mibi quidem , inquit , in tinus jocosum carmen scriperat , cui titulum fecerat *Tapullæ* , te- vita , servanda videtur illa lea , quae in Græcorum conviviis ob- teste Feto Pompejo ; Has inter le- tinet , aut bibat , inquit , aut abeat . ges aderat illa , aut bibe , aut abi . ² Phaedro] lib. 4. fab. 6.

JURISCONSULTORUM.

libelli censuram acriter incumbunt ; & quod non accurate emedullant , per fatuum contemtum , fastidiumque ignavum sicci , ac jejuni calumniantur . Quis auctor mihi est , ut hoc pacto fiant de meo capite comitia ? Verumenimvero , ne argumentum tam ayariter , ac pene obstinate obtegeretur , huic rei a me aliquâ ex parte subyentum est , apposito titulo ; non mendace , non prolixo , non fumi pleno , ac praeftigarum ; eo satis indicatur , fore materiam non prorsus illepidam , ac injucundam ; ad quam si quis oculos irretortos convertat , lectionis moram si minus lucro , damno forsan minime apponat ; jocabimur enim non illiberaliter , ut inter seria salibus , facetiisque , & fictione non ineleganti coloratus noster diffluat sermo . Sed , en quomodo novi criminis reus pipulo differor : Itane , ajunt somniculosi quidam , & nugivendi , parum decore , & graviter de Jure , & Artis hujus Doctoribus scribitur ? Ita scribitur , inquam ; quid in me flagitii admittam ? qua plectar animadversione ? Habent ne isti homines insulsissimi , quod reponant Platonis , qui scriptis suis immortalitati tradens , Socratis sermones , de rebus severis ita scripsit , ut neque jocus magnitudine rerum excluderetur , neque gravitas facetiis minueretur ? Habent , quo Ciceronem fugillent , qui sub persona Caesaris hoc super argumento disputans , adamussim probat , turpe ne ipsi quidem Orationi esse , risum moyere ; quo persuasus Antonius , inquit , ⁴ Doctor per te , Es audacter factus sum ad jocandum ; non enim versor , ne quis me in isto genere leviorum jam putet , quoniam quidem tu Fa-

A. 2.

bri-

³ Socratis] Cicero de orat. I humanitate omnibus praeftitisse . lib. 2. refert , Socratem lepore , &c. ⁴ Doctor] De orat. lib. 2.

R E S P U B L I C A

4

bricos mibi autores, & Africanos, Maximos, Lepidos protulisti? Caeterum non sum ingenii adeo exsucci, aut indolis tam parum ingenuae, ut non viderim, quid ex Anacharsidis sententia doceat Aristoteles, ἡ τραχάζεται καὶ πονέται ταῖδιας χάριν, ηλίθιον φάνεται, καὶ λίθῳ παιδικὸν; ταῖζεται δὲ, ὅπως τραχάζει, κατ' Ανάχαρσιν ὁρθῶς ἔχεται δοκεῖ. Studere vero, ac laborare ludendi gratia, stolidum videatur, atque admodum puerile; at ludere, at agas seria, juxta Anacharsidem recte videtur habere: propterea quovis pignore contendō, nullum tradis ab Horatio praeceptum ad scribendum illo accommodatius

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci,
Lectorem delectando, pariterque monendo.*

Sed de his satis. Restant paucula, quae possint praetermitti, dicam tamen, scrupulo ne crucier leviculo, qui fastidiose spiritum rodit; Igitur opinor, alios esse interrogaturos, quis me ad suscipiendam hanc provinciam impulerit? responsum hoc habeant; Nullus. Scripsi isthaec, atque in publicum emisi, non enixe rogatus, non amicorum impulsu sauciatus, ac pene enectus: Ita vivitur, scimus; nulla jam ante oculos recens adducitur opella, cui pudibunda isthaec, sed exoleta dudum, ac rancidula cantio, non sit in fronte praefactionum moleste appetita, quae, si a quibusdam fidem subripit, ac plausum, mihi, ut quod sentio, non reticeam, stomachum movet, ac bilem; Iccirco mala, vel bona nostra sint, nauci, vel maximi pendantur, quod si-

tum

5 στραδάζειν] verba Aristotelis | 6 ab Horatio] De arte poetica.
ex libro Meralium Nicomachio-
rum. 10.

JURISCONSULTORUM.

5

tum in judicio legentium erit, mihi unice seu laus, siue ignominia debebitur, prout videar in alterutro potior. Curatur illud est praeterea, ne quae operi meo praefigeretur alicujus ambitiosa in frigidam mei commendationem epistola, aut portentosum, & mendaciorum gravidum epigramma, aut si quod aliud est, quod speciem p[re]fert inutilis, ac fucatae ad lectorum monitionis. Apage, apage hanc literarum infamiam; putida res est, & non adhuc usu, & frequentia minus execrabilis reddita, & ridicula; In hasce ineptias, pruritum semidoctorum hominum titillantes, dilapsus est Veterum nemo; ⁷ quorum, ut false inquit Terentius, aemulari exopto negligentiam potius, quam istorum obscuram diligentiam. Oculissimi amatores mei, quod mihi, & vobis bene vertat, favete, & benevoli esto te. Hic est Prologus hujus fabulae.

Annos abhinc amplius IV ego J. Genutius in foro lente, ac placide deambulabam; Erant una mecum T. Numricius, & L. Pinarius, quibuscum & genio, & communis legum studio, bonarumque artium cultu, ac amore conjunctissime vivimus: Aberat unus, fane festivissimum caput, C. Nautius, tri-duum nulli visus, is, qui semper ne digitum quidem transversum, aut unguem latum a nobis discedebat, & mutuos sermones mirum quantum docebat, ac lepide condiebat. Sed ecce optato advenit, & citato cursu anhelans, & amabili iracundia os accusus, ex Horatio illud praesenti spiritu, ac voce recitabat; ⁸ Rapiamus, Amici, occasionem de die, dum de-

⁷ Quorum] In Prol. Andriac. [bit Poeta ad amicos comicos, ut

⁸ Rapiamus] Epod. 13. scri- [hyemem hilariter traducant.

debet, obducta solvatur fronte senectus. Ad hanc improvise dicta, nos risimus, ignari, quid sibi vellet furor extemporalis; &, ut per jocum licebat, inquit Pinarius, *Teneo jam, plene teneo, mel meum, ocella mi, meum suavium, dulcissime Nauti, cur tandiu tuâ nos praesentiâ fraudaveras, clam domi, ut opinor, helleboro utebaris;* quamquam cura non satis prospere successit; non enim factus es sanitatis compos, & adhuc larvae, atque intemperiae, insaniaeque te agitant. Ita, ita est, inquit Nautius, ubi liceat in speciem lusûs feria accipere: sed non est ludicris locus, meliori otio isthaec servemus: ad vos enim venio nugas minime acturus; Illud iterum praedico non imprudens; *Rèpiamus, Amici, occasionem de die;* si parum vobis id consilii arrideat, digni procul dubio sitis, quibus potiore jure media pertundatur vena. At ego, Ne videaris, inquam, Nauti, nos tu ludificare dictis delirantibus, explica quaeso haec tua dicendi mysteria, ut liquido constet, quid velis; hoc pacto pro risu exiges obsequium: illud enim ⁹ Euripidis unice mihi factum est,

Οὐποι πέφυκα μάγτις, ὥσε μὴ κλύων
Εὖστροφῆσαι σῶν ὁδὸν βγλάματῶν..

*Divinus baud sum, nec nisi audiero, queam
Viam tuorum nosse cogitatum.*

Aequum postulas, ait mihi Nautius: quapropter exponam brevi, quod sentio. Neminem vestrum latet, uti reor, in Aegeo, longe post Cycladas, insulam esse, ubi Rempublicam optime constitutam habent Jurisconsulti, vitâ functi, quibus nescio quâ forte datum est, post obitum etiam sapere, quod uni fuerat

⁹ *Euripidis] In Hecuba.*

JURISCONSULTORUM. 7

rat olim vati Tiresiae concessum beneficio Proserpinae , ex Homeri testimonio , Odyssae x.

¹⁰ Τις καὶ τεθνεῖται νόος πόπεια περιεδόνεια

Οἴω πετρόπλις, τοὶ δέ σκιαὶ αἰχμάσιι.

Huic etiam extincio dederat Proserpina mentem,
Solus uti saperet , reliquis volitantibus umbris.

Hactenus nulli viventium fuerat pervium , illuc concedere ; sed , ut rumor est , aliquo abhinc tempore , patet aditus ; qua causa , adhuc non plene liquet , nec una est hominum opinio : verum haec non curio ; mihi certum , ac statutum illud est , ad hanc Rem publicam pergere , & jam animo viam devoravi ; eritis ne vos Nautii , corculi vestri , comites ? facile id mihi spondeo , quid enim praestat in patrio solo , plerumque inter ingrata otia , marcescere , & non immo in ipso robustioris aetatis flore , commendata senibus socordia , ac senectie , incognitas regiones non sine mentis oblectamento lustrare , & animum commercio doctrinum hominum recte , sapienterque instituere ? Satis ne plane , fatis diserte videor vobis locutus esse ? T. Numicius , eà parte scalptus , quae ipsi pruriebat , ut erat itineris faciendi cupidus , statim inquit , quantum in me est , si praesto adsit navis , jam eam conscendo . L. Pinarius ad eandem facilitatem a natura factus , & me perdant superi , inquit , si aliud est votum meum . Ipse vero seu in deliberaudo piger , seu verius , audax minus , ac improvidus , aliquantulum substiti ; sed , ne homo

¹⁰ Τῷ τοι] Usurpatur hoc a Homeri unum fuisse ex iis , quae Platone proverbi loco ; quamob- plurima Macrobius ait adagiorum rem licet coniicere , ut opinatur instar solere celebrari .
Paulus Manutius , carmen hoc

R E S P U B L I C A

mo superstitiosus viderer , ubi rimatus sum subi-
racunde conjectos in me sociorum oculos , non in-
ficiar , & me itineri paratum exhibeo . Res ita in-
ter nos composita statim suboluit Parentibus , ac
Consanguineis : O factum male ! irritavimus crabro-
nes ; tenebam enim ex Terentio

¹¹ *Quam iniqui sunt Patres , in omnes Adolescentes ,
judices :*

*Qui aequum esse censem , nos jam a Pueris illico
nasci senes ,*

*Neque illarum affines rerum esse , quas fert
adolescentia :*

*Ex sua libidine moderantur , quae est nunc ,
non quae olim fuit .*

Quamobrem extemplo illi , ut mihi præsagiebat a-
nimus , turbas concitant ; pro imperio primum ob-
stant , mox precariis lacrimis tenerrime monent , ut
faniori consilio locum demus ; nimium calidum esse id ,
quod aggredimur , ajunt ; subiectaque oculis minuta
periculorum imagine , rei difficultatem concinnis ,
appositisque verbis ornant . Nostrum vero quisque
propositi tenax , & quem nil mente quatit soli-
da , dicendi , qua valet , dexteritate , objecta accura-
te diluit , ac diligenter declinat ; atque una consen-
fione exclamamus , sene&tutem sub familiari techo es-
se transigendam : his vero integris annis , ac floridis ,
inverecundum esse , nos veluti meticulosos , a peri-
culis , sinistrâ mente , conceptis quidquam capere im-
becillis , ac incertae formidinis .

¹² *Utendum est aetate , cito pede labitur aetas ,
Nec bona tam sequitur , quae bona prima fuit .*

Quid?

¹¹ *Quam iniqui] Heant. Act.* | ¹² *Utendum] Ovid. de art.
2. Sc. 1. | aman. lib. 3.*

JURISCONSULTORUM. 9

Quid? non levis suscipiendus est labor? hunc alacri animo suscipiemus; nullum enim sine labore commodum comparatur; Plauti proverbium nemini est obscurum,
 13 *Qui e nuce nucleum esse vult, frangit nucem;* praeferunt cum Cicero doceat,
 14 *summos labores, magnâ compensatos gloriâ, mitigari.* Sed C. Nautius, inventor, atque hortator novae, nec injunctae peregrinationis, is, qui neque lingua rudit, nec erat ingenio pauper, in commune ut consuleret, & exasperatos animos in vota nostra flecteret, ac conciliaret, rem altius repetens, confidenter contra Hos in haec verba differuit. Si quam rem effectu non adeo difficilem, opinione arduam, ac involutam reddimus, jam nihil est, quod aggredi possumus, desperata sunt omnia, & posthac totam in socordia locabimus vitae felicitatem, ut is sit beatior, qui negligentior. Sed id minime prudentiae caverunt praceptis, quibus monemur, spectatâ rei honestâ utilitate, caetera omnia esse contemnenda; Hac ratione ducti, quid est, quod incommoda, timoribus stipata, somniemus? an non ab itinere mox per agendo multa fiet nobis penitioris doctrinae, & exacti judicii accessio?
 15 *Veteres sagacissimi, ubi probe perspexerant, peregrinatione doctiores evadere, eorum fuit nemo, qui id non ariperet, quod*

B no-

13 *Qui e nuce*] In Curculo quod peregrinatus fuerit; Hercules, & Dionysius ab prudentia

14 *Summos*] De Orat. lib. 3. longe commendati, ita etiam

15 *Veteres*] Prudentissimi apud praeter alios Pythagoras, & Tales Milesius ob longam peregrinationem in penitissimas plagas, e quibus Viris disciplinam, leges, ipsamque humanitatem Graecia, & Italia feliciter agnoverunt.

nobis horridum , ac senticosum depingitur ; exempla mihi suppetunt sexcenta memoriter , nam sunt post natos homines infinita , quae si ad unum cognoscere in deliciis habetis , per me non stat , quominus aures vestras Circulatorum in morem his narrandis excarnificem . Illud tamen est nostrae peregrinationis peculiare , ac veluti palmarium , quod videbimus , alloquemur (res mira , quae nulli adhuc mortalium contigit) homines , vitâ funestos , quasi adhuc Hi viverent , pristinamque Doctrinæ , ac Eruptionis conditionem servarent incolumem ; An cupiditas isthaec erit eâ laudabilior , qua affectus est ¹⁶ Gaditanus , qui , ut T. Livium , adhuc viventem , de facie nosceret , ab ultimo orbis angulo , volens , libensque profectus est ; aut qui visuri ¹⁷ Cujacium , spirantem adhuc vitales auras , a Germania , aliisque longinquis Provinciis pedem turmatim extulerunt ? Sed præ nostrâ erga maiores observantia facile nobis hac cupiditate interdiceremus , nisi longe phura , ac melioris succi addiscerentur hac viâ , quam si diuturna lectione sub patrio lare nos macerabimus : Exigua sane , & mendica est Ars , frigida , ac inanis Meditatio , quae in umbra delitescit pallida , ac tristis , nec ab usu , ac rerum aspectu politur , ac nobilitatur ; languet enim animus , haeretque piger , ac gravis in privatis studiis , non recte semper institutis , & in ferenda judicio de Scriptoribus Juris

ta-

¹⁶ *Gaditanus*] C. Plin. Secundus epist. 3. lib. 2. ad suum nepotem scribit , *Nesciuntem te-
gisti Gaditanum quendam Titi Livi nomine , gloriâque comme-
sum , ad viuentium eum ab ultî-*

*mo terrorum orbe venissi , sta-
timque ut viderat , abiisse ?*

¹⁷ *Cujacium*] Ita Papirius Massonius in Cujacii vita , ab eo conscripsa .

JURISCONSULTORUM. 11

taciturna , ac solitaria cogitatione plerumque decipitur . Duo enim sunt , in quae non raro labimur ; Alterum , quod nimia aliquando opinione aliquorum praepediti , atque occupati , quo potissimum deficiant , non videmus , & omnia probamus indiscriminatim , atque inepte defendimus ; pessimum sane praejudicium ; ¹⁸ nam vitiis nemo sine nascitur , optimus ille est , qui minimis urgetur , notat Horatius : Alterum , quod alios ita nauseamus , ac contemnimus , ut , quae in iis sunt , veluti latentes , virtutes non cognoscimus , & inconsulte refellimus ; tacti quodam rusticō , atque in culto aspectu , cum clamitet Phaedrus , ¹⁹ non semper ea sunt , quae videntur ; decipit frons prima multos ; Et rara mens intelligit , quod interiore condidit cura angulo . Quamobrem , ut tamur selectione , oportet quam maxime ; & in libros apte cadit , quod de terra cecinit Poeta ,

²⁰ Terra salutiferas herbas , eademque nocentes

Nutrit , Et urticae proxima saepe rosa est .

Haec vero feligendi industria , expers vitiorum , quae memoravimus , non aliunde comparabitur perfecte , quam a colloquio , ac consuetudine ipsorum Auctorum , in quibus , & studia , & mores accurate observabimus , & pravum , ineptum , absurdumque , ab eo , quod rectum , acutum , ac probe elaboratum est , diligenter secernemus . Quae causa est igitur , quae nos a proposito dimoveat , & non immo , si Viri sumus , si Sapientiae amore inflammamur , excitet , ac impellat . Deliciis Confanguineorum ,

B 2

rum ,

¹⁸ Nam vitiis] Serm. lib. 1. | ²⁰ Terra] Ovid. de remed. Sat. 3. | Amor. lib. 1.

¹⁹ Non semper] Lib. 4. fab. 1.

rum , Parentumque animis per haec dictā , quamvis vultum negantium adhuc praeferrent ; tamen silentium , quod eorum est , qui nolunt aperi-
tius assentiri , in spem adduxit , ab his veniam di-
fcessūs jam nos tacite impetrasse .

Interea , dum instruendo itineri operam daba-
mus , paucis ante discessum diebus , inclinatā mul-
tum luce in postmeridianum tempus ; L. Pinarius
me , & C. Nautium , ac T. Numicium , de rebus
ad iter nostrum sedulo parandis per viam collo-
quentes , reperit ; precatur , obtestaturque , ut ad ali-
quam animi remissionem post tot susceptas curas
nos secum una conferremus domum cuiusdam Ami-
ci sui , quo erat iturus ; ut Huic , & ejus Contur-
bernalibus , Patriae fines mox relinquens , vale diceret ;
Verum , quo nos ad id impelleret ; Ibi frequens , ait ,
conventus est hominum emunetae naris , qui de re-
bus plerumque facetis argute , ac lepide , saepe etiam
seriis docebat , ac sapienter edifferunt . Displacuit mihi
L. Pinarii invitatio ; novi in antecessum multum
morae hic impendi , dura gravioribus premebamur ,
& non imprudens timebam , ne , nimium vulgato nostro
itinere , magis , magisque in ridiculum essemus , ac
aliquis verteret nos in ludicrum proverbii . Sed quia
non semper licet se occasione subducere , annuente jam
C. Natio , & T. Numicio , trahor in eandem sen-
tentiam : & auctoritas , inquam , tua , L. Pinari , ac
amicitia , & nostra facilitas eripuit nobis libertatem
pecusandi ; eamus igitur , quo tibi collibitum est ma-
gis ; & ex compacto statim eo tendimus , quo duxit
Pinarius ; atque in aedem introducti , modeste splen-
didam , ab omnibus benigne salutamur . Erant hic
duo ingenui Adolescentes dubiae adhuc lanuginis ,
Senes :

Senes item duo , Puellulae tres , hercle formâ bonâ , & elegantiâ , quarum veluti custos , prope aderat egregiae habitudinis Matrona : Verumenimvero , ut mihi timor semper est non vanus augur , extemplo de nostra discessione sermo instituitur . Primum coepit est pertractari res in speciem mendacii , amoenissime concepti ; deridemur ; ac pro certo habetur , nos velle Amicis suaviter imponere ; sed ubi longa oratione omnem suspicionem amovemus , & firmum , ac solidum consilium detegitur , profectionemque nostram brevi futuram , liquet ; una ex Puellulis , cui nomen Cloelia , bellissima quidem , & caeteris simulacris emendatior , ad ingratum profectionis nostraræ nuncium visa est aliquantulum turbari ; forte , ut e re ipsa conjecturam fecimus , quia effictim amabat Pinarium , cauta nimis , & in arte difficulti ipso Pinario doctior , ut posses dicere ,

21 Vir male dissimulat , rectius illa cupit .

Quamobrem elato spiritu , quo illa sexum vincebat , compositoque in subrisum fastu , animi aegritudinem simulat , & delicate ludibunda , mendaci humanitate inquit ; ergo ne ibitis ? gaudeo ; incolumes eatis , oro ; Deus vos sospitet ; & veluti novi Argonautae , per honesta pericula aureum vellus Doctrinae , ac Prudentiae rapturi , redibitis , ut spero , insigni praedâ gloriose onusti . Postquam haec dixerat , nos , ut par erat , eodem fisco vultu , quo illa faustum omen in nos converterat , grates reddimus . Sed Cloelia , ne supremâ hac vice fraudaretur citius amati Adolescentis aspectu , quod noluit preceario petere , id aliter ex industria tentavit ; & coepit , ut erat literis non leviter tincta , e re nata fermeo-

21 Vir male] Idem de art. amandi lib. 1.

mones ferere , quibus sine fui desiderii suspicione moram superbâ diligentia necteret ; & ait , vos o , qui probe calletis quidquid ad Jus pertinet , scrupulum hunc mihi , si lubet , evellite , quo jamdiu premor ; quaeſo per vestrām fidem , quid est , quod uni vos Viri Juris Prudentes , Condītores legum , Interpretes , Arbitri publicarū , privatarūq[ue] rerum ; Feminae vero hac in re mutae , derelictae , atque ab hisce Sacris prorsus ejectae ? Sane non adeo pauper est in literis nostra condicio , ut muliebre nomen sit inter Eruditos omnino obscurum : Illud in nostri sextis gloriā satis superque esset , quod vester Socrates , doctrinæ miraculum , magistras habuit ²² Diotimam , & Aspasiam , illustres feminas ; & is , qui reputatur Scriptor maximus , ac vetustissimus , Homerus non erubuit , ²³ ab Helena Musaei Atheniensis filiā argumentum sui Poematis sumere , & ²⁴ a Daphne , natā Tiresiae Vatis , non paucos versus surripere . Sed ne excitem e tenebris magis aetate longinquas Graecorum memorias , utar recentioribus Quiritium ; & ²⁵ ex Halicarnasseo , ²⁶ & Plutar-

²² *Diotimam* , & *Aspasiam* Stanlejus in histor. Philosoph. , inter alios Socratis preceptores numerat Diotimam , & Aspasiam , part. 3. cap. 3. Et ipse Socrates in Platonis symposio multa se a Diotima didicisse asserit ; cuius doctissimae Mulieris meminit etiam Lucianus in Eu- nucho , & in Imaginibus . Porro Aspasiam Milesiam , Axiochi filiam , a qua multa didicit Socrates , magistram suisse Pericles ,

Hilliū maximi & Oratōris , & Imperatoris , scribit Plato in Menexemo .

²³ *Ab Helena*] Ita refert J. II. Gravina , Orat. 2.

²⁴ *A Daphne*] Uti tradit Diodorus Siculus lib. 5. Bibliotheces ; meminitque ejusdem Pau- fanias lib. 1. Antiquit. Graec.

²⁵ *ex Halicarnasseo*] Lib. 2. Orig.

²⁶ & *Plutarcho*] 9. Sympos.

JURISCONSULTORUM. 15

tarcho , vestrisque ²⁷ Jurisconsultis colligunt plerique , a quibus certior facta sum , Puellas ex recepto more liberalibus Artibus suisse Romae institutas aequae , ac Pueros ; ut nequaquam mirum inde fuerit , tot muliebria Ingenia in ea Republica famam immortalem suisse non ignaviter asssecuta ; An Gracorum eloquentia aliunde fluxit , quam ab eorum Matre ²⁸ Cornelia ? An alia oratio apud Triumviros excepta est cultior eâ , quam habuit ²⁹ Q. Hortensii Filia ? & demum , quod forsan limatus est in M. Annaeo Lucano , an aliam manum experiri potuit , quam nobilissimam illam uxoris suae ³⁰ Pollae Argentariae ? Ad haec , L. Pinarius , cui amor Cloeliae interiorem urebat medullam , Facete , inquit , lepide , laute , nihil supra ; nimis es elegans , ac dicacula ; sane quam multa animo , & memoriâ dilucide contines ; an a sapiente Viro selectiora expectemus ? Verum Cloelia amanti responsura , belle , ac decenter expalluit ; & tantum , inquit , sexui meo debebam , ut quae in splendorem illius conducerent , non ignorarem ; utiliam

²⁷ *Jurisconsultis*] L. 3. §. p. auct. & L. 4. D. ubi pupill. educatur , vel mor. debet.

²⁸ *Cornelia*] Hanc illustrem feminam filiorum eloquentiae multum contulisse scribit Fabius lib. 1. cap. 1. & D. Hieronymus ad Laetam de institutione filiae ; ejisque epistolas se legisse testatur Tullius in Bruto , in quibus apparehat filios , non tam in gremio , quam in sermone Matris educatos .

²⁹ *Q. Hortensii filia*] Hujus

eloquentiam apprime commendant Valer. Max. lib. 9. cap. 3. Quint. lib. 1. cap. 1. Appian. lib. Bellor. civil. 4.

³⁰ *Pollae Argentariae*] Haec Lucani primum , deinde Statii uxor fuerat , & maritorum studia non mediocriter pavisse dicitur : Ejusdem nomen erunt ipse met Statius lib. 2. Sylv. & in Genethliaco Lucani , & Fulgosus lib. 8. Reram memorabilium cap. 3.

nam vires suppeterent , aemularer ³¹ Christinam Pis-
fanam , & Illa sociam me haberet Operis , quod de lau-
dibus feminarum compegerat . Sed ne in alia evega-
gemur , redeo ad illud , quod a vobis enodandum est ,
cur feminae , caeteroquin aliis facultatibus non im-
pares , a Jurisprudentia arceantur ? Interea loci T.
Numicius , facilis in dicendo , pugnax in disputando ,
naclus occasionem , sive quod ita serio putaret , sive
ut Cloeliam suaviter morderet ; mittas , inquit , ho-
nestissima Puella , mittas quidquam quaerere de stu-
dio Mulierum ; Harum doctrina male olet ³² Horat-
tio , quam multo sale defricat ; & ³³ Jo: Bondius Ho-
ratii pressus , ac non exosus commentator , non minus
est in hoc amarulentus suis additamentis . Quid ? si
tota pudica esset D. Jun. Juvenalis Satyra sexta ,
nec spurciis violaretur decor hujus confessus , reci-
taretur per me lubenter , quanta est , ut inter inver-
cundas debilioris sexus levitates principe loco vide-
retur locata muliebris sapientia inflata , ac superci-
liosa ; Athenis , ut au^rtor est ³⁴ Athenaeus , Meretri-
ces potissimum bonarum Artium disciplinis , & Ma-
the-

³¹ Christinam Pisfanam] De Hac mentio fit ab Andr. Tira-
quelle in lib. de leg. connub. &
jur. marit.

³² Horatio] Epod. 8. in illis
versibus ,

Quid? quod libelli Stoici in-
ter sericos

Jacere pulvillo amant?

³³ Jo: Bondius] Ita in suis Scho-
liis non sine colorata dicendi a-
crimoniam : Philosophiae studium
praeferat , ut adveniente amatore
ducta , & honesta videretur esse .

Absit , ut hac nostra aetate sint
hujus farinæ ullæ mulieres , quæ
Biblia sacra in manibus ad Tem-
plum ferentes , atque illa domi
inter pulvinaria reponentes , de
rebus divinis , & arduis non so-
lum inter se , & cum suis mari-
tis concertare soleant , sed etiam
cum eruditissimis Theologiae pro-
fessoribus manus conserre audeant
etc.

³⁴ Athenaeus] Lib. 13. Dei-
phonophilist.

JURISCONSULTORUM. 17

thematicis operam dabant, quo verborum insidiis, & fraude ingenii amatores ex arte allicerent, atque irretirent, &, mutata sorte, servirent studia libidini, ac mentita Virtus infamem quaeatum nobilitaret; Ipsa etiam ³⁵ Theodora, Justiniani conjux, credita fortasse in adulationem Principis prudentissima, & a marito (nescio an docto?) ³⁶ ad Rempublicam regendam adhibita, quid aliud revera fuit, nisi improbum pudicitiae everriculum? Quare desinant mulieres ad alienam gloriam aspirare, & quod virile est, Viris dent, nec sibi ambitiose affectent, sciantque ³⁷ ex Euripide,

Γυναικες ἐστὶ μὲν οὐδὲν ἀμπχανόταται
Κακῶν δὲ πάρτων πέκτονες σοφώταται.

*Mulieres sumus ad bona consilia inertissimae,
Malorum autem omnium artifices sapientissimae.*
atque inter ignominias dumtaxat ³⁸ Aegyptiorum illud recenseas turpe, ac indecorum institutum, quo Viri pensa domi curabant, Feminae Curiam, & Forum sectabantur; non improbo ³⁹ Graecos, ⁴⁰

C Ro-

³⁵ *Theodora*] Gul. Cave in dier. lib. 4. cap. 3.
Hist. Literar. Script. Eccles. de Procopii scriptis haec habet; *In excusis exemplaribus paginæ nonnullæ borrendas Theodoræ Aug. impudicitias, & libidines narrantes, omisæ sunt. Integra vero Historia in Bibliotheca Vaticana reperitur.*

³⁶ *Ad Rempublicam regendam*] Patet ex novell. 8. cap. 1.

³⁷ *Ex Euripide*] In Medea.
³⁸ *Aegyptiorum*] Uti traditur ab Alex. ab Alex. Genial.

³⁹ *Graecos*] Ab his Tutores, & Curatores Mulieribus ex lege dabantur, sine quorum arbitrio, & auctoritate nihil eis agere licet, ut refert Harpocration, & patet ex Demosthene in orat. adversus Neeram.

⁴⁰ *Romanosque*] Ita Ulpianus tit. xi. fragm. *Tutores constituntur tam masculis, quam feminis: sed masculis quidem imuberibus dumtaxat, propter aetatis infirmitatem: feminis autem tam im-*

pu-

Romanosque , qui muliebrem indolem medullitus perscrutati , eam perpetuâ tutelâ continendam non injuriâ caverunt . Quod si in solatium sexus foret aliquod feminis dandum , simerem , ut convenirent ⁴¹ in Senaculum , instar illius confitum , quale olim in colle Quirinali eretum ab Heliogabalo accepimus , de eo jure ibi disputaturaे , qua nempe curatione vincti , & arctati lumbi ad gravem , difficulterque anhelitum fastigentur , ut graciles fiant ; qua industria capilli , longam peclinis moram passi e docta manu , eant in contortum , & non naturalem situm ; quae sit exotica vestium elegantia ; quae adhibenda cultui quaesita ex arte negligentia ; qui in incedendo decor ; quae in salutando gratia ; quae in colloquendo blanditia . An aptiorem dabimus muliebri disputationi materiem ? an alia superre leges seipsis dignas matronae dicetabunt ? Tum Pinarius ad Numicium ; Quaeso bona verba : inurbane loqueris , ac nimium videris inops humanitatis , nescis enim tempori servire , dum modum in sirpo quaeris , nec calles , qua flexibili suaviloquentiae teneritudine delicatulae puellulae palpantur , ac demulcentur ; sane non tam diligenter , & prope fastidiose cum hoc sexu contenditur , cum quo vix est , qui verbum commutet unum , & non immo sinat vinci , ac superari ;

42 C-

puberibus ; quam puberibus ; & niffrare .
 propter sexus infirmitatem , & 41 In Senaculum] Vef Sena-
 propter forensium rerum ignoran- tulum , ut scribendum putat And-
 tiam . Quamobrem Augustum me- Tiraquellus ; De eo verba facit
 memoriae proditum est summi be- Lampridius in Heliogabalo , &
 neficii loco , & jure singulari Li- P. Victor in 6. Regione urbis
 viae uxori , & Octaviae forori Romae , fed plenius post 14. Re-
 concessisse , sua sine tatore adni- gionem .

42 *Cede repugnanti, cedendo vicior abibis;*
Fac modo, quas partes illa jubebit, agas.
Arguet, arguito; quidquid probat illa, probato;
Quod dicit, dicas; quod negat illa, neges.

Tu vero, parum abest, quin iisdem actus furiis, quibus carmen suum in feminas, profecto rigidum nimis, ac amarulentum 43 Laelius Capilupus ad Paullum Jovium scripscrat, tale aliquid in medium huc afferas: *tam hoc quidem tibi in proclivi est,* ut ait 44 Plautus, *quam imber est, quomodo pluit.* Sed tecum luctabor, Numici, ut suum per me restituatur decus, ac splendor feminine studiis; ac tibi, Cloelia, in quo dubia es, disertis verbis satisfaciam. Non ita sane, lectissima Adolescens, res sese habet, ut opinaris, in reliquis Artibus Feminas excellere, in re civili non item. Cui suspectus est 45 Varro? Is apud priscos Athenienses publicis consultationibus mulieres interessere, ac suffragia ferre, narrat. 46 A Tacito accepimus, putare Germanos inesse sancti nescio quid, ac providi in feminis, quarum illi responsa religiose suscipiebant; 47 In Gallia olim nil de pace, aut bello cavebatur, nisi sua dicere tur a mulieribus sententia. An Prudentiae matronalis levia sunt isthaec exempla? Sed alia non

C 2 prae-

42 *Cede*] Ovidius de art. a-
mand. lib. 2.

43 *Laelius Capilupus*] Hujus carmen legitur inter Delicias CC. Italorum Poetarum.

44 *Plautus*] In Capt.

45 *Varro*] Idem describit contentionem Minervae, & Neptuni inter se certantium uter co-

rum Athenis imponendi nominis auctor esset, quod repetit Aurelius Augustinus lib. de Civit. Dei 16. cap. 48.

46 *A Tacito*] In lib. de moribus German.

47 *In Gallia*] Ita a Plutarcho in libro de virtutibus Mulierum.

praeteream; En tibi ⁴⁸ Martia Proba, Britannorum Regina, politissimis literis instructa, quae condidit, scripsitque leges patrias; En tibi ⁴⁹ Filia Accursii, cuius ea fuit in interpretatione Juris praestantia, & acumen, ut e summo loco, cincta auditorum coronâ, magistrali aspeetu, Jus Bononiae doceret; & quae instar omnium est, en tibi Mathildis, femina sexu major, Juris civilis praesidium, ac decus, cuius ope illud restitutum fuit in incrementum gloriae, & fortunae Italorum. T. Numicius haec risu excepit, & ut erat contradicendo paratus; Nunquam, iacuit, assentandi vitio laboravi; & ad Verum inflammor acri, & vehementi quadam incitatione; ubi enim de re literaria agitur, aut tacendum est, aut praesenti animo, sine fuso, ac fallacia loqui oportet: Proinde quod de priscis Atheniensibus, de Germanis, ac Gallis refers, Pinari, tanti apud me non sunt, ut quod velis, persuadeas; ni auctoritatem eorum, qui isthaec posteris tradidere, magni facerem, in dubium fortasse revocarem; Ita enim de his Gentibus, ipsarumque antiquis institutis scriptum est, ut ponè veritatem non raro sequatur vel erroris, vel mendacii suspicio, omnemque hujuscemodi narrationibus fidem abrogare, nimiae est audacie, adjungere omnem, incautae simplicitatis. Sed vera sint, ut putas; quid? nonne plurima de his Populis recensentur, quorum alia non sine nausea, non sine risu alia excipiuntur? cur huc ea referenda sunt, quae pro feminis tam magnifice

⁴⁸ *Martia Proba*] Haec vixit Alphredus in Saxoniam linguam ante Christum natum ann. 348. translulit.
legesque, quas condidit, *Martia-* ⁴⁹ *Filia Accursii*] Alb. in 1.4. in
næ fuerunt appellatae: atque eas fin. D. ubi pupilli. educari debeat.

ce exposueras , quaeque a reliquis cultiorum aetatum , nationumque moribus tam longe semper discreparunt ? De legibus patriis a Martia Proba scriptis , facile credam , illas , a fagace Jurisperito conceptas , Feminam dominatricem in ornamentum suarum vanitatum sibi usurpassè . Quod de Filia Accurii praedicatur , mihi quidem hercle non fit verisimile ; unus Albericus , cui non adeo insuave est , jocari , hoc memoriae prodidit ; mirum ! ea aetate , tot scriptorum altrice , neminem alium exemplum tam egregium , ac laudabile notasse : scias ., Pinari , quae sunt hujuscemodi omnem mihi ex animo credulitatem eradunt . Ad 50 Mathildim quod spectat , merae nugae sunt ; jamdiu eruditis innotuit , Abbatem Urspergensem , accuratum caeteroqui hominem , sed rerum Italiae non plene gnarum multa de restaurato per Mathildim jure civili effutire . In hac mutua C. Numicii , & L. Pinarii contentione , Cloelia inter sarcum ac saxum stabat , hinc lenitate Pinarii allecta , illic asperitate Numicii vieta , ac profligata ; & modo Hunc , modo Illum disparate affectu spectans , tandem ali-

50 Ad Mathildim] Henricus lum Tusciae Comitissam hic differ-
Brenckmannus in Historia Pande- tis verbis designant . Illa autem-
tarum , seu Fato exemplaris Flo- obiit anno MCXV . Verum quia-
rentini cap . 7 . lib . 1 . haec habet ; plures fuerunt Mathildes , alia es-
Sed in hoc Urspergensem aperte se potuit , ut putant Payanus , &
falsum dicit Siganus , cum multo Gravina &c . Caeterum possimus
ante Lotharii imperium e vita mi- item suspicari Abbatem Urspergen-
gravit Mathildis ; Mathildem ve- sem , bominem Germanum , in re ,
ro intelligit Bonifacii Ductis Lu- quo in Italia contigit , sat facile
censis in Toscana filiam , quae mo- labi potuisse , & parum fida alio-
riens universum patrimonium rum relatione in errorem induci .
suum beato Petro contulit , prae- Fuit tamen historicus Irnerii ae-
terito consobrino Henrico IV . In- tati admodum vicinus , diligens
peratore . Sed & alii celebrem il- praeterea , & dignus , qui audiatur .

aliquantulum moesta oculos in Numicio morata ; Erone , inquit , judice te , Numici , seminarum cura in eo dumtaxat sita est , ut tractent colum , ac fufsum , summâque infeliciter laborent mentis , & consilii inopiam maxima sane injuria ! sed de hac tecum conqueri nolo . Verum ni forte es jam defessus , & si tibi gravis non sum , illud edoce , quid feminis impedimento fuerat , quo minus aliquae inter plurimas , quae reliquarum facultatum peritiae celebrantur , Artem Juris colere non tentaverint ? Dum erat Numicius , forsan mitiore vultu , responsum daturus , alter ex Senibus , mucidus , nulliusque pretii , saginatus annis , ineptiisque , quibus se a teneris unguiculis ingurgitaverat , ab angulo domis , ubi diu stertuit , in medium sese obtulit , rugosa , qua erat , facie , curvatis humeris , & muco ab naribus distillante in non sentientia labra , & languide pendentia ; & quia summis auribus quaestionem subauscultaverat , confritis prius somniculosis oculis , intermiscens acri , ac diffcili tussicula verba rara , ac tarda ; Nemis , inquit , cerebrosa es , Cloelia ; desine tandem cum ista tua importuna curiositate molestiam nobis exhibere , haec est quaestio[n]is summa ; Feminas nequeunt Juri vacare , quia illis negatum , Sacerdotes esse ; ⁵¹ Ulpianus , si bene memini , ait , *Jus est ars aequi* , Es boni , cuius merito quis nos Sacerdotes appelleat . Tunc ego ad Senem , miratus hominis simplicitatem ; Pace tua , inquam , non video , hac ratione seminas a jure esse repellendas ; ⁵² Sacerdotium , ut est mihi abunde compertum , non fuerat olim apud Quirites a mulier-

⁵¹ Ulpianus] In leg. i. D. de Just. & Jur.

⁵² Sacerdotium] Mulieres a pud Romanos sacerdotio fungeban-

JURISCONSULTORUM. 23

liebri cura alienum: Sed hoc in praesens non quaerimus , nec opus est , ut perveniamus ad intimam hujus rei disputationem : Loquitur enim eo loci Ulpianus non proprie , sed uti sit , per similitudinem , & quadam rerum proportione ; atque ideo isthaec non constat meo iudicio in feminas conjectura . Atat, inquit subtacite C. Nautius , ab Accursio , ni fallor , totum felicissime manat Senis deliramentum ; somniatur Ille more suo , qui frigide docet , ab Ulpiano hic Sacerdotes Christianae Religionis reipsa intellectos , quorum munus nulli unquam mulierum demandari , in propatulo est . Tum ego ; quaeſo non apponamus Accursio , quod ſuum non eſt ; comparatione enim ille utitur , quo nempe pacto instar ministerii noſtrorum Sacerdotum Jurisconsulti ſe gerant ; Caeterum calumnia eſt 53 Gulielmi Budaci , plus aequo aculeis in Accursii perniciem instructi , qui in suis ad Pandectas notis ausus eſt haec fide parum bona ſcribere : *Accursius peracute ſane , (ut ſolet plerumque)* Sacerdotes hoc loco absolute intelligit , non Juris sacerdotes atque etiam , (ſi Diis placet) sacerdotes moerentem ad poenitentiam adhiberi ſolitos ; aut , ut ipſe inquit , poenitentiam dantes ; Profecto quis non videt , hunc eſſe nigrae ſuccum loliginis , hanc eſſe aeruginem meram . Ita eſt , inquit Nautius , a ſemita non

bantur ; docet marmor Romae reperatum,

P. POSTHVMIÆ. P. F. PAVLÆ.
SACER. D. IVLI. AVGVST.

Ovid. de Pont. 1 v. 9.

*Nec pietas ignota mea eſt , vider
bopita tellus*

*In noſtra Sacra Coſaris eſſe
dams .*

*Stant puriter nurusque pius ,
conjuxque ſacerdos ,*

Numina jam facta non leviora Deo .

53 Galielmi Buduei] In annot. prior. ad Pandect. fol. 29. edit. Lugd.apud Seb. Gryph.

non aberras ; verum enim vero perpetuus est Accursii mos , ac misera confidentia permiscendi omnia , quae in Pandectis occurunt de prisco , ac inepto Sacrorum ritu Pop. Romani cum iis , quae Christo duce sequimur , ac veneramur ; si otio abundarem , non parcus forem ⁵⁴ nugarum hujuscemodi narrator , quibus super hoc argumento suavem ad ridendum hominem se praestat , ut ne quid nimis , usque adeo , ut solutis cachinnis ilia vobis disrumperentur . Tunc ego ; acute animadvertis Nauti ; atque hinc fluxit illa ⁵⁵ Accursii futilis gloriatio , qua inepte praedicat , nihil Theologiae studio opus esse ad divina nostrae Religionis arcana cognoscenda , utpote quae ex legum Romanarum libris affatim peti queant . Sed nil mirum ; quem enim latet , ad has res quam sit perspicax Accursius ? utinam pejora non legeremus ; illud tamen miror quamquimaxime , eo furoris devenisse ⁵⁶ Albericum Gentilem , ut pro hisce ineptiis arma viriliter sumat , putetque arroganter nimis , Accursium recte conjectare , Sacra , quae in Pandectis memorantur , ab Religione nostra ne-

⁵⁴ *Nugarum*] Papinianus l. 50. D. de petit. heredit. ait , *Quamvis enim stricto jure nulla teneantur actione beredes ad monumentum faciendum, tamen Principali , vel Pontificali auctoritate compelluntur ad obsequium supremae voluntatis . Ibi Accursius Pontificalem auctoritatem interpreta-*

tur Papae , vel Episcopi . Ulpianus l. 5. D. de mort. infer. inquit,

Sed si Religiosus locus satus sit , Pontifices (idest Episcopi) notat Accursius) explorare debent , qua-

tenus salva Religione desiderio reficiendi operis medendum fit . Modestinus l. 1. D. de Rit. Nupt. scribit , divini juris communio nem esse inter conjuges ; Accursius exponit , ut Judaeus Judaeae , Christiana Christiano nubere debate . Atque alibi alia hujuscemodi .

⁵⁵ *Accursii*] In Gloss. ad l. 10. D. de Just. & Jur.

⁵⁶ *Albericum Gentilem*] In Dialogo v. qui inscribitur , Pon-

JURISCONSULTORUM.

24

nequaquam abhorre, cum opus illud ad Justiniani mentem, Christianique cultus formam sit concinatum, utut, in veterum Jurisconsultorum obsequium, Horum nomina in fronte legum praeferat. Non abs re, inquit Nautius, miraris: sed, aedepol! quaenam sunt, vel inepta, atque ridicula, quae quandoque docti Viri acriter non defendant, & abnormi mentis impetu, dulcique animi insaniâ duci, ac agitati verbis extollant amplissimis, & magnifice exornent? Non equidem clam te est fabella, quae nobis insulte ab Accursio obtruditur in speciem historiae, narrat enim, per id tempus, quando a Graecis Romani leges petiere, tot ante Christum natum annos, Graeculum Sapientem cum Romano nescio quo, obtuso, plumbeo, ac loquendi prorsus ignaro de trina in uno Deo persona, re adhuc plane gentibus incognita, mirum quantum perspicue per fortuitam gesticulationem disceptasse; est ne circulatorium commentum isto absurdius? & tamen ⁵⁷ Stephanus Forcatulus peculiari dissertatione illud late pigmentis, & fuco puerili tuetur: Profecto si alia omnia deessent vitia in Forcatulo, vel hoc uno, dignus erit, qui, mutuo acceptis ⁵⁸ a Papirio Maffono vocabulis, appelleatur *insulfus*, atque *ad docendum minus idoneus*, vel ut satis insigniter, atque aspere. ⁵⁹ ab aliis notatus est, *ineptus*, *malignus*, *nugivendus*, atque *impudens putidorum errorum parens*. Sed cum aliquantulum alio tracti, a proposita per

D

Cloe-

⁵⁷ Stephanus Forcatulus] Cittata Cujacii.
tata hujus auctoris dissertatio ad Jo: Terundum JC. legitur post ejus tractatum de Alimentis.

⁵⁸ A Papirio Maffono] In vi-

⁵⁹ Ab aliis] Praesertim Henr. Brencmanno in hist. Pand. cap. 10. lib. 1.

Cloeliam disputatione digressi simus , & rursus ad illam redire , nox altius producta non sineret , petimus veniam , ut liceret discendere , & domum nos recipere ; promisimus tamen in gratiam Cloeliae , redeuentes ab Republica Jurisconsultorum , aliquid certi , ac peculiaris inde nos esse allatuos , quo inceptra quaestio possit exactius absolvii . Tum Cloelia ; mihi sane facietis benigne ; nam ex vestra altercatione maneo adhuc animo suspensa ; Ceterum si quis vestrum fallaciis mihi imposuerit , nom id gloriae sibi vertat , cum nihil aequae viris facilisit , quam credentem fallere Puellam . Risimus ad mendacem modestiam argutulae adolescentulae , & praestitis invicem officiis , terga vertimus ; & per viam L. Pinarii amorem , quem nobis frustra celare contendebat , jocis , ac dieteris pupugimus , & ex Ovidio recitabamus de Eo , utpote Jurisconsulto , nunq illud , ⁶⁰ quique aliis cavit , non raret ille sibi ; nunc hoc aliud , ⁶¹ qui modo Patronus , jam cupid effe Cliens .

Paucis interpositis diebus , praefulsit tandem lux profectioni dicta : candidus Sol , aër innubilus , aura mollis , ac parum obstreps amoenitatem omnium amoenissimam induxerat , qualē adventu suo Verdulcissimum poterat expectationi nostrae benignius largiri . Ipse auditor extiti , ut clam abire tentaremus , ne , veluti per vim , res semel transfacta , iterum ad discordiam rediret ; Quamobrem priusquam Parentes , aliquique sanguine obstricti in suspicione ponerentur discessus , sub primo lumine , adhue dubio nascientis Aurorae , omnibus insalutatis , ad litus , ubi pacta

⁶⁰ Quique] Ovid. de art. 2. | ⁶¹ Qui modo] Idem eod. loc. mand. lib. 1.

pacta omnia cum nautis, ac parata erant, nos contulimus. Fluquabat inter undas, leviter crispatas, vacua Navis, morae impatiens, quam nos, quasi adhuc ancipites, neciebamus, collectis in unum cogitationibus, quae difficultates suscepit consilii, non bene antea ardore animi perpensas, objiciebant; Sed, facto impetu, fregimus importunam tarditatem, & navem concendimus. Verum statim ac vela deditum, injectit nostrum quisque furtivam contemplationem super altricem Tellurem, jam dederam; & omnes ad ultimam perduelli tristitiam, exanimati conticuimus; utque falleremus fidem oculorum, qui turgiduli lacrimis, sponte manantibus, rubebant, candidum linteolum, pugno complicatum, suspirantes ante pallidum, ac exanguem vultum apposulimus; & quae verba, singultibus mixta, ac non integra, passim ab ore excidebant, ea ad Superos ferebantur, quos rogabamus, vellent nos feliciter, ac prospero Laribus patriis, Italoque Cœlo redonare. Tum collecto paululum animo, exclamat Pinarius, quam recte inquit Poeta,

⁶² ... Usque adeo non est sincera voluptas,

Sollicitumque aliquid lactis intervenerit.

Sed C. Nautius misericordia sociorum turbatus, & metu, ne moeror primordia navigationis interventu suo funestaret, quia erat non humillimi spiritus, vultu, ac verbis bonum animum habere nos jussit, duxitque optimum factu, nostrum peclus, adhuc a fletu tenerum, delinire non injucundâ Elegorum recitatione, quos lepide in illos conscripsit, qui Foro, ac legibus, non serio, ac decore: sed aut inepte,

D 2

aut

62 Usque adeo] Idem lib. 7. metamorph.

R E S P U B L I C A

aut ridicule vacant ; Nos id Pinario cum voluptate assentimur ; & Ille ita exorsus est .

*Felix Ars Juris , felix bac Arte peritus ,
 Si foret buic Arti dedita turba minor ,
 Cui facile ingenium , cui sit custodia morum ,
 Cui constans Recti sit bene cultus amor ;
 Nostra foret fors grata magis ; nec dicere multi
 Audenter , nocuum nos genus esse sibi ;
 Da paucos , dabis egregios ; Rem copia vilem
 Reddit ; Quod rarum est , id solet esse bonum ;
 Est auro pretium , quia non reperitur ubique ;
 Tanti non effet , si jacuisset humi .
 Sed qui sunt , quorum tota est industria Juri ,
 Quorum spes lucri tota locata Foro ?
 Qui sunt , forte rogas ? Omnes , qui velle fatentur ;
 Nullus , ut expertam est , inde repulsus abit ;
 Atque boni , atque mali ; stupidi , nimiumque sagaces ;
 Infima plebs , & flos nobilitatis item ;
 Divitiis pollens , & paupertate laborans ;
 Civis , & ignota vir regione satus ;
 Horum sunt plures , quos ornat gloria ; Plures ,
 Nolint , sive velint , sunt mibi ridiculi .
 Incumbunt Primi studiis , & lege severa
 Calcant Virtutis non sine laude vias ,
 O utinam hoc anno floreret Curia coetu ,
 Curia prae reliquis nostra superba foret .
 Non ita Postremi ; quare super Hisce jocabor
 Paulisper ; res est , credite , digna jocis .
 Ecce tibi ante alios se se insulfissimus offert ,
 Qui nullum esse sibi credit in Arte parem .
 Vix anno , ni forte etiam sex mensibus , ad jus
 Incubuit ; sed qua sedulitate latet .*

Post

JURISCONSULTORUM.

29

*Pest e plebe Fori Scriptorem triverat; Et jam
 Callidus in toto Jure Magister adest.
 Quaere, Codex qui sit, quae sint Digesta? quis horum
 Auctor? quodque prius, posteriusque fuit?
 Si lubet, inde roga; Quanam Jus parte sic auctum,
 Quave reformatum, qua magis explicitum?
 Hesitat infelix; alio traducere tentat
 Sermonem; his nugis applicuisse negat.
 Si legem recitet, nec cuncta, nec integra verba
 Reddit, Et illorum vim tenet ore tenuis;
 Omne interpunkti discrimen vocibus auctor,
 Junctaque dissolvit, dissoluenda ligat;
 Syllaba ubi brevis est, longam facit; atque ubi longa,
 Ille brevem; tantum tutus in ancipiti est.
 Porro in Personis, Numerisque, Et Casibus errat:
 In reliquis quanti possit Hic esse, vides.
 Et tamen invenies nullum, qui audacior Isto.
 Turgeat, immenso plenus amore sui;
 Ambulat inflatus, diffundit verba superbe,
 Atque oculos multâ sub gravitate movet;
 Aut raro, aut leviter flexâ cervice salutat,
 Instar portenti est, si cui dicat, Ave;
 Septus non paucis incedere gaudet alumnis,
 Hisque suum cingi gestit utrumque latus;
 Si cui, quaerenti de jure, accommodat aures,
 Corrugat frontem, lumina figit humi;
 Postea respondet; Sed quae responsa? puderet
 Haec dare, qui in triviis, ut puto, vendit olus.
 O lepidum caput! o dignum, quod ubique cachinnis
 Ludentes Pueros post sua terga trahat!
 Hoc satis: Ad Reliquos pergo, ridentur. Et Ipsi
 Non minus; Et moniti vix respire student:*

Hi

Hi sunt, qui leviter cincti de rebus, in omni
 Imperium indociles latius Arte gerunt.
 Sunt Vates, sunt Historici, sunt Jure poriti,
 Quam poscis linguam, quae sit in orbe, tonent,
 Omnia scire putant; licet hoc nescire videntur,
 Quod, qui plus jactat scire, scit ille minus.
 Ut res quaeque placet, res quaeque ut displices ipsis,
 Sic placuisse aliis, displicuisse volunt.
 Dis faxint, Es prima sciant elementa Latinæ
 Grammatices, nec enim nos foret ista legis;
 Mane Forum repetunt, lacerant sermonibus aures,
 Nunc Hunc, nunc Illum non sine felle notant;
 Non raro versus recitant, quos nocte crearant,
 Vi tortos, succo deficiente macros;
 Et sese laudant, alienæ laudis egentes,
 Inque suis nequeunt laudibus esse breves.
 Quisquis es, abstineas istas obtrudere nugas,
 Quem minus ipse putas, censor acerbus erit;
 Non poteris, si forte velis, Huic vondere fumum;
 Quantis sis, totus naribus Hujus oles,
 Noscet, quod nullo collectas ordine voces
 In metri speciem conseruisse studes;
 Incolumique pedum numero, vix cetera cures;
 Tempus in hac opera tam leviore terens.
 Ulterius perget: Vox baec est barbara, dicet;
 Haec alia est vacuos apta replere situs;
 His vanus tumor est; illuc sententia friget;
 Proorsus ubique nihil, praeter inane melos.
 Si quid forte boni, quod clam furaberis, affers;
 Ne dubites; furtum detegit Ille palam,
 Et ridens digito monstrat, qua parte resectum
 Sit, quod dignosci vix potuisse putas;

Quod-

JURISCONSULTORUM.

31

Quodquid tuum non est, Auctori reddere cogit,
Pauper ut exadas, qui modo dives eras;
Atque ita, non meritum cum velles quaerere plausum,
Fies materies turpis in urbe joci.
Nunc venio ad quosdam Juvenes: Hi ostendere sese
Pulchros, & plenos nobilitatis, amant;
Hos ne range; cave, multo sine honore salutes;
Quodve roges, humili non sine voce roga.
Picca velut minio Illorum resplendet imago,
Atque Viri, formae plus muliebris habent.
Omne locant studium, qua bella incedere possint;
Brachia, crura, pedes, os, caput, arte movent.
Albescit niveo mendax coma pulvere sparsa,
Enicat alterno barba recisa die.
Vestis it ex humeris formas imitata recentes,
Sive, a Galle, tuas, sive, Britanne, tuas.
Pileus haud geritur, ni longa advectionis ab orbe
Et ni forte novo more revindlus eat.
Quaeruntur missa a Batavis subtegmina lini;
Gemmao digitos annulus orbe premis.
Et crepidae est sua cura, manu quae futa saggei,
Ne quae pelle super ruga sit ulla, vetet.
Machina distinguens animatis motibus horas,
Præflio est, ut quæ nam lapsa sit hora sciant.
No desit naso cōtritii pulveris usus.
Hunc ex argento capsula parva gerit,
Capsula, quæ nimio sit redditum pumice laevis,
Cui ductum ex omni sit bene parte latus;
Vel testudineo quæ sit de cortice facta,
Et nitet argenti desuper aquæ nolis.
Ah! misera, ah! quanto pascis te errore, Juventus;
Respuit has Veneres, blanditiisque Forum.

Aspice

*Aspice Majorum vestigia ; dic , ubi luxus ,
 Dic , ubi femineus , tantus in ore lepos ?
 Ludimus ? anne Foro tractamus seria ? nil ne
 Discrepat a Scenis Curia , Jura jocis ?
 Sed quid ego ? Mala difficile est evellere , quando
 Cooperunt speciem jam retinere Boni .*

Finierat Nautius ; Tum ego ; carmen tuum , Nauti , plenum est succi , ac leporis , neque ulla esse res poterat sublevandae nostrae moestitiae aequa accomodatior ; conditum tamen est sale multo , & habent , quo doleant non pauci , quos pungis acriter ; an ex industria feceris , ut cum velles auditores allicere , eorumque aures demulcere , non alio scires confugere , quam ad acerbam censionem , qua sermo est non infacetus semper , & licet in longum protractus , nunquam languidus est , ac exofus ? C. Nautius ad haec ; Dic quaeso , falsi quid in medium attuli ? Non moveor , quod ⁶³ obsequium amicos , veritas odium parit , non enim ingenuos animos , sed debiles ; ac stupidos misera isthaec prudentia , seu verius , fatuus hic timor percellit ; Caeterum illos , qui Virtuti , ac Glorie sunt mancipati , exceptos , ac praecipuos habui ; eorum vero , qui alio inepte abundunt , neminem singillatim offendō ; vitium ipsum carpo , ac infector ; quis hoc mihi culpae vertat ? Caveant , qui in forum veniunt , ab puerilibus hisce ineptiis , si , quod dixi , de se dictum nolint ; hoc pacto , nil praeter inanem lusum nostri elegi habebunt , Respublica vero numerabit longe plures forensis disciplinae severiores amatores ; quotusquisque enim

⁶³ Obsequium] Terent. in Andr. Act. 1. Sc. 1.

enim nunc est , qui illud de se merito praedicet , quod Cicero in Bruto , rationem vitae suae exponens , de se inquit , *Tum primum ad causas privatas , & publicas adire coepimus , non ut in Foro disceremus , quod plerique fecerunt ; sed , quantum nos efficere potuissimus , docti in Forum veniremus . Itaque prima causa publica pro Sex. Roscio dicta tantum commendationis habuit , ut non ubla esset , quae non nostro digna patrocinio videretur . Deinceps inde multae , quas non minus diligenter elaboratas , & tanquam elucubratas afferebamus ? In hunc ferme modum copta est navigatio , & plures subinde dies vario , ac non insuavi sermone producta , quo lenitus est dolor , & erectus animus ad iter hilari vultu perficiendum ; & si quando nostram aliquis vel imprudens ad aegrimoniam excurrebat , illud idem C. Nautius repetebat ex Horatio ,*

*64 Laetus in praesens animus , quod ultra est ,
Oderit curare ; & amara laeto
Temperet risu ; nihil est ab omni
Parte beatum .*

Interea nescio quo pervenimus ; & vento impediti , cogimur ad proximam tellurem deflectere , ubi aëris clementiam praestolantes , immorari parumper oportuit ; Erat enim statio non injucunda , & procurando corpori aptissima ; Nos in reducto , amoئissimoque secessu , in quo limpidiae undae , placido aëstu crispatae , invicem recurrentes , arenam , & litus suaviter lambebant , sub cava rupe confedimus ; dum nautae , aliquique prandio parando studebant . Verum , ut eo loci , qui terrarum nobis praeter omnes angulus risit , tempus confabulatione fal-

E lete-

64 *Laetus*] Horat. Od. 34. lib. 2.

leremus, L. Pinarius, veluti oestro percitus, quaesivit, an Juri Civili hactenus vacasse, foret nostrum quisque contentus, an ad facultates alias incubuisse maluerit? Mirati sumus, id a Pinario tam impropte, ac pene inconsiderate quaesitum; Et cur, inquit Numicius, id postulas, Pinari? an aliam nobis honestiorem, utilioremque Arrem objicias, quae Juri Civili, vel tuo, vel aliorum judicio, praferenda sit? Tunc Pinarius; Amici, ne vos in summam admirationem vultum componatis; mox eritis mihi paullo aequiores, ubi, quae sim allaturus, accipietis; quare praestate mihi aures benevolas. Repertus est olim a me nescio quis, Vir amoenioribus studiis deditus, nostrae vero facultatis hostis infinitissimus, qui, ut me aspere, atque inurbane vellerearet, in ludibrium Artis nostrae illud Plauti⁶⁵ in Aulularia subridens recensebat;

*At scio, quo vos pacto soleatis perplexarier;
Pactum, non pactum est: non pactum, pactum est:
quod vobis lubet.*

Tunc tristi fronte illum insalutatum dimitto; & egomet mecum multa cogitare inter vias, ubi id accidit, octavi; & dixi; tanti igitur sunt Jurisconsulti apud hos homines, ut non nisi captoriam verborum industria, & splendidum fallendi artificium praestent munere suo? Ergo Scientia nostra⁶⁶ fons erit Dodoneus, qui si faces excipiat extintas, accendat; si accensas, extinguat; erit⁶⁷ virga illa, qua Circe mentem adimebat, reddebatque, peccudes faciebat, ac homines? Ita animo fluctuans domum

65 In Aulularia] Act. i. Sc. 4. 67 Virga] Hujus meminit
66 Fons erit Dodoneus] Ut Paullus Manutius in Adagiis ex
refert Plinius lib. 2. Plutarcho.

rum venio; &, in eadem meditatione defixus, super lectulo assideo; inque manus sumo Ciceronis de Oratore libros; aperio; & forte fortuna in illum locum incidi, in quo adeo inter se acerrime pugnant Crassus, & Antonius, ut ille dignitatem Juris Civilis augeat mirabiliter, Hic, quamquimaxime potest, diminuat: En vobis eloquentissimi Scriptoris tractus, quem, quia saepius lectitaram, memoriā teneo: Accedit vero, ita Crassus, quod facilius perspicci, cognoscique Jus civile possit, quod minime plerique arbitrantur, mira quaedam in cognoscendo suaritas, Et delectatio. Ex his enim, Et dignitatem maxime experendam videmus, cum verus, justus, atque honestus labor, honoribus, praemiis, atque splendorē decoratur; Vitia autem hominum, atque fraudes, damnis, ignominias, vinculis, verberibus, exiliis, morte multantur; Et docemur, non infinitis, concertationumque plenis disputationibus, sed auctoritate, nutuque legum domitas habere libidines, coercere omnes cupiditates, nostra tueri, alienis mentes, oculos, manus abstinere . . . Senectuti vero celebrandae, Et exornandae, quod honestius potest esse perfugium, quam Juris interpretatio? equidem hoc subsidium jam inde ab adolescentia comparavi non solum ad causarum usum forensem, sed etiam ad decus, Et ornamentum senectutis; ut cum me vires, quod fere jam tempus adventat, deficere coepissent, ab solitudine domum meam vindicarem. Contra vero Antonius; Nam quod inertiam accusat adolescentium, qui istam Artem primum facillimam non ediscant; haec quam sit facilis, illi viderint, qui ejus Artis arrogantia, quasi difficillima sit, ita subnixi ambulant . . . Deinde quod sit plena delectatio.

&ationis ; in qua tibi remittunt omnes istam voluptatem , & eā se carere patientur ; Nec quisquam est eorum , qui , si jam sit ediscendum sibi aliquid , non Teacrum Pacuvii malit , quam Manlianar̄ venalium vendendorum leges ediscere . Audistis ? Quidne vobis videatur ? an hac lectione non ita dubius quisque , incertusque evadat , ut ignoret , in quam partem inclinet ? Ipsi etiam Sulpicius , & Cotta , adolescentes optimi , ubi in Tusculano isthaec a Crasso , & Antonio excepérant , nequaquam pronunciare facile potuere , utrius oratio propius ad Veritatem accederet . Tum ego : Desine , Pinari , isthaec nobis commemorare ; Tuumne agitat animum Is , qui Plautinos versus Arti nostrae , contractis superciliis , oppoſuerat ? nimis profecto delicatus es , qui hisce inaniis tam graviter offenderis ; quod enim unquam invénias remedium , ut sileant blaterones , nec nugae effutiant , nisi , quod' suggerit prudentia , risum , ac contemptum ? Si vero Antonius te movet ; fuge suspicari , ea , quae ipse contra Crassum dixit , ex animo dixisse ; facile id colligas ex his , quae Crassus respondet in haec verba ; Haud scio , an aliter sentias , Antoni , & utare tuā illā mirificā ad refellendum confuctudine , qua tibi nemo unquam praestitit . Verum ex animo dixerit ; demus hoc cuivis , ita existimanti : Sane non aliud ab Antonio expectabam , qui orator , ut erat Juris civilis ignarus , illud ne teruncii quidem faciebat , quo carebat infelicitate , & quod non affequebatur , oculo spectabat maligno , ac lividulo . Sed quid alienam hæc in remoramus auctoritatem ? proh Superūm fidem , ac hominum ! quaenam est facultas praeter Artem Juris , quae sit aere perennior , unde spiritus , & vita redeat

JURISCONSULTORUM.

37

redeat Reipublicae , & quam non possit diruere innumerabilis annorum series , & fuga temporum ? Reliquarum enim facultatum inventrix non alia est , nisi curiositas , & liberum quoddam animi oblectamentum ; Jus vero ipsa rerum omnium parens Natura eduxit , & quae , earundem est sedula conservatrix , industriosa necessitas amplexa est , ac nutrit ; quamobrem qui Juri vacat , divitias , & bona auget animi ; privatae consultit fortunae ; publicae servit utilitati ; hoc praesidio , socios , & amicos in foedere retinet ; cives caritate devincit ; exterros rerum aequabilitate allicit ; barbaros culturam lenit , atque expolit ; Per ipsum tuta est ubique innocentia ; timidum ubique scelus ; injecta fraena vaganti licentiae ; non destituta praemio Virtus ; non defraudatum fide commercium ; Qui haec non videt , communi sensu plane caret . Sed ego sagacius , quam canis acer , odoror , qui sit , qui Antonii sententiam tueatur , & Jus improbe retractet , Is nempe , vappa , ac nebulo , cui male sapiunt diurna , & per asperum laborem durata meditatio ; multa sensim edocens Fori aspectus ; domestica in perscrutandis , conferendisque Scriptoribus sollicitudo ; pudor interrogandi non difficilis ; attentio non impatiens audiendi : Hisce severis artibus , haec industria pene intolerabili fingitur , ac consuminatur Jurisconsultus ; non brevi annorum curriculo , non exigua animi intentione , non remissis ingenii viribus , non in agro inter rusticandum amoene , non domi inter placide confabulandum ; Haec est sors aliarum facultatum , quae aequabene hac via , ac aliâ quacunque minus impervia , ac aerumnosa perdiscuntur . Ex his igitur raptim , atque turbate dictis videas , Pinari ,
num

num contemnenda , ac parvi aestimanda sit Juris-prudentia , & an aliquem nostrum poenitere debeat , ad hanc Artem animum appulisse ? In hoc autem sermonis articulo nuncius supervenit , monetque , prandium esse instructum ; Nos ad litus pergimus , ubi lectiore cibo , sed exiguo , vires refecimus , cautine quid mali in itinere obtingeret , non servata rigide victus lege . At nautae , qui nunquam agunt esuriales ferias , gens , cui semper aridum est guttur , & fame dentes pruriunt , & inanitate intestina murmurant , quaeque non alia praesentia , & amica numina adorat , quam pingues commissationes , & potationes minime languidas , ac emortuas , ad plenum esculentis onerata , exsiccavit uno spiritu cados praegrandes massici oblivious ; & , hac suavissimae felicitatis particulâ , exclamabat , noster calet vigor , & redit in praecordia virtus ; Tum , quia laetitiae dator est Bacchus , in gaudium sese cum fremitu , & hilari tumultu dissolvit , & fictilem urceolum , tot potionibus liberum , sursum ejaculat , ut , in occasu humi fractum , amabili Stultitiae , & Ebrietati litaret . Post haec , de discessu non bene inter nautas conveniebat ; alii statim celerandum , prolatandum alii putabant in crastinum ; posteriorum vicit sententia , nostro timore adjuta , qui , ut mare in tranquilliores sese componeret aspectum , nervis omnibus contendebat . Rebus ita dispositis , coepimus lento gradu procul ab eo loco deambulare , & quibusdam superatis scopulis , non ineleganter pagum , ad maris litus positum , conspeximus ; & inter humiles aediculas , una piae caeteris cultus paulo lepidioris primo oculis sese objicit . Duos Piscatores , qui super parum edito saxorum acervo fal-

Ienidis hamo piscibus taciti vacabant, interroga-
mus; cuius esset ea domus? Illi in pedes ereti, &
timidi praesentiâ hospitum, ne verbum quidem au-
si mutire; Nos placido, ac amico nutu, jubemus
eos spiritum colligere; quamobrem, sui compotes
faeti, respondent; illam domum incolit vir, aevi ma-
turus, qui, ni fallimur, M. Minucius nuncupatur.
Tunc ego; M. Minucius ergo huc se contulit? hic
habitat? Ita sane, Illi ajunt. Iterum ego, ad sodales
conversus; Quaeſo ne dilabatur tam fausta occasio,
citi eamus invisendum Virum, numeris omnibus ab-
ſolutum, vitae dimidium nostrae, & alterum veluti
Parentem. Omnes ad id consentiunt; Pergimus; &
prope ostium, dum manu jam elata C. Nautius pul-
sat fores, Minucius, qui erat e re sua egressurus, il-
las ultro aperit, & nos aspiciens, ad spectaculum
inopinatum ttonitus, laetus simul, & admirans
ſubſtitit, & nullum adjecit verbum. Nos, gudio per-
fusi, injecimus in illius cervicem manus, totaque ani-
mâ adſtringimus, atque exosculamur pectus ſapienſia
plenum; & ſalve, diximus, amice oculiſſime. Ille
vero nobis, ſibi aequē caris, multa diuidit oſcula,
applicansque collum, noſtrum os, oculosque ſuavia-
tur; Et, cur in eam regionem pervenerimus, qua
de cauſa patriū ſolum commutare placuerit, quo
iter tenderemus, curioſe quaesiuit. Nos omnia nar-
ramus ex ordine, quae Ille gravi nutu, ac verbis
ampliſſimis probavit; tum doluit, ſero nos illuc poſt
prandium accessisse, rogarat tamen, ut ſaltem pro-
ximam noctem ſecum una commoremur; Nos officiis
devincti, Amico obtemperamus; &, qui rem omnem
mautis nunciaret, miſimus; ne nos diu, ac fruſtra
praefolarentur; ac tenerent, ubi moram tuto age-
remus:

remus : Deinde in primo domūs cubiculo cum M. Minucio consedimus ; Quem interrogamus , cur ipse , Vir cultissimus , peritiā Juris appriime consummatus , & Fori consuetudinem edoctus , amicitiā potentiorum , & clientum favore , suavissimisque moribus acceptissimus , urbem reliquerit ; & passus sit , in humili fortuna , procul a fastu , ac honoribus , in illo terrarum incognito situ vitam obscuram , ac penē pauperrimam ducere ? M. Minucius ad haec , quis vestrum , inquit , non tenet illud , ⁶⁸ nescio quomodo bonae mentis sorror est paupertas ? hoc dictum olim inter ancipes fortis fluctuationes diu animum perculit , donec , mutato consilio , mihi vivere statui ; Fateor quidem , ⁶⁹ iudicio Ciceronis , Magnam esse laudem , ac admirabilem , tulisse casus sapienter adversos , non fraudum esse fortunā , retinuisse in rebus asperis dignitatem ; Sed mihi alia prorsus mens fuit ; & placuit tranquilliorem vitam tumultuosae praeponere ; selegi hunc amoenissimum locum , non curis fastidiosis , non strepitū , ac fraude civili violatum , ubi juvat me , rusticari , ac veluti repuerascere ; Hinc colles , hinc mare meos suis pascunt oculos deliciis , quibus variam anni tempestatem experior semper laetam , semper amabilem ; non alio cultu mihi nitet mensa , quam eo , quem parat genius , parvo contentus ; oliva lecta de pinguissimis arborum ramis , molles asparagi , inter silvas reperti , amara cichorea , aut si quod est aliud salubre olus , satum in hortulo meo , latumque aquā perenni , & limpidā , saepe agnus , lupo ereptus a custode , saepe pisciculi , quos aliquis mo ,

⁶⁸ Nescio] Dictum T. Petronii Arbitri in Satyr.] ⁶⁹ Judicio Ciceronis] In libris de Oratore .

JURISCONSULTORUM.

41

morosâ cepit arundine , sunt carae , suavesque divitiae , quibus instruo prandium , mihi regali apparatu pretiosius , & si quae sunt ambitiosi palati condimenta , longae industriae non lene tormentum , & fortunarum sensim properans eversio , aliis , libens , ac volens , prudenti mancipatus parsimoniae , relinquo ;

70 *Quanto quisque sibi plura negaverit ,
A Dîs plura feret , nil cupientium
Nudus castra peto , Et transfuga dixitum
Partes linquere gestio ,
Contemtae dominus splendidior rei .*

Illud vero in rem meam est valde conducibile , quod tempus , qualecunque legam , studiis meis vacuum suppetit , ac expeditum : Nunc in longam noctem , hieme nivosâ recurrente , ante familiarem focum , igne assiduo lucentem : nunc aestate novâ ad matutinas , five pomeridianas , molliter obstrepen tes auras , sub vite , ac pampino , umbrante caput ab ardente Sole : nunc Vere redeunte , placidissimâ florâ , ac mitium dierum parente : nunc in pomiserio Autumno , inter vindemiae jocos , & dicatas Baccho licentias ; Nullique sum , quod sane reputo prae cipuum , de vitae meae instituto , ac ratione infelicitate obnoxius . Tunc ego : *Quis est , Minuci , qui tuae non invideat sorti ? aut qui falso existimet , posse aliud homini beatius accidere , praeterquam hoc vitae tenore dulcissime frui ? Sed , quaeso , quibus potissimum studiis in praesentia vacas ? an Jurisprudentiam , quae tibi olim maxime cordi fuerat , desertam habes , ac incultam ? Minime quidem , in-*

F quit

70 *Quanto quisque] Q. Horatius Flaccus Od. 16. lib. 3.*

quit Minucius, immo illam unice prae reliquis facultatibus, quas Huic semper postposui, colo, ac veneror; & plerumque in eo versor, ut attente, quo laborent vitio Artis hujus Scriptores, observem: Ipse enim ex me, quod raro ab aliis fit, scrutari conor, quanti sit unusquisque; neque alienis incaute acquiesco laudibus, quas ad imperitos etiam desert quandoque gratia; neque aliorum acerba dicta improvide amplector, quae saepissime excitat invidia. At ego: quoniam egregie in id incumbis, si molestum tibi, ac grave non sit, rogo, exponas nobis aliquid breviter, ne a te, quod accidit nunquam, discedamus indocti; juvatque mirum quantum ducem te habere, ac auspicem; ne nobis illud sinistre eveniat, expertum quod fuit olim a Gulielmo Budaco, qui postquam venatione, & aucupio relatis, literarum amore incaluit, immensos evolverat, sed delectu nullo, & majore ex parte deterrimis Auctores, quorum labem, sensim irrepentem, non sine diuturno labore, a se coactus est expellere; Quamobrem incipe; nec enim a te nisi exquisitas, ac sana documenta expectamus, qui tam acute, tam sapienter, tam proprie de unoquoque disputas. M. Minucius modeste ad haec: Neque natura, inquit, nec industria ita me comparavit, ut tanti sim habendus, quanti vestra me habet humanitas; caeterum non fraudabo vos hoc sermone; nec enim insuaves illorum mores probo, qui, quod sentiunt, in secretiore animi parte obtegunt; & multo minus expecto, ut, qui me rogat, precibus tandem iracundiam misceat. At ne omnia, quae sunt innumerabilia, consecter, paucis multa comprehendam; & sic statuo. Praecipua, quae classem ducunt, uti reliquorum omnium, ita Scri-

Scriptorum Juris, vitia tria sunt; Aut quod minute nimis, ac inutiliter; Aut quod plus aequo subtiliter, ac obscure; Aut denique quod barbare, ac involute res pertractent. Laborant priore labore, qui, feriotorum more, in nugis futilibus, ambitiose magis, quam solidè, versantur; In scopulum alterum impingunt, qui non in usu facili, ac proclivi, sed in tortuoso cogitationum ambitu Jus reponunt; Malum vero, quod eit horum postremum, amplectuntur ii, qui Jurisprudentiam fordide forensi disciplinae dumtaxat servire autumant; & ventosam, enormique loquacitate utuntur, qui que non magis sapiunt, quam bene oalent, qui in culina habitant, nilque habent in suis scriptis, nisi litigiosum, acre, tractum ex aliorum ineptiis, & cavillationibus, invicem mutuatis. Et, ut de primis aliqua generatim attingam, Hi luxuriam, ut ita dicam, Arti addiderunt, &, ut inquit ⁷¹ Tullius, levissimam depletionem gravissimae utilitati anteponunt. In rebus minimis, in ipsis pene ineptiis, ad derisum expatiantur; & malunt sibi oculum errui, quam abstinere sese a futili quaestiucula, per longam, importunamque orationem producta. Graecorum hic olim morbus fuerat, ⁷² qui quem numerum Remigum Ulysses babuisset; Priorne esset scripta Ilias, an Odysea; pueriliter inquirebant: Fluxit postea ad Romanos sequioris aetatis; & ⁷³ Tiberius Caesar Grammaticorum ingenia traduxit ad disquisitionem hujus generis nugarum; quae esset mater Hecuba; quod Achilli nomen inter Virgines; quid Sirenes canerent. Sed si in reliquis ar-

F 2 tibus

⁷¹ Tullius] De Orat. lib. 1.

⁷² Qui quem numerum] Se-
neca de brev. vitae, cap. 13. ⁷³ Tiberius Caesar] Ex Sve-
tonio in ejus vita cap. 70.

tibus id reor execrabile, in Jurisprudentia vero maxime putidum est, ac exosum: Et quamvis Viri summi istas negligere minutulas concertationes debuissent, ut vetus paraemia est, *A'ērōs & Θηράς τὰς μύιας, Aquila non occupatur muscas;* non raro tamen aliud evenire experientiā compertum est; & quis, per vestram fidem, non stomachabitur, ubi ⁷⁴ super orthographia Papiniani, vetusne illa sit, an recens, maximum spectet exortum bellum inter ⁷⁵ Claudiū Salmasium, ⁷⁶ Desiderium Heraldum, & ⁷⁷ Jacobum Gothofredum? Quis ⁷⁸ Politiano non acriter succenseat, qui odio prorsus vatiniano contra Bartholomeum Scalam, non obscurae dignitatis Virum, flagravit, ortā inter eos dissensione de orthographia paucorum vocabulorum, in Pandectis extantium, usque adeo, ut, contentionis impetu, manifestis mendaciis sese involverint? Sane quanto potiore jure nunc ea Cicero praedicaret, ⁷⁹ *Dignitas in tam tenui scientia quae potest esse? res enim sunt parvae, prope in singulis literis, atque interpunctionibus verborum occupatae.* Verumenimvero Jurisconsultis non adeo injucundum est, Grammaticae adhaerere; Olim Andreas Cioffus, Pisanius, legum peritus, factus

e to-

⁷⁴ *Super Orthographia Papin.*] in l. 6. D. De collatione honorum.

⁷⁵ *Claudiū Salmasium*] cap. 18. observationum ad Jns Atticum, & Romanum.

⁷⁶ *Desiderium Heraldum*] cap. 7. observationum, & emendationum.

⁷⁷ *Jacobum Gothofredum*] Ad leg. 75. D. de Reg. Jur.

⁷⁸ *Politiano*] Hujus cum Bar-

tholomaeo Scala contentio reprehenditur ex ejusdem Politiani epistol. lib. 5. & de hac contentione haec habet Jac. Gaddius de Scriptor. tom. 2. *Scalam Politianus pluribus epistolis acriter, ac acerbe pupigit, contemnit, atque damnavit, amarulentus judex, vel potius accusator.*

⁷⁹ *Dignitas*] In oratione pro Licin. Murena.

e togato viro ludimagister, insuavi genio ductus est ad scribendum ⁸⁰ de *Gerundiis*; mirum id alicui videtur, mihi non item, qui alias observaveram, ad hasce quisquilias animum serio appulisse Viros lectissimae eruditionis; quis crederet, quantum praeliatum sit de hac voce *Pandectarae*, sitne feminini, an masculini generis? Primum id in dubium revocavit ⁸¹ Antonius Augustinus; subsecutus est inde Cujacius, qui in quam partem inclinaret, incertus hæsit; Tota postea familia Jurisconsultorum primæ noctae, in factiones divisa, pro sua quisque opinione strenue pugnavit. Ultra tamen progressus est futilis ardor nonnullorum, & statim ac legerunt apud Papianum illa vocabula, uno in loco ⁸² *immemory*, alibi vero ⁸³ *fæti sceleritas*, quæ fortasse parum latine sonant; quid, ut latina defenderent, non exco-gitarunt ⁸⁴ Jo: Christianus Itterus, ⁸⁵ Grotius, & ⁸⁶ Scipio Gentilis? Minus profecto aliquibus forem acerbus, qui vel de Nomine, vel de Patria Jurisconsultorum, vel de Sede, ubi hi docuerint, latius, quam par est, differunt aliquando: nisi isthaec etiam nimis exaestuans libido, immensum, ac miserum in modum excrevisset; Acrius quam de Homeri, disputatum est de ⁸⁷ Irnerii Patria; aliis est Germanus;

⁸⁰ *De Gerundiis*] Refertur hoc in epitome Virorum illustrium, a M. Mantua conscriptâ.

⁸¹ *Antonius Augustinus*] In libello, de *Nominibus propriis ræ tardæxtra Florentini*.

⁸² *Immemory*] In l. 44. D. de acq. vel amitt. poss.

⁸³ *Fæti sceleritas*] In l. 3. D. de bonis eor. qui ant. sent.

⁸⁴ *Jo: Christianus Itterus* [Ad Brissonium de verb. signif.

⁸⁵ *Grotius*] In floribus sparsis.

⁸⁶ *Scipio Gentilis*] Lib. 1. Parergän, cap. 6.

⁸⁷ *Irnerii*] Quæ hic de Irnerio recensentur, latius persequitur Henricus Brencmannus in historia Pandectarum lib. 1. cap. 5.

nus , Florentinus aliis , judicio plurimorum Mediolanensis : Ulbi vero docuerit , quaestio item est non obscura ; quidam Bononiae , Romae plerique , Pisis nonnulli putant . Ad Nomen vero quod attinet , vide te , quantum super illo homines ex arbitrio variaverint importune ! dicitur enim , seu scribitur hoc ferme pacto ; *Irnerius* , *Trnerius* , *Hirnerius* , *Hyrnerius* , *Wernerius* , *Wernerus* , *Wernerius* , *Wernberius* , *Warnerius* , *Guarnerius* , *Vernerus* , *Vernerius* , *Ireneus* . Sed ocium non est , ut omnia hujuscemodi percurram , in quibus Scriptores , *omissis* , ut ait ⁸⁸ Cicero , *fontibus* , *rivulos* *confundantur* . Illud tamen animadverto , vitium hoc maxime esse commune , & per vagatum , quia non multo studio adhibito , & usu , plerumque Auditores id praestant , & non raro plausum inveniunt , praesertim apud eos , qui , non omnime mente , ac curâ in cognitione Juris , versantur . At ego non haec eo consilio dispufo , ut eruditos , qui ita sunt animati , redarguam , sed quia movet me ⁸⁹ Phaedrus , qui inquit ,

Nisi utile est , quod facimus , stulta eſt gloria.

Hactenus de his dictum satis . Alterius generis sunt , qui in steriles , inextricabilesque subtilitates perdit , nihil amant impensius , quam obscuris obscura pefſime miscere ; Quid enim contorte , atque implicite scriptum non est in disputationibus Juris abſtrusioribus ? quantum mire cruciant ſe , ac diſtorquent Auditores , caeteroquin eruditissimi , iis in rebus , quae per asperum laborem cognitae , utilitatis parum , per honestam negligentiam ignoratae , damni mercantur nihil ? Profecto plerisque haec eſt , ni fallor , inſita in animo inanis superbia , ut cum videant minus intel ligi ,

⁸⁸ Cicero] De Oratore lib. 2. 1 ⁸⁹ Phaedrus] Fab. 17. lib. 3.

Egi, forte quia aliquid in medium afferunt numeris Platonicis involutius, tunc scripsisse sagacius, sibi falso persuadent; & si quid planum, perspicuumque e manu dilabi sinant, de opera sua irrequeti, munus suum languide nimis, ac remisse implere, opinantur; & Horum aliquis vel ex composito *λόγῳ τάχει νέφος, σέρενηταὶ οὐρανοὶ inducit*, ut ait⁹⁰ Plutarchus. Quid hercle malum hoc? an Jurisprudentia ars est macerandi, contundendique in iniuktem ostentationem ingenia, ut in aridis, nulloque succo praeponguibus quaestionibus spiritum corrodamus, & ad extremam maceritudinem hisce salebris meditationibus exsiccata mentem delassemus? Evidem poeniteret hos, quicunque sint, male suscepti instituti, si⁹¹ ad Agellium tantisper animam converterent, qui inquit, *Actas M. Ciceronis, Et C. Caesaris praestanti facundiā Viros paucos habuit, doctrinarum autem multifōrmium, variarumque artium, quibus humanae erudita est, columnā habuit, M. Varronem, Et P. Nigidium; sed Varro- nis quidem monumenta rerum, ac disciplinarum, quae per literas condidit, in propatulo, frequentique usu feruntur; Nigidianaē autem commentationes non proinde in vulgus exēunt, Et obscuritas, subtilitasque earum, tanquam parum utilis derelicta est. Ju- lius Paullus ita obscurus in scribendo habitus est, e- jusque leges adeo verborum tenebris involutae, ut id, quod de Chrysippo Cicero in divinatione nar- rat, ⁹² de Paullo dici non immerito possit, Illum im-*

⁹⁰ *Plutarchus J. In commen- tario de dignoscendo Adulatore ab Amico.*

⁹¹ *Ad Agellium] Noctium At-*

ticularum lib. 19. cap. 14.
⁹² *De Paullo dici J. Ex judicio Jo: Bertrandi in vita Jurisconsul- torum lib. 1. cap. 25. §. 4.*

implevisse totum volumen oraculis flexiloquis , & obscuris , ut interpres egeat interprete , & sors ipsa referenda sit ad sortes . Quaesito suam non detrahamus indolem Jurisprudentiae : ea quippe nata est ad regendas privatas res , ac publicas ; ad instruendos animos pro colenda justitia ; si huic proposito perspicuitatem demas , facilitatemque , & omnia scrupulosis observationibus , & altius quaesitis , latiusque circumductis differentiis , implices , quibus nihil nisi tenebrae , & obscuritas oritur , plane non video , quâ viâ facile nobis sit , illud assequi , quod publice , privatimque expeditat urbium , populorumque regimini . Zeleuco ea mens insederat , ut Thuriis leges daret , numero paucas , sententiâ perspicuas ; qui Huic successerunt , subrogatâ importune simplicitati supersticiosa interpretatione , quo plus nominis ab ingenio , eo laudis minus ab utilitate (si solidum est ⁹³ Strabonis judicium) sunt adepti . Tenetis , quam late olim in Romano Jure Pegasianorum ambages , fraudesque verborum , ac circuitiones triumpharunt ? has exilio multaverat omnes Justinianus , nec amplius postliminio donatae sunt ; Papiniani vero simplicitatem sequi , ac in primis probare unice curavit , ac in deliciis habuit . Quare sileant aliquando , & pulverulento situ consepulta jaceant prolixae , infinitaeque disputationes , pacem , tranquillitatemque ingeniorum , quae pinguius adolescunt , turbantes , & quae doctrinae femitam , dumis , ac veribus squallidam , horrendaque reddunt in perniciem literarum . Faciam postremo de iis verba , qui barbariem , dulce studiorum suorum praesidium , tenaci vinculo amplexi , toti se dant in corruptum , ac depravatum Fori ge-

⁹³ *Strabonis] Lib. 6.*

genium . Hi sunt asperi , tristes , horridi , inquinate loquentes ; non instructi , non terminati ; nihil habent luminosum , nihil dicunt tranquille , leniter , partite , definite , distincte , facete ; sententias fovent abnormes , & nescio unde ex abdito erutas , a quibus succus ille , & sanguis legum incorruptus abest omnis ; *Verboſi etiam* , ut testatur ⁹⁴ Cujacius , & prolixo more suo , ut soleant , in re facilis esse multi , in difficulti muti , in angusta diffusi ; quodque est dolendum magis , inter hos ille supereminet excellior , qui scribit sordidius , non secus ac in Graeco proveibio est , ⁹⁵ Τὸν πιτίχων ἀμορφότατος δύσ-μορφὸς ὅτι , *Simiarum pulcherrima deformis est* ; & tamen superbunt , seque mutuo laudant , & , ut muli , invicem scabunt , ita alterum fricantem alter refri- cat . Sed , Amici , ⁹⁶ ad Antonium Fabrum , Istorum

G ho-

⁹⁴ *Cujacius*] In lib. 5. Responsi . Papin. ad l. 17. D. de injust. rupt.

⁹⁵ *Tὸν πιτίχων*] Citatur a Platone , & ad Heraclitum auctorem resertur .

⁹⁶ *Ad Antonium Fabrum*] Ita scribit Faber in epistolâ ad Carolum Emanuelem , Sabaudie Ducem , p̄fixâ torn. 1. De errorib. Pragmat. *Mos enim solennis ille est iſtiusmodi hominum , ut five delirent , five recta sentiant (quod nonnunquam , sed casu evenire necesse est) omnia referant ad aequitatem , quam pro arbitrio sibi fingunt , ut magni non Juris tantum , sed , quod etiam in Jure prae- cipuum est , aequitatis Arbitri existimetur . Quod si ad eorum ineptias profligandas Papiniiani auctorit-*

tas , & , quod est consequens , non mera ſolum , ſed vera etiam , pro- baque Juris aequissimi ratio aliqua obiicitur ; tum iſti nudis , quod ajunt , ridere dentibus , & subtilitates iſtas , aucupia , & apices dicere , ut quia nihil habent , quod commode respondere poffint , honeſte ſaltem conticeſcant , quorum in- ſciam , ſicuti detegere facile , ita negligere expeditum eſſet , ſi non eo maxime hominum genere , toto ter- rarum Orbe , Tribunalium ſere om- nium ſubſellia undique redundarent ; quibus nihil familiarius , aut antiquius eſt , quam ut in ve- ratos pragmaticorum errores pio certiffimis legibus obtrudant , a qui- bus in judicando , & consulendo re- cedere putent non oportere .

hostem acerrimum, & exasperatae patientiae igniculis accensum, eundum est, si indolem hujus notae hominum cupidis ante oculos perbelle depictam propius contemplari. Habetis jam ea, quae a me accipere pro vestra humanitate voluistis; atque ex his, quae jam dicta sunt, reliqua nascuntur omnia, quae dici possunt; illud addi, e re maxime puto, posse haec vitia ad virtutem accedere, irritum modo non sit, quod monet ⁹⁷ Horatius.

Singula quaeque locum teneant sortita decenter;
 Minutis enim rebus, ac curiosis allicimur; subtilibus excitamur; forensibus, quibus actuosi evadimus, confirmamur usu, ac experientia; Ubi autem id nomine caute, non proprie, non parce, non denique prudenter, ac longa animi provisione, fiat, alia prorsus omnia eveniant, necesse est: quippe per minutas res fordide affectata nauusat eruditio, delassat disputatio per subtilitates. involute excurrens; Indigesta, ac perturbata forensium disputationum moles vim ingenii frangit, ac enervat. Ita sentio; utrum autem digitum ad fontes intendam, sordales dulcissimi, vestrum est unice judicium. Plaudimus nos unanimis, testamurque, rem omnem acutissime; & istius sermonis, tam accurati participes factos fuisse, gaudemus, ac in eo, quasi in aliquo peropportuno diversorio, requieviimus. Post haec, disposita coena, ad eam invitata Minucius laudavimus modestissimi Viri sobrietatem; non enim laute, ac magnifice curati fuimus, quam pompa, familiaritatis amantissimae foedus violatur; neque adeo arcte, ac misere, quasi laetitia: conventus hospitalis cederet in jejunium. Commodum deinde quievimus; ac bene mane consurreximus;
 Tunc

⁹⁷ Horatius.] In Arte Poetica.

Tunc antequam plene diluculum illuxisset , iterum in mutuos amplexus effusi , grates maximas Minucio , subortis pene lacrimis , tenerime reddimus , & vale inter suavem moestitiam dicto , ad navem tendimus ; sedatisque pelago , ac caelo , institutum cursum prosequimur , & plures dies usi sumus auris secundis , & iter tuto celerantibus .

Sed quia instabile est mare , & momento e tranquillo in procellosum vertitur , coepit statim inter venti sibilos albescere , & spumosa aquarum mole ex imo fundo ad caelum assurgere tumidum , ac iratum ; postea tempestas saevior evadens aërem cingit atrâ caligine , negatque lucem omnem praeter malignam , quam per pauca , horridaque intervalla pariunt tonitrua , formidabili mugitu roboantia , & nubes scindentia igneo fulmine ; sequitur effusissima pluvia , veloci grandine permixta , in contrarias partes furens , fremensque , acta pugnantibus inter se Aquilonibus ; Nos muti , pallidi , esangues , neque concipiendis votis , neque vicinae morti deplorandae parres , eo deducti sumus , ut ultimum miserorum solatium , lacrimas , gemitum , suspiria glacialis horror nobis eriperet . Tres dies , noctesque , neque nutriti cibo , neque somno consopiti , neque ullo sermone erecti , nec denique aliquâ spe sublevati , inter nebras , & pericula , & semper vivam mortis imaginem , huc illuc jactati fuimus , & ad confinia desperationis ejecti . Tertio autem die , sub noctis initium , longe per obscurum aërem aut vidimus , aut vidisse putavimus tellurem , de qua paulo post certiores facti sumus , cum eo loci lumen , quod nimis infirme distantiâ oculos seriebat , non sine inopinata animi laetitiâ cognovimus ; sed adhuc ventus , pie-

R E S P U B L I C A

tatis expers , navi ferox adversabatur , ita , ut prae-
fentiâ vicini portûs , nescio , plus metu , an gau-
dio perfundebamur ; tandem , providentia Caeli-
tum , non nisi sub insequentis diei vesperem illuc per-
venimus ; ubi cauponam petimus , litori proximam ,
a qua pensilis lucerna , ad ostium posita , illud lu-
men dabat , quod externâ die inter languentis pro-
cellae reliquias e mari aspeximus : Sed quae post
haec infortunia lepidissime hic acciderunt , L. Pinari-
rus concinnis Elegis consignavit , quos nobis legen-
dos tradidit .

*Si quis amat ridere , legat quae scribimus ; haec sunt
Digna quidem scribi , sunt ea digna legi .*
Iratas , tres forte dies , sulcavimus undas ,
Jactati pelago , naufragiique metu ;
Nescio quas tandem lassuti venimus oras ;
Incerti , quae Gens , quod mare , quisve locus .
Sed tanto quia danda quies erat inde labori ,
Cauponam petimus , quae prope visa fuit .
Accessit Caupo , visu quo turpior alter ,
Aut alter pejor moribus esse nequit ;
Exemplar Furum , vitiorum maximus auctor ,
Inventor fraudum , flagitiique Parens .
Una manus , pes unus , & integer unus ocellus .
Hic fuit ; ereptus litibus alter erat .
Nos subodorantes hominem , Quis , diximus , unquam .
Hujus ab insidiis tutus abire potest ?
Sed quia jamdudum stimulo cruciamur edendi ,
Aegre tam longas ventre ferente moras ,
Ilic nos refici , nocte impendente , parati ,
Oramus , coenam disposuisse velit .

En,

En, ait Ille, lubens : exquisitissima semper
 Hospitibus servat prandia nostra penus.
 I, credas homini, mire ad mendacia facto ;
 Prandia se vacuus venter ad ista paret.
 Linteolum explicuit : fuerat quis foetor in illo,
 Hinc discas, lotum quo fuit, annus erat.
 Si sordem in patinis species, quas obtulit ante,
 A vomitu stomachus mox veniente timet ;
 Dein nigrum panem, quo nil est vilius, affert ;
 Saxum, jurarem, durius esse minus ;
 Apponit vinum, melius gustabis acetum :
 Gratia in hoc forsan, qua caret illud, inept ;
 Pisciculos praebet, mensem quos frixerat ante,
 Non olei, aut piperis, non ibi mica salis ;
 Non placuit multis exsuccus caseus annis,
 Pernaque nec rancens, nata nec ova diu.
 Tactis jam leviter dapibus, (quis crederet ?) ingens
 Est renovata magis, quam reparata fames ;
 Feruebatque accensa sitis ; meritoque dolebat
 Non sibi delatam venter inanis operi.
 Post haec : O Caupo, rationes collige, dixi ;
 Is wafer, arbitrio contulit omne meo.
 Verba metum mellita dabant ; iterumque rogavi,
 Ultra ne sensus occuluisse velit :
 Tum jussus, digitis rationes suppeditat Ille,
 Et verbis ornat, doctes in arte, dapes,
 Dein rursum officiis usus fallacibus, inquit,
 Quinque petens solidos, nit petuisse reor ;
 Namque ad mercedem curae, nostrique laboris,
 Haud specto : dono cedat utrumque libens.
 Quinque petis solidos ? Sed quid, clamavimus Ipsi,
 Si donata minus cura, laborque foret ?

Nec

R E S P U B L I C A

Nec duplo, nec forte triplo contentus abires,
 Et reddenda esset gratia multa tibi;
 Tandem vix multo conatu effecimus, ut tres
 E quinis solidos sumeret ille sibi.
 Post talem coenam dormitum pergimus; at qui
 Letus erat, non sum differuisse satis.
 Hic cimices, pulices, hic quidquid in Orbe repertū est,
 Quod somnum ex oculis triste fugare valet.
 Sed jam per lassos, fractosque laboribus ortus
 Coepit paulatim serpere lenta quies.
 Nocte super mediā, ventrem exonerare coadas,
 E ledo creptus quisque repente fuit.
 Surgimus, & hycnī extindūm conspeximus ignem;
 Hanc quoque nocturnam Caupo negavit opem;
 Non quia nos istum pretio non emimus usum,
 Ipsa etiam nobis aura locata fuit;
 Sed quia vix olei tantillum adduxit, & illud
 In testa, quo nos falleret, auxit aquā.
 Quare imus vacuas manibus palpantibus umbras,
 Ne premat incaute pes male ductus humum:
 Quae situs tandem locus est, his usibus aptus,
 Cujus non multo novimus ante situm.
 Sed frustra ventum est; nam omnis confuxerat illuc
 Per totum hospitio Turba recepta diem,
 Haec stimulo compulsa pari, deponere coepit
 Ventris convulsi praeципitanter onus.
 Nos miseri admitti nequaquam possumus; & vix
 Ultra sufficimus sustinuisse moram.
 Oramus, freminus, non ulli parcimus arti,
 Dent spatiū, ne nos mox crepuisse, velint.
 Intus qui stabant, subsellia tuta tenentes,
 Irridentque preces, prospiciuntque sibi;

Ac

Ac bene conclusis foribus, securius ajunt;
 Jus caverat bac in re: qui prior, est potior;
 Huc sero nimium vos accessistis; habenda est
 Nostrum cura prius; quis secus egit adhuc?
 Et quasi spernentes aliena pericula, monstrant,
 Arreptâ placide commoditate frui.
 Tunc ego, quid facimus? quidve expectabimus? inquā,
 Nullâ bic obtentâ nos moriemur ope?
 Quis pudor est? bic, bic, ubi nunc consistimus, alvo
 Suppetias, memet judice, ferre licet..
 Si queritur Caupo; pugnis certabimus; bisce
 Excoffatus humi (quod meret) ipse cadet:
 Culpa sua est, quidquid patimur; nam pessima vina,
 Quae dederat, nobis hanc peperere luem.
 Dictum, jam factum: bene res successerat. Inde
 Accidit hoc aliud, quod retulisse placet.
 Ganeo sat celebris, quasi jejunaasset ab anno,
 Huc celer exortum venerat ante diem;
 Dente dapes vorat, & vinum tam saepe bibendo
 Se totum ad fauces usque replere studet.
 Sic animam e cyathis exhaustis avariter omnem,
 Dicens, sive nibil, sive bibisse parum;
 Et rogat, ut rursus fieret sibi copia vini,
 Clamans, nolle truci se macerare siti.
 Sed postquam in stomacho, velut in patente cloacā,
 Undavit vinum, coepit adire caput.
 Tum caligantes oculi, asperluque minaces,
 Non valueri suo se retinere sitū;
 Et discurrentes hic impatienter, & illue,
 Implebant fletu, sponte cadente, genas;
 Fumabant nares, frons inflammata rubebat,
 Affiduumque tremens ibat utrōque caput;

Artu-

R E S P U B L I C A

Artibus accisis genua inclinata cadebant :
Spiritus obducta fauce tepebat iners ;
Et cupiebat adhuc bibere , atque explere bibendo
Os avidum , immensae sorbitio[n]is amans ;
Et quem supremâ guttâ evacuaverat ante ,
Admoveret imprudens rursus ad ora cadum ,
Sed nihil inveniens , gestum tendebat inanem ,
Exclamans , solito more , refunde merum .
Postea ructabat , reserans deformius ora ,
Quo ructu tota est foetida facta domus ,
Pars nostrûm extremis digitis , pars altera plexo
Lintealo nares claudit utrasque statim .
Namque parum abfuerat , quin unuquisque supinus
Hoc ad spectaculum procubuisset humi .
Ille tamen , subitâ veluti formidine taelus ,
Quis tremor est , inquit , vertitur ecce Solum ;
Ecce labat totum trabibus laqueare revulsis ,
Maenia nil sese sustinuisse valent :
Me regite , & misero tantas arcete ruinas ,
Ne finite , ut faxis obrutus ipse cadam ;
Praesentem date opem , nunc nunc succurrite tanti ,
Quae circum impendent por mea membra , malis ;
Divulsum caput est ; manus est divulsa ; pedesque
Divulsi ; sani jam mibi nil superest ;
Condite me tumulo , moestum properate feretrum ;
Funeris buc comites , buc modo ferte faces .
Post baec extemplo , baud secus ac foret alter ab illo ,
Qui fuerat , plausu , laetitiâque fremit .
Aique relaxatis coepit ridere cachinnis ,
Et fletu ridens uberiore tegi .
Accedunt famuli , lumborum cingula solvunt ,
Ut spirare animâ liberiore queat ;

Acci-

JURISCONSULTORUM.

57

*Accipiuntq; manu lymphas, perque inguina fundunt,
 Creditur haec vulgo prompta medela malo.
 At nos nescio plus tarbati, an forte refecti
 Casu ridiculo, linquimus hospitium.
 Deliciae hae fuerant, quae nos Caupona replevit:
 Invitamus ad has, qui velit hinc frui.*

Orto jam Sole , & Caelo in serenitatem composito,
 molestissimi hospitii incommodis deartuati , citissime
 discessimus ; & placidos fluctus quindecim dies ex-
 perti feliciter sumus . Defatigati tandem longo iti-
 nere , impatientes ulterius sustinendi mare , ad pro-
 ximam tellurem , quam conspeximus , appellere de-
 crevimus ; Sed loci condicionis ignari , nave ,
 contra venientem , oculis rimamur , quae ubi prope
 adfuit , rogamus Nautas , docerent , quae sit ea tel-
 lus , non procul assurgens ? Illi humaniter , aufugite
 quaeso , ac tutius litus quaerite ; laboratur hic gra-
 vi pestilentia ; & , uti nobis renunciatum est nuper ,
 caeli vitio nescio quis hominibus morbus ingruit , ut
 in hunc quicunque incidat , vitam die claudat ter-
 tia , aut quarta ad summum ; Luctuosa rerum om-
 nium facies , & , praeter miserum solatium commu-
 nis aerumnae , nihil superest Civibus , nisi citius ob-
 eundae mortis votum ; Occidit infelix Pater , dulci
 Natorum praesentiâ orbatus ; lacrimantia tenella pi-
 gnora arent inter languidos moribundae Matris am-
 plexus ; Amicorum opem frustra Amicus expectat ; &
 extremum pietatis officium inter consanguineos est ,
 invicem se se ferre , ne alterius graves , & vici-
 nam mortem minantes anhelitus intueatur alter stu-
 pidus , ac inutilis spectator . Viae omnes insepulta-
 rum plenae ; Fames canum , & vulturum , multo sa-

H

tia-

tiata humano sanguine, humi jacentia, nulloque violata morsu, praeterit cadavera; Domus lugubres, ac derelictae; Inculta templa, & solitaria; Pigri, & sterili rubigine obsiti campi; Ubique singultus, ubique uhulatus; & qui est morte pejor, mortis ipse ferox, & crudelis aspectus ubique circumspicitur. Iccirco iterum monemus, aufugite; Quod si forte a pelagi molestia paulisper cupitis relevari, quem incepistis, cursum sequimini; cras, ante meridiem, elegantissima se se Insula vobis obiiciet, hinc distans milliaria quinquaginta, quo nonnulli honestiores viri, & mulieres, incolae telluris hujus, quam aspicitis, se contulere, loci salubritate ducti, unde periculum bacchantis pestilentiae vitare, non male opinati sunt; ibi poteritis, si lubet, capere aliquantulum levaminis. His non sine gravi, ac gelido timore cognitis, proram extemplo avertimus ab infesto litore, multasque Nautis grates reddimus, quorum consilio adjuti, ad commonistratam Insulam tendimus. Verum statim ac eo pervenimus, amoenissimae stationis nativam elegantiam attentâ curiositate contemplamur; Humiles ibi colles, studio, ac culturâ agricolarum, ornati omnes foecundâ, ac semper viridi arborum prole; muscosi circum scopuli, ridentes inter lusum placide furentem subtilientium aquarum; Litorum planities, nullo conspicuata vili commercio, & flavâ, lucidâque arenâ scintillans, vix paucos pescatores raro excipiebat; aediculae sparsim positae, & sub quadam amabilis negligentiâ, Haec ad oram maris, Illa ad clivi moliter tumentis radices, Alia super culmine non asperae, nec inviae rupis, omnes diverso situ, ut gratiam, ac leporem loco emendatissimo majorem, jucundiorēque conciliarent. Huc convenerant, ut non

JURISCONSULTORUM.

39

non falso a Nautis accepimus, qui procul a patrio Solo abeuntes, morbi vim, late serpentem ab ipsis avertendam, curarunt; sepositisque curis omnibus, iisque valere jussis, tuendae saluti, ut par erat, unice dediti, illud dumtaxat, quod voluptati non indecorae, ac solatio innocuo conducebat maxime, laeti, & malorum omnium immemores, amplectebantur. Interea nobis obviam fit Vir gravis, nec diligens, cui forte hoc datum erat negocii, praeesse litatori, ne qua navis accederet, quae hujuscemodi morbi laboraret suspicione; Multa Ille prudenter interrogat; multa Nos opportune respondemus; recte inter se omnia congruunt; signis datis, inspecto vultu, cognitâ gentis origine, notato virium robore, colligit, tuto posse nos excipere; & benigne veniam dat e navi pedem efferendi. Dum haec agebantur, curiositate nostri adventûs ducti, duo adolescentuli, non inelegantis formae, quorum alter, sive genio erga nos, quo statim fuerat occupatus, sive humanitate, quâ erat apprime praeditus, invitat ad proximam domum; & ita lepidis ornabat verbis invitantementum, ut nonnisi per summam rusticitatem liceret repugnare; quamobrem invitanti paruimus; & Ille, dato nobis viae duce altero adolescentulo, citato gradu anteivit, causâ faciendi eos in antecessum de nostro adventu certiores, qui hanc aedem incolebant, quique illuc de more convenerant: Nos ad nutus traditi ducis pergimus, & occultae laetitiae pleni, Geniis hospitalibus grates tacito pectore agimus, qui tam acceptos in regione, prorsus ignotâ, nos ex insperato redderent. Tandem domum pervenimus; Ecce noster adolescentulus, nuper a nobis divulsus, qui festivo risu genas colorans,

H 2

digi-

digito nos commonstrat ; & manu acceptas quasdam puellulas ad fores dicit ; jubet , ut advenas conspiciant , ac salutent ; novis hisce additis beneficiis devincimur magis , & limen fausto omne ingredimur . Hic omnia ad delicias composita ; non procul ab atrio mollia prata , ibi odoreae herbae , ac salubres , & inter has mixti flores nitidi , vario succu , & risu colorum areolam docte ornantes ; Rarum ibi arbustum , praeter laurum , & cedrum , aut populum , imbecillis vitis maritum ; In medio e pumiceo lapide mensa non insuavis , circum sedilia , & super his molle umbraculum ex hedera ad defendendos vel ab ardore caniculae , vel ab humido Jove convivas . Huc officiosissime ducti sedimus , & paulo post paratur prandium ; Accedunt famuli ; explicatur in mensa , mox descripta , candidum linteolum ; sparguntur desuper rosmarinum , & cedri frondes ; apponuntur pocula , floribus coronata ; tandem assertur cibi non multiplex genus , sed lectissimum , & probe curatum ; epulamur dulcissime , ut ne quid nimis ; & nescio quis in hunc modum nobis bibendo propinat ,

*Convivae , en vitae sanguis , de vitibus humor
Prefus ; in hoc Vobis sit bene parta salus .*

Nos vero ita ;

*Sit verum augurium , sed sit commune , precamur ;
Nosque pari liceat , vosque salute frui .*

A prandio statim deducimur ad tectum : & postquam sese suâ quiske sede locaverat , Vir suavissimis

simis moribus ornatus , cui nomen , L. Veturius , de-
licationis Jurisprudentiae non jejonus , ut palam ser-
monis progressus fecerat , Parcite , inquit , hospites
jucundissimi , si pro vestra dignitate , epularum co-
pia , & apparatus minus arriserint : hic territi mor-
bi efferâ pertinaciâ , vobis , ut opinor , non incognitâ ; curae sanitatis studemus quam maxime ; Vivimus
parce , ac frugaliter , contenti eo , quo vires reficiantur , non opprimantur ; qua de re in delectu cibi
magis , quam in pompa , ac ubertate sumus perdi-
te accurati ; interdictum est rebus omnibus , quae
pravi , & gravis sunt succi , concoctioni impares , &
faciles , quae corruptantur ; praeter haec non ne-
gligimus alia , quae per haec tempora ab utilitate
non abhorrent ; In primis , licet hic clementia situs
pulcherrimi semper purus sit aér , & dulci aurâ di-
motus , ut scrupulosa , & nimia sit nostra in tuenda
valetudine diligentia , perpetuo focus lucet igne ;
quotidie roseo acetō pavimenta irrorantur ; incultos
hortos reliquimus ; arcendas curavimus palustres
aquas ; nuces , taxus , & si quae sunt hujuscemodi
arbores , eradicavimus ; Connubii sanctas leges , quae
ad animorum concordiam spectant , religiose coli-
mus omnes , caetera loco fratrum , & sororum su-
mus ; somno tantum damus , quantum nec nimia
quies , nec longa vigilia sanitati obfit ; ociamur sem-
per , jurgamus nunquam , paullum deambulamus ,
multum laetitiae indulgemus . Optimum sane , in-
quit C. Nautius , vitae moderamen in his aerumnis ;
rogo , unde accepistis ? Ad haec Veturius ; a natu-
ra , ab experientia , a prudentiorum hominum collo-
quio ; an aliunde accipi posset exactius ? Nautius
vero : putabam , te isthaec decerpisse a lectio-
ne

ne ⁹⁸ Francisci Ripae , aut ⁹⁹ Hieronymi Praevidellici , Juris interpretum , qui late de Peste tractarunt ; habent enim Hi multa , quibus a morbo caveas , & hoc summa redit , quam tenes tam accurate . Subrisit Veturius ; & neque Ripa , inquit , neque Praevidellicus incogniti Scriptores mihi sunt ; sed non omnia , quae in libris sunt , a libris sunt addiscenda ; satis idoneus magister usus est , ut quae ipse doceat , non opus sit aliunde conquirere : Caeterum quaerunt fuit ista utriusque Scriptoris amens libido , ut super ea re , de qua fere nihil veteres Jurisconsulti , disputationem integrum conglutinarent ? Ergone tam abditae Jurisprudentiae grava est infanda pestis , ut , immerito neglectam ab Antiquis ; hanc provinciam Ipsi religiosus susciperent excolendam ? Quid hic profecto peculiare , & a generalibus regulis tam late aberrans , ut controversiam postulet novam & uberiorem ? Non me latet in his quaestionibus medica inesse multa , proh maximus Superum favor ! jam sociam sibi Jurisprudentia adscivit Medicinam ; factus est sui compos deliramenti ¹ Mercerius , & ne-

scio

⁹⁸ Francisci Ripae] Hic patricius Papiensis , staturā pusillus , & , ut ferunt , deformis , animi virtutibus corporis vitium emendavit ; & inter plura , quae in Jus Civile , & Pontificium scripta reliquit , & his non pauca responsa adjecta , de Peste quoque librum edidit , ut ex Guid. Panzirolo declar. leg. Interp. lib. 2. cap. 157.

⁹⁹ Hieronymi Praevidellici] Fuerat is Regiensis , Caroli Ruini au-

ditor ; & Bononiae Antecessor , Sicarii cujusdam manu , contra quem patrocinium praestiterat , imperfectus , nihil praeter tractatum de Peste scripsisse traditur in epitome Virorum illustrium Marci Mantuae .

¹ Mercerius] Jo: Brandes in libello , quem Francofurti , an. M.DC.LXVIII. edidit , inscriptaque , De vera , ac simulata Jurisconsultorum Philosophia haec habet .

fcio quis alius , quibus non subolet Jurisconsultus , qui se unà medicum non profiteatur ; Videte ineptias hominum , qui volunt nobis isthaec tam bona fide persuadere ! Sed quid ego frustra detestor ? jamdiu Jurisconsulti , & Medici simul coëunt , & invicem auxilium sibi praestant ; postquam enim praeter Ripam , & Praevidelum e turba Jurisconsultorum eruperat Vincentius Carrarius , & *de medico , ejusque officio* scripsérat ; e coetu medicorum in medium prosiluit Paullus Zacchias , & arti suae factam injuriam censuit , nisi per ipsum honos restitueretur editione *Quæstionum medico-legalium* ; O mutuam caritatem , natam in ludibrium severiorum disciplinarum ! Sed abeant isti doctrinarum conturbatores , & sinant , ne importuni velint esse , ut in suo quisque fœse contineat munere , nec alienae afferant facultati tam impudenter inutilem laborem : An hi nesciunt , quod est in Graeco proverbio ? Ο' δύο πλόκας διώνων , γδέπερον κατάλαμβάνετ . Qui duos insectatur lepores , neutrū capit . Tunc ego : ex his , quae docte , & argute dicis , dulcissime Veturi , conjecturā auguror , Jurisconsultum Te esse plenum , ac perfectum ; Ad haec Veturius : non ita est sane , uti ex tua humanitate praedicas ; ea enim , quae audiebas , me imprudente , ac invito exciderunt . At ego ; non aliud a tua modestia responsum expectabam ; De reliquo , eos

bet. cap. 5. *Qui ad juris studium* | *Jurisconsulti* ; *Prius laudo , regnum*
pergit , ante omnia jus Pacis , ac | *enim Dei non tantum quaeren-*
Belli bene discurit , quod Modernis | *dum est primo , sed Theologia , ut*
est Jus Gentium . . . Plura ali de- | *ajungi , publica , quae in sacrī con-*
fiderant in vero Jurisconsulto ; | *sistit ; posterius , quod de medico dī-*
Theologum , & Medicum vult post | *citur , superfluum est .*
Mercerium Auctor de necessi . Ju-

eos magis diligo, ac pluris facio, qui, quae dicunt, proferunt veluti imprudenter, ac invite; taedium creant, qui ex industria omnia, quae improbo labore a libris, plerumque putidis, mendicarunt, importuno hiatu eructant; Quoniam vero insperanti mihi, sed valde optanti cecidit, ut in istum sermonem de Jurisprudentia dilaberemur, parcas quaeso seu verecundiae, sive officiis, quae, si in te animi moderationem commendant, mihi, meisque sodalibus impedimento sunt, quominus fructum aliquem ex colloquio tuo de his rebus percipiamus, quem unice quaerimus ex hac suscepta peregrinatione. Tunc Veturius: quamquam in Jurisconsultorum numerum venire non ausim, teneo enim & difficultatem Artis, & mearum virium imbecillitatem, ne quis tamen sit, qui superbiae imputet, quod ex animo, & meâ consuetudine est, non sinam vos me diutius rogare; quaeso quid est, in quo vobis satisfaciam, ut ut ruditus est oris mei facundia, hebes, ac infirmum ingenium? Cui ego; sane his dictis praestas te hominem ingenuum, liberaliterque educatum; & quia, in quo egregie differas, a nobis expectas; dic quae-
so, unde est, quod nullum Jus aequum, ac illud Pop. Romani, & tamdiu duraverit, & tantam sibi comparaverit famam, ac gloriam, & a tot Nationibus tam magnifice fuerit exceptum, & immensis egregiorum hominum sit insigniter ornatum laboribus? Postulas, inquit Veturius, rem neque levem, neque paucis dignam absolviri, quam ego conabor breviter, & si potero planius, expendere. Jus Pop. Romani non in ipsâ dumtaxat Naturae simplicitate, neque in solis, angustisque Necessitatis limitibus, ut caeterarum Jura gentium, repositum est; sed instruitur pom-

pompâ salutari , ac non inutili solennitate ; ita , ut oraculi , & absconditae religionis plenum videatur ; Nullam profecto invenies Nationem , quae in redendo cuique , quod suum est , ad tot cum maiestate excurrat ambages ; tantis utatur sine veritatis injuriâ fictionibus ; tam varias gignat sine obscuritatis vitio formularum apparatus ; tam subtiliter , sed simul graviter Jurisdictionem dividat ; tam acute , sed non minus perspicue statum hominum , ac rerum genera distinguat ; tam minute , sed aequa proprie contractus , supremasque voluntates dirigat ; docte superstitionis ; blande rigida ; suaviter imperiosa ; aliena si admisceat , nihil habet barbarum ; nova si proferat , nihil invidum ; si colat vetera , nihil exosum ; si placidiora sectetur , nihil leve ; si amplectatur severiora , nihil asperum , ac difficile ; sed quid plura ?

*2 Caetera de genere hoc (adeo sunt multa) loquacem
Delassare valent Fabium ; nec te moror , audi
Quo rem deducam ;*

Haec tam ampla , ac speciosa rerum supellex , hereditarium , ac peculiare Pop. Romani decus , ac ornamentum , tam faustis orta natalibus , nullo alio adjumento ad suae dignitatis culmen , suumque absolutissimum statum feliciori progressu inde pervenerat , quam ope sublimium Ingeniorum , quorum solertia , quod rude visum est , perpolivit ; quod involutum , dissolvit ; quod dubium , confirmavit ; quod dissumit , ac incompositum , digessit , ac conjunxit . Nec sane minori operâ , ac studio indigebat Jus egregium , quod , ut antea dixi , non quadam nititur simplicitate , quae cuique obvia est , neque sola necessaria.

I

sita.

2 Caetera de genere hoc] Horatius Sat. 1. lib. 1.

sitate , quae ex seipsa persuadet ; sed longe requisitis , ac sapienter excogitatis observationibus . Ex eo est , quod alii cultiores Populi leges quidem habuerunt , optime institutas , sed simpliciori aspectu ad naturae normam conformatas , & pro necessariâ cœlium operum concordiâ dispositas , omnibus prorsus viduatas solennitatibus : quamobrem nullas unquam in incrementum nobilissimae Scientiae Jurisconsultorum sectas , ac familias excitarunt . En igitur quo pacto Romana Jurisprudentia pœ caeteris tam splendide fulgeat , ac tam late dominetur ; Ipsa enim inventionum copiâ , aequabilitate sanctionum , disputationum subtilitate , ac perspicuitate , structurâ artis , vi rationum , luminibus sententiarum , ac interpretum frequentiâ rapit , allicit , omnesque ad sui admirationem vel invitos impellit . Sed tu , Jenuti , tecum nescio quid compressis agitas labris ? an habes , quod contra reponas ? Tunc ego ; Plane cognosco , Veturi , quam impense , effictumque haec jura Pop. Romani deperis : Sed , si tua humanitas , & familiaris consuetudo sermonis mihi obiiciendi libertatem non aufert , dicam aperte , quod sentio hisce de legibus , antiquitatem praesertim redolentibus , quae mihi videntur non ex omni parte illam obtinere dignitatem , quam tam magnifice extollis . Veturius , teneo , inquit , quae in hanc rem es disturus , ea nempe , aut his similia , quae ³ apud Agellium Favorinus Philosophus recenset , dum multa in Romano jure ostendit , aut obscurissima esse , aut dura , aut lenia nimis , & remissa , aut nequaquam ita ,

³ Apud Agellium] Disceptatio Sex. Caecili Jurisconsulti , & Favorini Philosophi de legibus XII. Tabularum legitur cap. 1. lib. 20. Noct. Attic.

JURISCONSULTORUM. 67

ita, ut scriptum est, consistentia; Sed has calumnias Sex. Caecilius egregie refellit, omnibus, qui aderant, ipso quoque Favorino, approbantibus, atque laudantibus. At ego, refellit sane; dubito, an egregie; Sex. enim Caecilius, sive ipse Agellius sit, ad sui arbitrium, quoquo vult, omnia contorquet, & ludit potius ex ingenio, quam ex reipsa serio disputat; Non ego hic in arenam contra Agellium descendam; susceperat olim hanc sibi provinciam * Cl. Salmasius, qui de dissectione corporis debitoris, pluribus obnoxii, verba faciens; *Ridiculum plane,* inquit, *ac futilem, vanumque se probat cum illa sua nugatoria ratiocinatione Agellius;* Sed isthaec non moror: nec me latet habere etiam Agellium suos non paucos, nec contemnendos favitores. Ipse autem aliud quiddam, longe aliud sum dicturus, neque ad Agellium respexeram, ut putas; E M. Tullii oratione pro L. Murena totus mihi, quantus ipse est, injectus est scrupulus; Orator enim eloquentissimus in Artem Juris hoc loco viriliter, ac aperte irruit; Ipso veluti proecone, nil aliud est haec Ars, nisi scientia mysteriis onusta, verbosae ineptiarum conceptiones, litigiosa loquacitas, absurdus, & nullius usus labor, occulta oracula, apud paucos custodita, sed quae postea promulgata, atque in manus jaictata, & excussa, inanissima prudentiae reperta sunt, fraudis autem, & stultitiae plenissima. In hos sensus excurrit tantus Vir, quantus est Cicero; & jamdiu ^s suboluit eruditis, non ad-

I 2

huc

* Cl. Salmasius] In dissertacione suae Diatribae, quam intentione de modo Usurarum cap. 18. scripsit Papinianus, sive de vita, studiis, moribus, & morte Aemilii Papini, Jurisconsultorum Coryphaei.

^s

Suboluit eruditis]

Intet quos

dedi-

Cl. V. Everardo Ottoni in dedi-

catione

Papini,

Jurisconsultorum

Coryphaei.

huc ab aliquo , neque ab ipso Antonio Paleario , qui hoc sibi negotii dederat , satisfactum esse Tullii objectis . Post haec Veturius , immerito , inquit , tam impense adhaeres Ciceroni , & ab Agellio recedis tam improvide ; suspectus tibi esse debet Cicero , qui eo loci causae servit , & ut Militiam extollat , Jurisprudentiam deprimit ; nulli enim non est indoles hujus hominis plene comperta , qui , dum orat , jurat in occasionem praesentem , alia omnia distinxerat , ut alibi dixerat , si oratorem non gereret ; quare facile te fallet Cicero , ubi causam agit , difficile , ubi ex re ipsa disputat ; Verum an non ille est Cicero , qui egregiam , diuturnamque Jurisprudentiae naverat operam ? ⁶ Franciscus Hotomannus saepius monebat , neque Ciceronis orationes sine legum Romanarum subsidio , neque illas admodum sine Ciceronis adminiculo perfecte posse legi ; afferitque ⁷ Franciscus Balduinus , Ciceronis scripta magnam Romanum Juris studiosis adferre lucem ; tantumque ocii sibi optabat , ut Jurisprudentiam Ciceronianam colligere , & eam , uti instituerat , in locos communes digerere posset . Agellius vero solide , ac prudenter differit , non autem nugatur , ut est Salmasii opinio , ⁸ qui nimiè de se persuasione , acerbius , quam par est ,

⁶ *Franciscus Hotomannus*] Quae rii Heraldi judicium , in Animad-
hic referuntur , habes in Elogio Hotomanni ad V.C.Jacobum Bongarsum Bodrianum , auctore Petro Neveleto Doschio J.C.

vers. in Salmas. observat. in Jus Attic & Rom. l. 2. c. 7. *Vir alioquin ad literas summo honore traxandas , & illustrandas natus ,*

⁷ *Franciscus Balduinus*] In epistolâ de optimâ Jur. docend. descendique ratione .

si modestiam adhibere , & arrogan- ti de se persuasione , ac erga alios malignitate excusâ , mentem ani-

⁸ *Qui nimiè de se persuasio- ne*] De Salmasio hoc est Deside- *mi in iis sedulo occupare potuif- set .*

est, ni fortasse etiam malignius erga Veteres se gerit; nam quod desideras argumentum validius eo, quod ex verisimilitudine per non leves conjecturas ducitur, in quam Agellii sermo tam eleganter incubit? Porro convertat paullulum Salmasius animum ad id, quod monet Scriptor diligentissimus, & bona fide perpendat, an ille a recta femeita aberret; *Non enim profecto ignoras, haec obiicit Agellius Favorino, legum opportanitates, & medelas pro temporum moribus, & pro rerum publicarum generibus, ac pro utilitatum praesentium rationibus, proque vitiorum, quibus medendum est, fervoribus mutari, atque fletri; neque uno statu consistere; quia, ut facies caeli, ac maris, ita rerum, atque fortunae, tempestatibus varientur.* Sed tu, Jenuti, qui in Romano Jure, nescio quâ causâ, non omnia indiscriminatim probas, dic per tuam fidem, an ea quae respuis, ac damnas, ita sunt deridicula, ut in aliis Nationibus passim deprehendimus? Non hic ad barbaras, incultasque Gentes mentem adiicio, in ipsis Graecis, Natione omnium legitissimâ, apud quos summum receperat Sapientia incrementum, consisto; *Quaesio, proh Deus immortalis! quam multa in his Populis, nonnisi cum risu, excipimus? En tibi, sanctiōnem illam, qua cavetur, Puellam, parentibus orbam, florentemque aetate primulâ, quae maritum naēta est, parum ad conjugii leges accommodatum, posse, quem velit e mariti Cognatis, provide ad reparandam Illius inertiam conducere; Cui malo si maritus prospetum ire voluisset, cautum, ut saltem ter in mensem*

9 Sanctionem illam] Quamquam eam ex nonnullorum resert Plutarchus in Solone, cui ridicula videtur lex hujusmodi; *Opinione defendat Tho: Stanleus in hist. Philosoph. in vit. Solon. c. 6.*

sem thalami ferias intermitteret ; coactus hac viâ ,
veluti in testimonium non violatae sanctionis , Kalendarium maritalis officii sibi conficere , quo festi ,
profestique dies munera sui deprehenderentur . Profecto non potes non tecum de fracta connubii re-
ligione , ac prostituto pudicitiae decore conqueri , ac
mirari ; Quamobrem Cicero , tunc , cum non in Foro ,
nec studio Clientum abreptus , verum , ac solidum
de legibus Romanis judicium protulit , caeterarum
gentium nugas despiciens , recte inquit ; ¹⁰ *Percipietis etiam illam ex cognitione Juris lactitiam , & voluptatem , quod , quantum praesisterint nostri Maiores prudentia caeteris Gentibus , tum facillime intelligitis , si cum illorum Lycargo , & Dracone , & Solone nostras leges conferre volueritis . Incredibile est enim quam sit omne jus Civile , praeter hoc nostrum , inconditum , ac pene ridiculum , de quo multa soleo in sermonibus quotidianis dicere , cum hominum nostrorum prudentiam caeteris hominibus , & maxime Graecis antepono .* Dum haec invicem recensabantur , & jam ipse acquiescebam in elegantissimo Veturii sermone , quem valde admiratus fueram , & longâ oratione laudaveram , accedit famulus ; nunciat Domino , adesse prope fores , qui a Gallonio missus , rogat sibi reddi tres illas membranas , quas nudius tertius attulerat . Praesto sunt , inquit Veturius ; accipe illas e taberna libraria ; aspice , en ubi sunt : invenisti ? non vides ? hae , quas cubito tangis , ipsissimae sunt ; sume illas cito ; affer huc ; nam prius quam ad Gallonium remittam , ea , quae in his aservantur , legam meis hospitibus , ut porrectiore fron-

¹⁰ *Percipietis etiam]* Ita ad iiae gloriam scribit Cicero sub per-
augendam Romanae Jurispruden- | sona Crassi in lib. 1. de Oratore .

fronte sint ; Interea ito ad fores , mone hominem , qui has expectat , maneat paulisper , & finge me rebus aliis vacare . Tunc Numicius , quae sunt hic subscripta nomina , quae isthaec signa ? an in his testamenta continentur ? Rem tenes , inquit Veturius ; & profecto lepidissima sunt , quibus tamen nihil de-est eorum , quae in solennem ritum statuit Jus Ro-manum , ut religiosius prae caeteris Nationibus De-functorum voluntates per omne aevum custodiret ; maximum sane argumentum , quo discimus , usque adeo non esse inutilem solennitatum obseruantiam , ut iis maxime indigeat Respublica ad repellendas fraudes , quibus hominum malitia late grassatur ; id , quod non plane intelligunt , qui Jus Pop. Romani si-bi fingunt in superstitione frustra occupatum . Sed ne iterum ad hoc redeamus , de quo satis ; capiamus aliquid solatii ex recitatione horum testamentorum ; Primum hoc scripsérat A. Postumius , vir ad mores antiquos factus , & in studiorum cultu non impiger , qui cum parum esset amicâ sorte usus , ita supre-mis tabulis sapienter cavit , ut postquam fatale ex-i-tium corde durato tulerat , fortuna criminis pude-ret sui .

*Qui fueram : uti vixi : quod cupio
fieri post mea fata : hoc supremo
elogio palam facio . Diu literis incubui,
ut sero discerem , quantum parum didi-
cissim . Lucri cepi nihil , ut est literarum
infortunium , quae asperae erant minus ,
nisi*

ni praeter negatum praemium, non ali-
quando apud vulgum substituant contem-
tum. Vixi annos LXXX; primos, quos
stupida abstulit *infantia*, obscuram vi-
tae partem reputo; sequentes, quos ne-
gociis mancipavi, amabilem, & placi-
de noxiā *insaniam*; reliquos, quos mi-
bi vixi, ocium felix satis, & paucis co-
gnitam sapientiam. Facilitatem in re-
bus meis expertus sum nullam, praeter
eam, quae in inveniendis quotidie diffi-
cultatibus fuit uberrima; bis grande pre-
mium comparavi, quo emta est constan-
tia, maximum misericordiarum levamen. A-
micos colui, quos sibi poterat inopia con-
ciliare; diu retinui, quia paupertatis ra-
ro sunt comites *Fraus*, ac *insidia*, qui-
bus in odium amicitia vertitur. Nunc
etiam paullulum pecuniae deest, quo man-
dem, extrui sepulchrum; id posterorum
arbitrio relinquo; & incertus bujus be-
neficii vitam claudio extremo hoc mea-
rum calamitatum monumento. Hujus
tam acerbae fortunae beredes sunt *Luc.*,
& *Gn.*

& Gn. Postumius, filii mei amantissimi.
 Oro, obtestorque, ne damnosam sibi putent
 hereditatem; Habebunt, quod ad vitam
 optime instituendam aequa melius condu-
 cat nibil; & aequalis fortis, exemplo
 paterno, non erit indocile pectus, bene
 praeparatum; & si meliore frui, conti-
 gerit, accedet gravior nova conditio. La-
 crimas, & singultus non posco, quibus
 deseritur potius, quam servatur Paren-
 tum memoria; Recte formatus animus,
 & sanae a me acceptae institutionis tenax
 documento erit, quantum extincti Geni-
 toris memores sint superstites filii; &
 Paternarum umbrarum solarium illud
 erit unicum, spectare ad nepotes felici
 successione hereditariam virtutem perve-
 nire.

Testamentum A. Postumii, sponte cadentibus
 lacrimis, & placide per animum serpente dulci moe-
 rore, attente exceperimus; & inter amabilem tristi-
 tam cognovimus, quantum Sapiens rebus angustis
 generosus, atque fortis appareat. Deinde Veturius,
 alterum hoc, inquit, est Asinii, qui fuerat Pater
 Esurionum, non horum modo, sed quot aut fuerunt,

K

aut

aut sunt, aut aliis erunt in annis; en. ejus misellus spiritus in ipsa arida testamenti dictione.

*N*e testamenti longior scriptura plus tabulae, quam par est, in ruinam patrimonii consumat, brevi animi mei sententiam aperio. Qui e Stabila, concubina, nescio quā imprudentiā, in hoc extremo senio domi retentā (nisi quia visā est concipiendo impar) postumus nasceretur, beredem facio. Curet mater, spissum jejunium a me perdocta, lac ei parcius dare, ne grandior factus, beluo substanzias meas devoret; & si quid lactis mammis supererit, babeat Superis gratiam, & alium quaerat, quem, pactā mercede, nutriat, ut suo victui sine meae bereditatis intertrimento consulat. Ut firmior sit nascenti proli valetudo, & sentiat, ut fuit veterum mos, tempestatum incommoda, pannis filium meum non obtegat, ita domui fiet tot expensarum compendium. Oro, ne negligens Stabila sit, vicinis ad ultum filium osculandum tradere, ut amabiles

biles lacrimulae, & gestus loquaces sciant frustulum panis, aut pomi particulam ei mercari, & ita aliquot dies sustineat sine nostro dispendio. Quod praecipuum est, mando, ne pecunia, meae vitae succus, ac sanguis, caute sub Lare ad dextrum latus in arcu ferre a diu reposita, ubi timidae custodes per volabunt meae evigilatrices umbræ, heredi meo commonstretrur, prius quam ad annos xxx. adeptus sit spiritus siccitatem, & ad aridos meos mores didicerit, ne ipso quoque nimis abunde uti, frui Sole, & frigore. Porro ne qua sit in curando funere diligentia, veto; Antequam tota exierit anima, ne qui veniant pietatis ritu ad invisendum cadaver, & solum scalpant, frangant fores, & domesticam auram spirando furentur, statim, cito deferar ad fundum meum: praesertim ut circumcisæ sit omnis funeris impensa, & nullum Libitina de meo faciat lucrum. Si cui tamen usui esse poterunt humani corporis ungues, pili, ossa, adeps, si qui est in bac pelle extenuata, excar-

nificer prius , modo supremum aliquid pecuniae ex reliquiis nostris emungatur , quam servandam volo latebris occultoribus , ne spectantium oculi emissitii rapaci intuitu partem eradant , ac diminuant . O quicumque praees incolumitati mearum fortunarum , sive tu sis aut Jejunium , aut Nuditas , aut Miseria , fac me , si merui , post cineres voti compotem.

Ipse ubi haec audieram , continere me non potui , quin exclamarem : & haec est brevis scriptura Asinii ? nisi forte ipsi visa est brevissima ; qui uberieores , si invenire potuisset , suae macritudinis sensus aperire cupiebat . Profecto huic , si unquam defacie novissēm , illud vatis lepidissimi sive per iram , sive per jocum recitarem ;

¹¹ *A te sudor abest , abest saliva ,
Mucusque , & mala pituita nasi ,
Hanc ad munditatem adde mundiorum ,
Quod culus tibi purior salillo est ,
Nec toto decies cacas in anno ,
Atque id durius est faba , & lapillis ,
Quod si manibus teres , fricesque ,
Non unquam digitum inquinare possis .
Tum mihi Veturius ; recte quidem , & argute ; carmen.*

¹¹ *A te sudor abest J His sal- lis infestatur Catullus Furium .
fissimis , jucundissimisque versicu- Pisaurensem .*

men in hunc hominem quadrat aptissime . Deinde referatā diligenter postremā membranā , in hac , inquit , scripsit testamentum suum impurus , & vorax , & aleo , Theodorus , qui sinistrā suā liberalitate , & dulcissimo omnium vitiorum consortio , bene unda oblimaverat patrimonia ; Quare in testimonium suae indolis ita de rebus suis cavit .

*Quia uxorem , non raro perpetuum
malum , mibi non conjunxi ; Fi-
lios justos non babeo ; eos , qui ex vulgi-
vagā Venere nati sunt , qui multi sunt ,
non cognosco ; adoptavi nullos , ne misera-
rio artis remedio solatum , poenitentiae
proximum , compararem ; Ut successorem
attentè inveniam ; qui meae vitae inju-
riam non faciat , & meorum morum
imaginem ad posteros referat ; Praedro-
mus , beres esto , qui e meis cognatis ,
agnatis , amicis supra alios egregius
est opum eversor , ac devorator , cui sua
sunt Numinæ , infinita Saturitas , Jocus ,
Festivitas , Feriae , Gaudium , Penus , &
nesciae numerari Potationes . Si quid be-
ne lactantis , ac probe siccata suminis , si
quid odoriferi aprugni calli , si quid ve-
tusti*

*tusti lacrimantis laridi , aut si quid aliud
in carnario , post consopitum famis meae
pruritum, aſſervabitur, quae fuerunt olim
mei ventris , aegre jejunantis , ſtabilimen-
ta , dum cibi vacivitate lippiebant fau-
ces , do , lego , viritim inter eos bercifcun-
dum , Coquis meis , Piftoribus , Laniis ,
Porcinariis , quibus fui quotidiana in-
temperies , ac laſſitudo . Si qui ventriofí ,
multibibi , ac merobibi , homines mibi ocu-
liffimi , funus meum ſequentur , in ama-
ritudinem , & luctum os compositi , eju-
lantes , ſpirantes , lugentesque extinctum
in me Continentiae adverſarium , Heluo-
num principem , Potantium ſolatum , ut
ſit eis ſedata paullulum irrequieta fitis ,
& ſiccis faucibus accedat gaudium , ba-
beant ſinguli in dies XL duos modiales
calices pbalerni , in cella mea vinaria per
annos plures ſervati , eà lege , ut uno ſpi-
ritu illos ingurgitent , & avariter in ba-
ratbrum , crepitante gutture , infundant .
Sticbus , ac Pamphilus , servi mei , liberi
ſunto , ſi proximis mensibus quatuor ter
in*

*in diem sepulchrum meum, quadrato la-
pide extructum, prope rusticam aedicu-
lam Bacchi Patris recolant, opiparis
obsoniis, & praestantissimi vini ampbo-
ris utrumque bumerum onerati cum ol-
lis, mortario, pistillo, sartagine, abeno,
patinis; & ante meos Manes indulgeant
prandio, ac ebrietati, ut madeant pavi-
menta exquisitissimo mero, & sepulchri
fornices redoleant nidore culinae, & meae
volitantes umbrae gratissimo praeteritae
voracitatis spectaculo recreentur.*

O factum bene! inquit C. Nautius, Hic vir
profecto mera gula fuit, seu verius, mera cloaca; O
impudentis vitae exitus impudentior? Caeterum, Ve-
turi, rem nobis fecisti gratissimam, hisce lepidis reci-
tandis testamentis. Quamobrem de tot in Nos collatis
beneficiis *gratias ago*, ut Ausonius ad Gratianum, re-
ferrem etiam, si possem, sed nec tua fortuna desiderat
remunerandi vicem, nec nostra suggerit restituendi
facultatem. Hoc pacto primum illum ab adventu
nostro transegimus diem; qui inde exortus est, ae-
que jucundus, ac suavis, & dulci cantu, & erudito
sermone, & non infacetis jocis, animos recreavit.
Tertia luce, diu in amplexus, & oscula effusi, ore,
verbis, ac gestu conati sumus ostendere L. Veturio,
aliisque, quantum arde nos eorum devinxerat co-
mi-

mitas , ac benevolentia ; & precati ipsis fausta omnia a Superis , fortunata , ac felicia , discessimus .

Et jam in altum progredimur , & brevi cursu in Graeciam pervenimus . A fletu temperare nos aegre potuimus , inspe^cto eo Regionis tractu in solitudinem , ac moestitiam converso , quem olim militaris gloria , & literarum eximius cultus illustrarant ; Nunc spe^ctra , ac reliquiae male congestorum ruderum , litora inhospita , & commercio spoliata , & vasti ac infelices aspectus planicie , & collum , sylvarumque luctuosae imagines , moerorem undequaque spirantes ad suspiria , lacrimasque effundendas viatores impellunt . Tendimus tandem ad Cycladas , in Aegeo in orbem amoenissime positas , quarum in medio , famâ sui celeberrima , situque elegantissima , sedet Insula Delos ; quo appulimus , & , jactâ anchorâ , litus ingredimur ; non tam coacti taedium navigationis dulci statione paullum commutare , quam impulsi genio Iustrandae Regionis , non ignobilis , quae omnium prima occurrit , ad quam , ut accepimus , accedere quandoque Jurisconsulti , vitâ functi , interque mortales versari , eorumque commercio uti , solebant . In Incolam , juvenem comtissimum , incidimus , cui nomen , Aelius ; rogamus nonnulla de loco ; Ille paucis ¹² ex Marone mutuatis , non invitus nobis satisfecit ; en , inquit , Hospites , quo loci accessisti ;

*Sacra mari colitur medio gratissima tellus
Nereidum matri , & Neptuno Aegeo
Quam pius Arcitenens oras , & litora circum
Errantem , Mycone celsâ , Gyaroque revinxit ,
Immotamque coli dedit , & contempnere ventos .*

Bene

¹² Ex Marone mutuatis] Aeneid. lib. 3.

Bene est, inquit L. Pinarius, sed quaeſo adſunt hic Jurisconsulti, ut accepimus? Ille ad haec; Profecto hoc me latet; verum frequens Horum fuerat, & eſt quotidie huc accessus. Iterum Pinarius; qua de cauſa? At ille; en vobis aperio. Delos, ut fama eſt, natalibus Dianaे, & Apollinis clara; ac ſuperba, Templem habet, eidem Apollini ſacrum; hoc vene- raturi adeunt Jurisconsulti, forſan ex ſuo iuſtituto; nam ¹³ ex veteri Juvenalis Scholiaſte didicifit, jam diu morem apud Hos obtinuisse, ſedendi, ac traſtant- di juxta Apollinis Templem; nec ſane abs re id factum; unusquisque enim veſtrūm probe cal- let, quantum in augurio potens ſit hoc Numen, ideo colunt Jurisperiti, cum artis ſuae partem po- tiorem in conjeeturis, in quibus augurem ſe gerere oportet, collocent; Quamobrem propitium ſibi Apollinem obsequio comparant, ne in difficulti nego- cio inepte hariolentur; tum etiam ut agant grates Illi ob navatam forte feliciter operam huic ſtudio, quo iplſis facere licitum plerumque eſt

¹⁴ *Candida de nigris, & de carentibas atra.*
Tunc Numicius; miror ſane, quae dicis; ergo ne Ars noſtra ita fallax eſt, & anceps, ut Apollinis quae- rendum ſit patrocinium, qui nos reddat in augu- riorum expeditos, dum, cum opus eſt, conjectamus? Conjecturae ſane, non inficias eo, ſunt ex arte no- ſtra: ſed illae non ſunt ex arbitrio noſtro pertractan- dae; ratio nos devincit; hac veluti duce, ignotas calcamus vias; non eundum eſt ad auguralem for-

L tem,

¹³ Ex veteri Juvenal. Schol.] ¹⁴ Candida de nigris] Ovi-
Ad Satyr. 1. lib. 1. ſup. vers. 128. dius lib. 11. Metamorph.

Sportula, deinde Forum, ju-
risque peritus Apollo.

tem , nec fatidici Numinis tutela est expectanda . Ad haec Aelius : differis ex re ipsa ; Sed horum copia est longe major , qui amant potius vates se gerere , quam Jurisconsultos , & ex arbitrio potius , quam ex ratione loqui ; seu quod facillime id agant , sive quod mutuo exemplo in mutuam perniciem ad id hortentur , sive quod coecutiant in sua opinione , nec plane videant , a quoq; quantisque debeant praejudiciis extricari . Ubi haec invicem dicta sunt , petimus ab homine , hercule , suavissimo , ut ducem se nobis praeberet ad visendum Phoebi Templum ; Ille non abnuit : & una secum e litore discessimus ; atque brevi ad Templum devenimus , in cuius fronte haec visebatur ex Ennio apposita Inscriptio ;

SUARUM. RERUM. INCERTI. QUOS. EGO. OPE. MEA. EX.
INCERTIS. CERTOS. COMPOTESQUE. CONSILII.
DIMITTO. UT. NE. RES.TEMERE.TRACTENT. TURBIDAS.

Verum illud nobis admirationi erat , Templi aspectum non videri , ut opinabamur , nimia vetustate inculsum , & ruinae proximum , sed perpolatum aliquantulum , & recenti curâ resecatum . Incola , nobis id valde mirantibus , inquit ; nihil est , Hostes , cur miremini ; Templum enim hoc , novum , quem habet cultum , elegantioremque formam , debet unice Baldo , qui olim , ut rumor est , hue advenerat , voti reus ; nam ¹⁵ in substitutionum litiis , quas pertractavit non paucas , & in quibus conjectandi audacia est major , adjuvante , ut opinor ,

¹⁵ In substitutione tribus] z. ex Comarr. & Alex. in R. D. Quod a Guid. Panzirolo refertur de vulgar. & papall. substitut. inde clar. leg. Interpr. cap. 70. lib. 1. princeps.

nor, Apolline, xv. millia aureorum congesit; horum partem non exiguum, cum e vivis discessit, arte, nescio qua, avaris adhuc incognita, & forsan ab ipsis nimis optata, secum abstulit; illamque locatam optime existimavit in reparanda hujus Templi ruina, proxime impendente. Pietatem Baldi laudarunt plerique, improbarunt alii, ea ducti opinione, quod in vetustis monumentis aliquid novare, piaculum sit; praestetque potius, antiqua venerari, quam nova persequi. Ita est, inquit Numicius, immo etiam in dicendi genere isthaec inter homines exarsit discordia; ¹⁶ Adrianus Imperator Ciceroni Catonem, Virgilio Ennium, Sallustio Caelium praetulit; & ¹⁷ M. Accio Plauto adhaeserat, qui inquit,

Qui utuntur vino vetere, sapienter puto.

Sed ad alia pergamus; & dic, si tenes, an huc accessit Antonius Faber, is, qui fuerat conjecturarum Scriptor praecipuus? Sane accessit, inquit Ille; atque ex industria id temporis opportune selegerat, quando Insula haec ab aliis vacabat Jurisconsultis hospitibus: quâ causâ, est in proposito: cum iis enim nolebat congregi; praesertim si qui essent foro addicti, & in fidem jurassent Bartoli, ac Baldi, contra quos odium fovebat exitiale; Illud etiam cupiebat, quamquimaxime, ne quem e numero eruditorum inveniret; nam et si aliqui eum laudibus ornabant; alii vero longe plures *Perturbatorem Jurisprudentiae* nuncupare, minime verebantur: Nonnulli, inter utrosque mediis, hoc de Ipso elogium emittebant in vulgus, quod jam in manus pene om-

L 2 nium

¹⁶ *Adrianus Imperator*] Utinam
refert Spartianus in Adriano cap. Iogo Catinæ.
¹⁷ *M. Accio Plauto*] in Pro-

R E S P U B L I C A

nium pervenit, & est hujusmodi;

Antonius Faber, Vir, nec sine invidia, admiratione dignus, nec cum injuria obtrectationi obnoxius; Ubique plus aequo, quamquam non citra expectationem ingeniosior; Sui, quam veritatis amansior. In Conjecturis, audax novarum inventor opinionum; In Rationalibus, tempestatum saepe in tranquillo agitator; In erroribus Pragmaticorum, virulentus; In Jurisprudentia, nimius; In Cadice, quanto sui dissimilior, tanto se ipso melior. Caeterum dubio procul Jurisconsultorum omnium maximus, si minor videri voluisset.

Convenit profecto, inquit C. Nautius, elogium; & qui audacem Illum in *Conjecturis* praedicat, a vero minime aberrat; aetati tamen parcendum; ¹⁸ annos natus vix quatuor supra xx, operam, sane non juvenilem, est aggressus. Ad haec Aelius; immo hoc tanti apud me non est (Fabrum excipio, & de aliis loqui, placet) ut juvenum libidini blandiar, qui, quam humeri recusant, provinciam superbe, vel improvide suscipiunt; Ad grandia adspicare, generosi animi est; a parvis incipere, prudentis; insi-

¹⁸ Annos natus vix quatuor *supra xx*] Ita Ant. Faber in epistolâ, scriptâ Renato Lyobardo Chatelarto in Suprem. Sabaudiae Sen. Praefidi primario, praefixa libris *Conjecturarum*. Cogitabam, quam difficile sit, praesertim novo homini, novas opiniones induenti, de Jure sic scribere, ut omnibus satisficiat, & vanitatis notam fugiat, aut temeritatis;

Quae mibi eo magis pertimescenda erat, quod ego, nec ingenio excellens, nec longi temporis studio in hac disciplina exercitatus, nec dum quatuor, & viginti annos natus (sit haec non industriae meae laus, sed errorum potius meorum excusatio) videbor exprobaturos mihi plerosque, quod prae-mature de Jure scriberem.

insipientis vero, statim ad magna devenire ; & horum mole gravari potius, quam extolli. Recte mones, inquit Nautius, laudo exactum in hac re judicium tuum : sed tamen hujuscemodi juvenum conatus, si minus re, & maturitate, spe saltem & expectatione digni sunt, qui laudentur. Nunc vero pergamus ad caeteras elogii partes ; Dicitur audax in novandis opinionibus ; ita, ita sane est ; in hunc scopolum plerumque impingunt, qui ingenio valent ; nolunt enim aliquid efferre, nisi ex se efferant ; & alieno ore loqui, quamvis recte, pudori ducunt ; amantque speciose errare, quam ignaviter sapere. Porro vera de *Rationalibus* referuntur ; illud addo, quod nomen sit exoticum, & minus operi conveniens, quod arripuit Faber ; Nullibi vocem hanc, *Rationalia*, mihi quis repertam commonstret ; ingenua ea non est, & latia nobilitate minime donata ; Nec mihi quis¹⁹ Ulpianum obtrudat, qui vocem *Rationalia* usurpare, non est designatus ; ea scilicet supposititia vox est, quorundam judicio,²⁰ qui ex Norica scriptura legendum putant, *Audionalia*, quae tabulae auctionariae erant, ubi premium rerum publice distractarum descriebatur : praeterquamquod eo loci *Rationalia* interpretatur Albericus *instrumenta Rationum* ; male, vel bene, juxta cum ignaris scio ; quia tamen interpretatione quid juvari possit Faber ad tuendam sui operis inscriptionem, non video. Miror sane, ait Aelius, quod Faber titulum adsciverebat barbarum, homo eruditionis, & culturae amans. Nautius vero, non adeo amans, inquit, ut tibi persuau-

¹⁹ Ulpianum] In l. i. §. de ser- Ita Joannes Calvinus in suo Le-
vis quoque D. de Tut. & rat. distrah. xico Juridico in voce *Ratio-*
²⁰ Qui ex Norica Scriptura } bia.

seades; habet non pauca, ni fallor, vulgaria; & incorruptae latini sermonis integritati non valde studet; uti neque in id viriliter incubuere ²¹ Aretinus, Jason, Zafus, Alciatus, Gotta, Cujacius: Faber enim rerum copia, & sententiarum varietate est abundatissimus; verborum autem compositione non satis perpolitus, quippe qui totus est in eruendis ex ingenio rationibus, fovendoque pruritu refellendi quemcumque, quem in scribendo sibi adversarium offendat. Sed quaeſo, quid tibi videtur, Nauti, inquit Aelius, de venenata in *Pragmaticos* indole? Debebat, ait Nautius, ita se gerere erga hominum genus, plerumque noxiū; consultius fecisset aliquando, si suae reprehendendi libidini pepercisset tantisper; non enim ubique coecutiunt Pragmatici; & de iis sapienter, ac proprie scripserat ²² Grotius, quod *ubi sunt mali Legum interpres, optimi sunt Legum conditores*. Caeterum satius est nobis, in hac parte defecisse Fabrum, & insignem operam suam posteritati tradidisse; quam nos tanti laboris desiderio teneri; Curet sibi quisque in decursu lectio- nis, ea probare, quae sunt seniora; ea praetermitte re, quae quantum ad acumen accedunt, tantum ab aequitate aberrant. Atque haec de erroribus *Pragmaticorum*. De *Jurisprudentia* vero pauca, nam in elogio satis multa sub illa dictione, quod nimius est; *Principia Juris*, quae ibi tractat, fusus, quam

²¹ Aretinus, Jason, &c.] Utis exigitur, qui illud in annotatis ad existimat Albericus Gentilis in Dialogo secundo, quem inscripsit, Paullus.

²² Grotius.] In prolegom. operis sui de Jure Belli, & Pacis n.

quam par est tractantur: illationes, quas dedit, excurrunt latius, ac uberior; nec institutum suum, de redigendo in artem Jure, plane deprehenditur; inchoatum hoc suum opus, nec ab ipso perfectum vidimus, nec ab aliis, ut ipse sibi persuadebat. Restat Codex, conscripus, teste ipsomet Fabro, in gratiam Pragmaticorum, ut quos una irritasset, parte ex altera leniret: Rectissimum in hoc Fabri elogium, quod quanto sui dissimilior, tanto se ipso melior; ibi enim sententias aliorum sequi, non erubuit; nobisque documento fuit, periculosum esse in Jurisprudentia, sibi uni perdite adhaerere, inque sui arbitrii sinu placide quiescere; idque a veterum Jurisconsultorum consuetudine longe dissitum, quibus, postquam ratione rem penderant, nihil tam fuit familiarius, quam aliorum opiniones & probare, & amplecti; qua de re inconsiderate dictum ²³ ab Vincentio Gravina illud putto, alios Jurisconsultos Papiniani auctoritate nitit, Ipsum vero nihil tale unquam tentasse; fortasse ²⁴ locum non animadverterat Gravina, ubi Papinius laudat, sequiturque Ulpianum. Haec de Fabro; tuas bellissime clauditur elogium; quod esset Jurisconsultorum omnium maximus, si minor videri voluisse: Additumque, si modo liceret, hoc unum fortasse vellem, quod praestaret magis incremento Jurisprudentiae, Fabros plures cum ipsis vitiis habere, quam cum suis virtutibus delicatulos quosdam Scriptores, qui languidi, ac exsucci de suo nobis afferrunt nihil, nisi, quod carptim ab aliis excerpunt.

Dum

²³ Ab Vincentio Gravina] In opere, De ortu, & progress. Jur. Civil. n. XCIX.

²⁴ Littere non animadverterat] In leg. 3 i. folient, Dodec. negoc. ged.

Dum mutuo sermone haec differebantur , oculis collustramus Templi partes omnes , situm , structuram , yota , ordine suo circum pendentia , & imagines , gesta Apollinis referentes , quarum vetustiores , & injuriâ diuturnae aetatis oblitteratas , Franciscus Fatius , Jurisconsultus Patavinus , qui etiam ²⁵ picturae studuerat , in obsequium Numinis restauraverat , ut ab Aelio accepimus . Placuit interea proprius intueri dona Numini oblata , Far , Hordeum , Placentas , vimineis servatas canistris , flore vario , ac recenti , & fronde odorâ contextis . Petimus ab Aelio , num aliquando Jurisconsulti dona obtulissent ? Ille , en inquit , ea , de quibus vos possum certiores facere . Coeptum erat a Jurisconsultis , hunc servari morem , ut statim ac unusquisque de re augurali , de Conjecturis intelligo , ac de omni scriptionis genere , in quo vaticinari cum aliena jactura impune licet , opus compiegisset , ad aram Apollinis sisteret . Eo creverat indigesta librorum moles , ut pene visa est Tempii species , ampla , & magnifica , quanta est , in abnormali Bibliothecae formam abire . Variis portentis indignari visum est Numen honoris significationem exosam ; & noctu , suâ quadam providentiâ , (nam ex ritu ignis ab hoc Templo abest semper ,) omnis librorum incompositus acervus abiit in flamas : Mane accurrimus , insperato successu timide percussi : veniunt Jurisconsulti , qui per id temporis

mo-
 25 *Picturae studuerat] M.* modum deditus ; Imo quod plerumque tam belle penicillo , natum imitabatur certis in rebus , ut nil melius fingi potuerit , ac defiderari a quovis etiam probatissimo artifice .
Mantua in Epit. Viror. illustr. de Literis humanis , ut frater , dele-
doquidem praelaturâ quoque effet decoratus , & picturae mirum in

moram in Insula agebant ; spectaculo omnes interfuius . Lugebant alii jacturam , hi nempe , qui in deliciis habuere semper , domum instruere putido , ac incomto librorum cumulo , quo videri volunt docti , legum periti , & assiduae lectionis non impatiens . Ridebant alii ; sibique non parum gratulabantur de fausto , fortunatoque eventu utilissimae unctionis hujuscemodi librorum , omnium ferme e faucce forensium , quibus peitis Orbi pene toto miserime ingruit , & jamdiu longe , lateque , omni destituta remedio , grassatur ; concipiebantque ferventissimā consensione vota , ut , eodem ferme miraculo , salutares flammæ fese , per Regiones omnes , viætrices expandarentur ad extingueda cuncta isthaec defloratae , constuprataeque Jurisprudentiae monumenta . Interea auxilio aquarum , & curâ nonnullorum hominum , ad id convocatorum , ignis consopitus nobis aditum praebuit , quo in Templum ingredieremur ; & non nisi irâ offensi Numinis , infortunium evenisse , compertum apud omnes fuit ; nam nil praeter libros , qui nauseam creant , ignis , vel tunc minime rationis inops , absumperat ; incolumes superfuere codices multi melioris notae , praesertim nobile depositum corporis Juris Civilis , quod ante aram Apollinis Andreas Alciatus , ubi primum ad haec sacra limina accessit , collocavit ; & est illud , quod commonistro ; accedite ; & intuemini . Nos manibus avide contrectamus libros Juris , perculti desiderio cognoscendi , quam formam praefeferrent ; Nec leviter fuimus mirati partitionem Digestorum in duo volumina , in quorum priore omnia ea , quae ab initio ad Senatusconsultum Trebellianum excurrunt , continebantur , in altero vero quidquid a Senatus-

M.

con-

consulto Trebelliano ad operis calcem protrahitur, erat conclusum; atque in his voluminibus minime glossas, circum appictas, deprehendimus. Tunc ego: Superis ago grates quammaximas, quod video libros Juris, tam nitide compactos, nec misere glossis oneratos, involutosque. Laudavi semper ²⁶ consilium Andreae Pithoei, qui ubi Petrum Filium miserat Avaricum Biturigum ad addiscendum Jus Civile, illud in primis monuit pro virili, ne glossas, aut commentarios Doctorum moraretur, sed pura, ac puta Jurisconsultorum expenderet, Imperatorumque verba, a quibus, accurate perpensis, vera lux Juri Civili, sicuti ex imperitissimorum Scriptorum dubiis interpretationibus, & vacillantibus responsis merae tenebrae. Nec sane parum arriserat, quod perbelle habet ²⁷ Antonius Syphrianus, is, qui malum hoc strenue, ac argute exagit, ac perstringit; & novae Pandectarum editioni studens, ab his *Citationum furias, glossas aureas, solitarias, columnas, versiculos, numeros, & reliqua id genus foeda memoriae cruciamenta labefactare, & convellere instituit; putabat enim recte, ab hoc insigni deliramento omnem in Jurisprudentia obscuritatem fluxisse,* & huic Arti, nobili, ac ingenuae exortam ignominiam: Viderat sane, quam cladem rei literariae intulerit praeclara illa horum Interpretum consuetudo, summâ cum audaciâ, & faeditate, invecta, ut statim,

²⁶ *Consilium Andreae Pithoei*] epistolâ, quam Carolo Cardinali Quod legitur in vita Petri Pitthoci F.J.C. scriptâ a Josia Mercedero.

Lotharingo scripsiterat, & praefixa est ante Pandectas, editas Lugduni an. 1551. apud Gulielmum Rovilliump.

²⁷ *Antonius Syphrianus*] In

tim, & saepius temere, unico arrepto verbo, ad illud tempestate quadam delati, tanquam ad saxum adhaerescerent, absurdissima, ineptissima, & iniquissima colligentes, huic unice intenti, ut omnia opinionibus miscerent, ac remiscerent; & nedum rusticam asperitatem, & peregrinam verborum insolentiam studiose sectari, sed de industria etiam tanta portenta nugarum amplecti viderentur. Praeterea commendavi partitionem illam Digestorum in duo volumina; & suspicatus sum, ut sociis retuleram, hoc esse illud antiquissimum Digestorum monumentum, quod ²⁸ Alciatus diligenter nimis, ne dicam religiose servabat. Putabat enim Vir doctissimus, ab imperito aliquo literatore inductam, & ad incavatam posteritatem per manus inde veluti transfusam divisionem illam Digestorum in tria volumina, parum probatis, ineptisque inscriptionibus, designata, *Digestum Vetus, Infortiatum, ac Novum*; nam quae vetustas, quae novitas in uno, eodemque non interrupti operis contextu, tam bene composito? aut cuius significationis vox illa informis, ac barbara, *Infortiatum*? Recte judicabat Haloander, Bulgari, & Azonis aetate hasce pullulasse ineptias; Per ea quippe tempora mos ille invaluit, ut nihil saperet, nisi conditum aliquà novitate, quam unice praestabat barbaries; neque alià unquam tempestate, praeter istam, a sapientissimis majorum institutis longe itum est, in qua parum docti credebantur ii, qui erant in novandis rebus parum audaces; noverant enim,

M 2 quan-

²⁸ *Alciatus diligenter nimis*] partitum, tanquam antiquum, Ut ipse halset in prooemio pri- ac fidelius, castigatumque exem- mi libri Dispunctionum suarum; plar honorifice colebat. & opus Digestorum, hoc modo.

quantum vulgo commendetur novitas, quod vel ab Homero accepimus, qui cecinit Odyss. a,

Tl̄w γὰρ ἀοιδὴ μᾶλλον ἐπικλείστῳ ἀφθρωτοῖ.
H̄ τις ἀκρότερος νεωτερῷ ἀμφιπέλῃ).

*Cantio enim bacē hominū longe est celeberrima vulgo,
Et gratissima, quae nuperrimā venit in aures.*

Teneo, ²⁹ non insuavem esse Contio hanc divisionem; sed futili ejus ratiocinatione non moveor; iudicio meo pueriliter hariolatur; quae enim recenset, lubrica sunt omnia, ac commentitia, & digna, quae a viris doctis floccipendantur. Atat habeo, ait Aelius, quod vobis referam de voce *Infortiati*, non ea est macra vox, atque exsucca, & suae expers significationis; nam Joannes Dovjatius, quem in hac Insula, dum huc se contulit, novi, & amicitia mihi arctissime conjunxi, familiares inter sermones affirmaverat, in suā, quam exaravit, ³⁰ historiā Juris Civilis Romanorum, diligenter disputasse de origine hujus vocis; Ipsumque in ea sententia haerere, quod ³¹ e Chaldaicae linguae fontibus ea deducta sit, uti antea Accursius hoc in vulgus emiserat. Tunc ego, contorto ore, noli, inquam vir humanissime, hasce fabel-

²⁹ Non insuavem esse Contio] quod novissime Pisces descriptus est in praefatione ante suam editio-

nem Pand. ubi haec scribit; Equidem nunquam frustra, aut temere nuncupatos tres illos Digestorum tomos ratus sum, Vetus, Infortiatum, Digestum novum: Sed vetus dictum, quia ab omni iustitate haberetur; Infortiatum, quia Veteri ad crescendo, & totum opus amplius, & fortius reddidisset, ut ipse barbarae appellatio-

³⁰ Historia Juris Civilis] Quae Lutetiae Parisiorum excusa est, anno 1673., hoc titulo; Historia Juris Civilis Romanorum, quā ejus tunc origo, & progressus, auctoritas, & utilitas, tum Justinianei partes, atque ordo partium demonstratur; Ubi & Gallici Juris origo perstringitur. Exarabat Jo: Dovjatius, Antecessorum Parisensem, & Regiomontium Professorum Primicerius.

fabellas reminisci ; satis , superque & Accursum , & Dovjatum novimus ; Habeant hi suas Chaldaicas eruditiones , & videri gestiant , quantum cupiant , etymologici accurati in penitiore doctrina ; delirabunt tuto in lingua , quam callent pauci ; & erunt milites gloriosi , ubi nullos habebunt , qui velint ipsis fieri adversarios ; Hic est circulatorius mos , & bene vetus , sed diu reiectus , & solenniter exprobratus , ut , cum aliquid nesciatur , inepte plerumque conflatum , & ad deludendam fortasse aliorum expectationem compositum , statim eatur ad Aegyptios , ad Chaldaeos , ad Hebraeos ; & abest parum , quin attingantur primi Parentes ; Caeterum Scriptorum letissimae notae nullus est , qui nobis haec portenta vendit ; pedibus eunt in hanc sententiam omnes , barbaram , fatuamque vocem esse , & inter reliqua Jurisprudentiae infortunia , in gratiam antiquitatis ferrendam . Ad haec modeste Aelius ; Accursium apud te tanti non esse in interpretatione hujus vocis , non miror ; quaecumque habet ³² eo loci , nugas

³¹ E Chaldaicae linguae fontibus.] redolere : Aliquo tamen possit tempore evolventi ei Jo. Buxtorfi Lexicon Chaldaicum , Talmudicum , & Rabbinicum , occurrit parum cognita , nec usu vulgari trita vox , & radice caicens (quae quidem cum ea sensu cohaerere videatur) sed literis multum abhorrente , quae agitur , & significatione apprime conveniens ; Cum enim Digestorum libri , qui Infortiati nomine continentur , circa testamtorum Jus versetur magna ex parte כוֹרְטִיהָן (quod

gas sapiunt, & ni legenti risum pariant, instar prodigiī est: Miror profecto, quod a Dovjatio discedas, qui olim mihi visus est non infacetus homo, & amans eruditioñis; nec enim aliter is esse poterat, qui ad scribendam historiam Juris Civilis Romanorum animum appulit, in qua valent, qui sunt palati delicatioris. Ipse vero: quanto me, Aeli, trahis invitum? Quanto enim magis studeo, avertere animum a ferendo judicio de quibusdam Scriptoribus, eo magis, veluti ex industria, fortuna ad has angustias redigit; quaeſo ne cogas me, plura loqui, Dovjatius qui sit, dijudicent alii; nolo quemquam carpere, est sane Vir doctrinae non vulgaris, & in studiorum cultu, 33 praeſertim quae ad Jus Sacrum spectant, non leviter consummatus; suam tamen de Jure Civili historiam, etiam paetā lectionis mercede, rursus non legerem. Tunc Aelius, per tuam fidem,

(quod & Portitha & Fortiatha legi potest) pro testamento, & ultimā hominis voluntate, scripto comprehensā, &c. Fieri itaque potuit, ut nonnemo, accepto a Rabbinis vocabulo, cum de materia testamentaria ageretur, sive per lundum, sive ut se venditaret, dixerit in Fortiato, pro in testamento; indeque ad Justiniane Juris partem, quae media est inter Vetus, & Novum Digestum, agitque de testamentis, manaverit haec appellatio.

32 *Eo loci*] In Ruhr. tit. D. solv. matrim. Tertio quaero, inquit Accursius, quare iste liber nominetur Infortiatum? Respon. Quia cum Romae esset studium deſtru-

hum, & Bononiae inoleret, ejus recuperatione facta Ravennas, cum effet amissum Jus, est redditum forte, cum multa affint, quae derant, & sic ponitur in pro valde... Alii dicunt, quia fortes leges sunt in eo, sed certe & in Veteri. Alii ab Inventore, seu Auctore, ut Publicana, & Triticia. Alii ab Infortias, Chaldaeo vocabulo, quod est dispositio; quia ultimae dispositiones hic sunt; &c.

33 *Praefertim quae ad Jus sacrum spectant*] Ut patet ex ejus Praenotionibus Canonicis, quibus Sacri Juris, atque universi studii Ecclesiastici principia, & administrativa enucleantur.

JURISCONSULTORUM. 91

dem, inquit, quid sibi vult sermo iste intercitus, & non sat sibi constans; rem ipsam, uti est, eloquere; nec ullà studeas uti circuitione; non enim adeo sum Dovjatio obnoxius, ut respuam exactum de suo libello judicium; erit mihi profecto gratissimum, si aperias sensus tuos, neque meam curiositatem per hasce loquendi ambages fallas, & simul crucies. Ad haec ego: dicam, quoniam ita jubes; Historia Juris Civilis a Dovjatio conscripta ad quartum usque caput, liquido jurare possem, merum *Manualis Gothofredi* furtum est; paucis affectat Auctor hic alium se praebere, sed frustra; quae subinde tractantur, qua nempe ratione laudari soleant leges, & loca Juris Civilis, quibusque notis, brevitatis gratia, utantur Jurisconsulti, ociosi ludimagistri frivola opera est, & Scriptore, nedum castigato, sed pene mediocri indigna; quae exequitur de auctoritate, & utilitate Juris Civilis, quaeque de Galici Juris origine experdit, non mala sunt, sed pleraque non sua. Justiniani vita, ipsissima est, quae ubique legitur; & quae habet de Juris primariis Interpretibus, interpretandique Ratione, aliena industria est, ab ipso per transcriptionem mutuo sumta. In recensenda serie Institutionum per libros, & titulos provinciam suscipit omnibus humeris, vel ipsorum, qui sub primo lumen Jurisprudentiam salutarunt, facilime sustinendam. Illud minime fero, ubi in Poësim dilabitur, & quatuor Institutionum libros carmine insulse exprimit; metri leges si demas, aspera, & obtusa reperies omnia; Non aliud profecto se gerit in tota supellectile Digestorum, & Codicis enucleandâ, & poetice describendâ. Hoc sane est meum de Dovjatio judicium; si quod dictum in eum incl-

clementius existimas ; mone , ubi erraverim ; si vero cuncta ex seipsis constant ; parce , si amicum tuum non injuriā perstrinxerim . Aegre tulerat Aelius judicium de Dovjatio , quamquam auctor ipse fuerat , ut a me invito , ac relustante extorqueretur ; Ita est ingenium plurimorum , amant aliorum sententiam cognoscere , renuunt tamen , seu nesciunt , persuaderi ; verum sapienter Aelius , quod raro fit , dissimulavit , nec aliquid contra tentavit edifferere . His mutuo dictis , e Templo discessimus ; sed in reditu non illam ipsam calcavimus viam , quae in adventu fuerat brevissima , & nihil incommoda ; Sed aliam , longitudine , & asperitate , difficiliorem , quae ad Aelii villulam ducebat , quo nos humanissime invitaverat ; Quamobrem exorsi iter per saxosum , ac declivem collem , ad immensam planitiem pervenimus , ubi per non exiguum viae tractum , ardente Sole perusti fuimus , indefensi ab omni umbra , quam infrequentia arborum negabat ; miseri aestuabamus , & largo sudore , & molestā latitudine , & gravi anhelitu cruciati ; Sed nocti oculis non longe mapalia , & sono citharae edocti , non illa esse prorsus inhospita , illuc , citato cursu , desiderio relevandi corporis , contendimus , quo statim ac accessimus , recreamur mirum in modum ; Locus erat palustris , junceo tectus vimine , & caricis maniplis ; Villicus , affiduae non impatiens diligentiae , curabat , ut herba dumosa , & aspera eset remota , sed virerent luteae violae , luteumque papaver , pallentesque cucurbitae , & suave olentia mala ; Per vicina pascua timidae errabant capellae , adulta lacte portantes ubera ; & tenera vaccula , recentibus turgida cornibus , mugientis matris premebat

bat vestigia : Ostium pauperis tugurii , & latus utrumque , mediamque viam ab omni calore aestivo vitis late extensa tuebatur , grava pampinis , aurâ levi undantibus , & uvâ sensim maturescente , & ad objectam lucem gemmarum in morem refulgente ; & pinus ingens , & alta populus umbram hospitalem ramis suis amice consociabat ; & lymphâ fugax oblique rivo susurrans trepidabat . Duae rusticae mulierculae recens e sinu fluvii haustam aquam prouidâ manu per pavimentum distribuentes , illud totum consperferant , ad excitandum frigus ; Interea Senex argutulus , utroque lumine orbus , & dente putrido , & fumosâ facie , totâque , quanta est , sive annis , sive morbo corrosâ , sed festivi , lepidique ingenii , super caespite accubans , & pectus corrugatum , ac pilosum ad captandas auras apertus , citharam pertrahabat ; subridensque nescio quid molliusculum , ac ludicum canebat ; In plausûs speciem puellus non languidulae indolis , coronam , quam ex hedera subrustice , & festinanter compegerat , senili capiti , non reluctanti , tanquam praemium cantûs , imponebat ; Ad haec , Canis , erectus in anteriores pedes , caudam utroque movens , spectaculi non incuriosus obseruator , immobilem obtutum seni canenti affixerat , & impositam coronam oblatrabat , cui Puellus minaci gestu lapidem , intra manus sumtum , & jaetui paratum , objiciebat , ut obmutesceret : At Puelli Soror non impigrat , & aetatis tenerae , & faciei bonae , & cujusdam nimis placitae rusticitatis , cadum ante senis pedes locaverat , qui frigidâ oppletus excipiebat refrigerandas duas vitreas phialas , nitidas , ac pellucidas , & sat bene commodas , plenas rubicundi , ac spumantis falerni , quas senex per certa

N

in-

intervallo sitim suam extinturas , novumque oestrum , ac hilaritatem excituras , avide identidem siccabat ; Puella vero saepius , ut erat in lusum , ac blanditas prona , accedens ad senem , suspenso gradu , nec insuavi dexteritate , nasum illius digito vellicabat , & celeriter manum surripiebat non sine voluptate , & risu astantium ; quod neque senex ferrebat indigne , immo . puellarem innocuum jocum tacito quodam risu , ac nutu facili probabat ; Non procul pupus alter , non adhuc a lacte divulsus , in finu Genitricis tenere exceptus , desertâ mammâ , quam fugebat , converso tenellulo capite , spectabat ignorâ attentione seniles lufus ; & ad risus , jocosque spectantium , ipse etiam inter maternas ulnas blande cachinnando saltabat . Nos haec omnia non sine solatio spectavimus , & refectis paulum viribus , ultra pergere coepimus ; Sed occasio , hercle , non illepida , iter nostrum morata est , non procul ab hoc loco ; Invenimus enim duos Pastores non infaci spiritus , acriter , ac per belle inter se contendentes , quos clam subauscultare , ab umbrosâ queru tecti , statuimus ; & Nauitus , quae pastoribus ex ore exciderunt , quia nimis arriserant , transcripsit .

PALAEMON . LYCIDAS.

PAL. Te , Lycida , te , mi Lycida dulcissime , quacero
Jamdudum ; longo sum lassus itinere , multo
Lassus sum clamore ; per haec queretra , per illas ,
Quas cornis , rupes ivi celer , atque redivi ,
Clamans , o Lycida ; o Lycida , responderat echo ,
Meque , tui quaerendi avidum , hoc errore fecellit .
Nunc , quid agis ? car nostra fugit consortia , Es unde
Iste

JURISCONSULTORUM. 99

*Iste tuus dolor est, dolor, eheu! non tuus arte?
Nec pecori de more stades, nec mane ferens
Auroram canta praevertis, & otia agrestis
Fortunae non ore bilari felicia reddis.*

*Nosco equidem, quod amas; ab amore hac omnia manas:
Tristis amor, cur pacem animi, & solatia turbas?*

Lyc. *Ab nec amo, nec, si voluisse, forsitan amandi
Copia suppeteret; Qui rebus in omnibus, eheu!
Fatorum ingenium semper sum expertus acerbum;
Posse mihi facilis agnoscere tressis amores?
Patrem dabo, Dis sat notum est, quam noxius Ille,
Atque, meo damno, quantum sine lege sic asper,
Isti sunt testes humeri; Dulcissima mater,
Unica spes, quae me subducere saepe solebat,
Caute, (namque id erat dulcissima,) Patris ab ira,
Occidit, ab tristis memorandi occasio! nuper
Occidit, amissamque fleam, dum vita manebit.
Et dices, quod amo? nec quae moestissima signa
Aspici, ad causas referes, quam verius, istas?
Nunc mihi lugentes silvae, lugentia prata,
Lugens omne peccas, lugens fons, collis, & aura,
Spiritus ipse meus lugens, anima ipsa videntar..*

PAL. *Excusare alii te velles; irritus omnis
Est necum labor; bsec eadem nos finximus; hujus
Non adeo ignari, ut credis, sumus artis, & olim
Nos etiam his tricis, fraude bac tentavimus uti;
Sic caelatur amor, sit quisque sic hostis amoris,
Cam magis infelix saevo truciatur ab igne.
Dic mihi, ne te alio veritas, cur saepe Myconis
Tecta petis? dic, cur collis Hunc, Haec semper abbaeres,
Quo pergit, quo forte maner? quid plura farebor?
Non ha servires, ni Phyllis, pulchra Myconis
Filia, servitii premium tibi dulce fuisset.*

N 2

Certe

Certe Phyllida amas, a Phyllide pofcis amari;
Nomen ad hoc, palles, suspiras, deperis, ardes.

Lyc. Ifthaec unde tenes? an tu mendacia curas,
Quae vulgus ferit, aut aliquis, qui nostra tuetur
Obliquis oculis, atque haec deliria jactat?
Ab! miror; nec enim de te mibi tale fpondi,
Immerito cui nostra fides suspecta videtur.

PAL. Ne dolcas; mibi suspecti sunt semper amantes;
Discere quae cupimus, vix ullus disset ab ipsis:
Quippe tacent caute, parce ad quaestia loquuntur,
Vera etiam involvunt dubiis, & serio miscent
Lusibus, inque uno nunquam sermone morantur.

Lyc. Nulla quidem causa est, cur his ambagibus utar;
Cur simulem, quod corde gero? non sum indolis hujus,
Dixisse, quod amo, si, ut tu contendis, amarem.
Quid? non haec aetas tales consentit amores?
Caelarem, si res sit Amor, juvenilibus annis
Non bene conveniens; caelarem, si modo nullum,
Qui foret exemplo mibi designandus, haberem;
Mopsus amat; non sunt Alcon, & Moeris amantes?
Inter nos dispar quae vis, quae forma, quod aevum?

PAL. Quo tete magis excusas, mage suspicor; illud
Nosco, quod ingenium cunctis sit amantibus acre.
Et facile, ut praesto nunc buc, nunc diffuat illuc,
Atque etiam invitatis quodvis persuadeat, in tot
Excurrit rimas, a queis vix se explicet ullus.
Non bodie efficies, ut non referentur amores,
Quos tu abscondis; ero, si vis, adjutor; & illud
Quod caelare cupis, forsan retulisse placebit;
Solus non valeas, votis, & amore potiri;
Me duce, me comite, ut mox experiere, valebis.
Si pudor est, animi sensus aperire reposos,
Sponte suâ pudor hic subito dilabitur, & tunc
Dulce

JURISCONSULTORUM. 101

Dulce loqui, nocuumque tibi tacuisse, putabis.

LYC. Hoc modo defuerat, quod in has me involvere velles

Insidias; nosco fraudes, quibus uteris; istis

Non capiar; ne post, pleno, effusoque cachinno,

Illudi patiar. Sed tandem desine, lassae

Sunt aures, quas tu cumulas, his rebus ineptis.

Aut aliud quaeras, aut hinc discede, Palaeomon;

Justa quidem est, quae, preffa diu, se exasperat ira.

PAL. Non aequum est, mecum irasci, quae e lusibus ira

Gignitur, injusta est: abeo; Sed sis memor, olim

Tempus erit, quo sic mecum te egisse, dolebit.

Laudavimus lepidissimam concertationem; mirati, quantum aleret calliditatis pastorale ingenium; & illinc tacite migravimus. Quae successit non adeo salebrosa, ac durior soli facies brevi ad villam Aelii perduxit, ubi postquam eleganti excepti suimus convictu, suavissime pernoctavimus; Primo mane experredi, ad navem contendere decrevimus; rogavit Aelius, ut ipsi liceret, nobiscum una pro re sua ad Paron, aliam e Cycladibus Insulam, accedere; monuitque, ipsum ejus telluris, quam non raro invisebat, apprime gnarum esse, & facile futurum, ut aliqui invenirentur ibi Jurisconsulti, aut sibi, aut suis amicis, non prorsus incogniti, quos alloqui de re civili, proclive foret. Lubentissime morem Aelio gerimus, cui plurimum debere, quisque nostrum profitebatur; Et Ipso comite, non sine magna animi voluptate, undas fulcavimus.

Ad Paron felici cursu pervenimus, & statim initus insluimus, proximumque litori vicum coepimus lento gradu circuire. Aelius, quippe qui non erat in ea regione omnino hospes, passim salutatur, & ab omni-

omnibus benigne excipitur; & , vix paulum progressus , Senem convenit , honestae faciei , & ad amabilem morum facilitatem mire compositum , quem , utpote sibi jamdiu carum , & acceptum , multo perfusus gaudio , arctissime complectitur ; & rogat plurima , uti valeat , quid agat . Et ille ; bene quidem valeo; ago autem , quae his annis convenient , ocior , paulum deambulo , colloquio utor eorum , quos amo , & ita vitae , mox periturae , spacium traduco . Tunc Aelius ; laetor quidem , quod incolumem te invenerim ; & jube , si quid me velis , quod effectum tibi reddere cupio avidissime ; caeterum dic , an in hac Insula Jurisconsulti obversentur ? Sane quidem , inquit Senex , immo a me nuper divulsus est Franciscus Balduinus , qui in re suâ occupatus hic moratur ; Valde enim , ut vestrum latet neminem , historiae studium Ille deperit , quamobrem vacat quotidie inveniendis marmoribus , quae in hac regione aderant non pauca , inscriptionibus suis veteri historiae lucem afferentia , quorum nonnulla aliquot abhinc annis 34 Thomas Arondelius aliò transtulit . Tunc ego , cognoscendi , videndique Balduini , desiderio accensus , ad Senem conversus , edoce , inquam , edoce quae-
so,

34 Thomas Arondelius aliò iis , praeterea alia , scripta erant literis uncialibus Chronica Athenarum , ibi insculpta CCLXIII annis ante Christum natum : Super hisce marmoribus , quae non parum illustrandae historiae conduxerunt , egregios edidere commentarios Seldenus , & Prideaux.

Haec marmora in Paro inventa , Comes Thomas Arondelius e regionibus Orientalibus non levi impensa in Occidentales transtulit . Vocantur etiam marmora Oxoniensia , quia Bibliothecae Oxoniensi donata ; & sita sunt in exteriore pariete Theatri Schektoniani ; In-

fo, quo ivit Balduinus; Illum enim cupimus, si modo liceat, proprius intueri, & tanti Jurisconsulti colloquio frui. Senex; pergitte hac viâ, inquit, quam commonstro; statim ac planities occurret, & tri-
vium vestris sese oculis offeret, dextrorum gressum
flectite, paulo post, prior, quam conspicietis, dormus
non inelegans, ipsa fane est, in qua, a nonnullis ami-
cis suis carissime exceptus, Balduinus moras agit, &
illuc, ubi a me nuperime discessit, dixit, se esse re-
cepturum. Nos, Sene officiosissime consalutato, cele-
ri gradu pergimus ad Balduinum; Illumque, inter
amicos sedentem in xisto ad amoenissimum prospe-
ctum, offendimus; excipimur hilari vultu, & ad se-
dendum unâ cam ipsis invitamur. Nos redditis, ut
par erat, gratis, precamur, ne quem jam incoep-
rant, sermonem, intercederent; optare nos hujuscem-
modi eruditis confabulationibus, quibus lectissimi vi-
ri per non indoctum ociun utuntur, interesse, ut
nostra nec exigua delestante, nec levi prosectoru a-
lerentur ingenia. Balduinus, faciam, inquit, ut vobis
collibitum est; ³⁵ & quoniam auctor ipse, suasorque
semper extiti, ut, qui Jurisprudentiae vacat, toto,
quo maxime potest, conatu historiam potissimum
amplectatur, summâ inter utramque intercedente
conjunctione, super hoc argumento mox disputare
in nostro familiari conventu, incoepimus: quamob-
rem exequar, vobis ita jubentibus, propositi ordi-
nem; & illud, ut mox dicebam, in primis statuo,
frustra tentare plurimos inter perfectos, consumma-
tosque Jurisconsultos numerari, nisi una simul Hi-
sto-

³⁵ Et quoniam auctor ipse] institutione historie Universa.
In prefatione ad Jurispruden- lis, & ejus cum Jurisprudentia
tiam Mucianam, & lib. 2. de Coniunctione.

istoriarum periti sint , & antiquitatis colligant memoriam ; Nam si Jurisconsulto detrahas historiam , qua hominum mores , temporum vices , locorum instituta , laeti , seu infausti , difficiles , seu proclives rerum eventus plene referantur , is mihi erit caudex , stipes , asinus , plumbeus : nec falsus animi sum ; pervolvat quaeſo , qui id habeat in deliciis , antiquos Interpretes , riſu disrumpetur , tantis onerabitur ineptiis , quarum pudendā ſupelleſtīle Illi magnifice ad ignominiam literarum instruuntur . Minutas res , & cuicunque , vel leviter literis tincto , obvias , proh Superūm fidem ! prorsus non intelligunt : Voces istas : *Divi Fratres* , *Patres Conscripti* , *Fasces Consulares* ; & alia hujuscemodi ſexcenta , quis ex ephebis excef- fusu non probe calleſt ? Ipsi in miferas ſeſe tricas involunt , a quibus vel ſumma cum ignominia nequeunt , vel cum effuso aliorum riſu inepte tentant ſe diſſolvere . Ea tamen digna mihi videntur cachinno pleniore , quae nonnulli ex arbitratu ſuo ſibi ³⁶ iſulfē fingere , non ſunt veriti ; Bartolus , parum abeft , quin juret , a Tiberio Imp. Tiberim fluvium appellatum ; Caſtreñis , nullo perturbatus putidissimi mendacii metu , ait , ab Antonio Triumviro occiſum Pa- pinianum ; Odofredus eſt prae caeteris ſuavifſimus , teſtaturque eadem navi Aeneam , & Romulum in Italiam adventasse ; Accursius , felicifſimus Temporū conciliator , ridicule monet , Ulpiani aetate Chriſtum natum adhuc non fuiffe ; vitamque Justinianum ante Chriſtum vixiſſe , nec alia de cauia uſum non

³⁶ *Inſulfē fingere &c.*] Non nullos Interpretum e Schola Ac- tilis in Dialogo , inſcripto Pom- ponius . Everardus Otto in Papi- cursii , & Bartoli in Historia er- niano . Brencmannus in Historia rores numerant Albericus Gen- Pandectarum ; Aliique .

JURISCONSULTORUM. Tos

non esse aerâ Christianâ ; Jason , acutiore invento superbus , quadam vocis affinitate captus , scribit , a Numa Pompilio dictum esse *Numnum* ; sed sunt alia , quae praetereo , quaeque , ut mihi fertur , enumerant non pauca ii , qui viriliter contendunt , ad perfectam legum intelligentiam , historiam omnino esse necessariam . Nos interea patiemur has solennes , ac vilissimas nugas in Jurisperito ? Dum haec commemorabat Balduinus , Septimius quidam , qui prope nos assidebat , nuper e Republica Jurisconsultorum illuc advectus , ad aures cujusdam sui sedalis clam loquitur , & , (ut nobis licuit , adhibitâ non suspectâ aurium diligentia , subauscultare ,) vide , inquit , importunitatem Balduini ! anne vult istâ suâ tinnulâ oratione , ut omnes historias , quasi huic studio unice intenti , nos avide addiscamus ? non male de eo mihi narraverat Albericus Gentilis , quod hac de causa ³⁷ suis ipsis ridiculo fuerit . Tum palam hic idem Septimius , modeste tamen , in haec verba Balduino respondet ; Nolo irascaris , Vir eruditissime , si aperte rem ipsam loquar , & libere dicam , non tam quod sentio , (tanti enim non sum , ut isthaec ex mea penu depromam ,) quam id , quod in Republica Jurisconsultorum a nonnullis excepit ; & pro tua humanitate des veniam imprudentiae , si quid ineptum , alieno deceptus sermone , contra tuam sententiam in medium afferam . Qua de re teneas , omnia ea , quae ad detegendam veterum Interpretum insipientiam diserte nuper referebas , obscura nedum in Republica Jurisconsultorum non esse , sed illa salibus , & facetiis condita ubique locorum derideri;

O

deri;

³⁷ *Suis ipsis ridiculo fuerit*] laudato nuper Dialogo , Pompof-
Ut scribit Alb. Gentilis eodem *nins*.

deri; Non desunt tamen, qui alia docent, contenduntque, hujusmodi errores Jurisperito minime officere: Rectius, sine diurno morae dispendio in cognoscendis historiis, Jurisprudentiam coli posse; nil commune habere leges cum Historia; &, sine hoc praesidio, quod solidum est in Jure, ac utibile, satis abunde fuisse perceptum, optime dissolutum, perfecteque conciliatum; Atque ad hanc rem commemorant illum versiculum, qui est apud Athenaeum,

Γελομαθησούντος τῆς ψ κονεώτερον ἀλλο.

Non aliud mage inane puta, quam plurima scire.

Haec late per multorum animos diffusa, quamquam apud prudentissimos viros parum profecerint, traxere tamen non paucos in hanc opinionem: Praesertim cum isti historiarum contemtores clamitent, quaenam cura, & industria in interpretatione legum adhibebitur, si opera historiae danda sit, quae tota, quanta ab homine laborioso sustineri potest, exigitur? An non inter Graecos, & Latinos, Populosque recentiores tot pullularunt Historici, quot nedum legi, sed ne numerari quidem possunt? Et an demum illud verissimum non est, quod saepe nulla, non raro inepta, quandoque etiam periculosa ex historiae lectione manat utilitas? Et, ut fidem dictis faciant, ita de historicis loquuntur; ³⁸ Si quis in Herodotum, Historicorum Graeciae antiquissimum, aliosque hujus gentis non paucos incidat, fiet brevi fabularum magister, quarum parens vulgo dicitur

³⁸ *Si quis in Herodotum]* In-
constans est scriptorum *De He-*
rodoto judicium; alii fabularum
patrem vocant; alii convitum
hoc putant, & prae reliquis il-
lud eleganti dialogo confutat Hen-
Stephanus.

tur Herodotus. ³⁹ Thucydides plerisque in locis obscurus est, res ordine suo dispositas involvit, atque perturbat. ⁴⁰ Nil familiarius Xenophonti, quam a proposito digredi, & parum constanter, ac scrupulose mores servare. ⁴¹ Polybius diffunditur late in rebus, minime necessariis, & Religionem, quam nullam profitebatur, a legentium animo conatur elevare. Nulli dubium, quin Graecorum nugae primum desierint ⁴² in Diodoro Siculo, qui tamen, quoniam multa a Filisto, Timaeo, Callistene, Teopompo, aliisque excerpta cumulant, notam scriptionis nimis onerosae non fugit: ⁴³ Dionysius Halicarnassaeus, fatuae credulitatis Historicus, in vulgares rumores pronus, quae inverisimilia sunt, narrat, & saepiuscule evadit exosus declamator. ⁴⁴ Summis

O 2 ex-

³⁹ *Thucydides plerisque in locis obscurus est*] Tale est Longini natur Polybitum ab iis, quae illi de contemtu Religionis apponuntur.

Eruditi viri in Thucydidem fuse laudes cumulant, cuius historiam octies Demosthenes transcripsit.

⁴⁰ *Nil familiarius Xenophonti*] Ita dijudicat laudatus nuper Rapinus; & ex Lipsio in Not. ad 1. lib. Polit. cap. 9. addi potest, Xenophontem, quae de Cyro scripsit, magis ad exemplum vitae, quam ad fidem rerum scripsisse. Est tamen historicus Xenophon apud omnes commendatissimus, cuius extat luculentum elogium apud Dion. Chrysostom. in oratione de dicendi exercitio.

⁴¹ *Polybius diffunditur late*] Ex eodem Rapino haec colliges; fecerit, notat Bodinus in method. Casaubonus frusta defendere co-

⁴² *In Diodoro Siculo*] Primus apud Graecos, inquit Plinius, desire nugari Diodorus; onerosam in eius historiâ scriptionem notat Rapinus.

⁴³ *Dionysius Halicarnassaeus*] Vitia, quae huic tribuuntur, ingenti virtutum cumulo compensantur; Verbo; sunt, qui Illum Livo, aliisque Romanis Historicis meliorem faciunt.

⁴⁴ *Summis extollunt omnes laudibus Plutarchum*] Inter quos Vossius, cuius testimonio est Philologus, Philosophus, & Historicus summus; sed in quibus defecit, notat Bodinus in method. hist. cap. 4.

extollunt omnes laudibus Plutarchum, sed non tam proprie historiam, quam historiae particulias scribit, parum bonâ fide Graecos cum Romanis comparat, & in rerum Romanarum noticiâ non semel labitur. ⁴⁵ Arrianus purus exscriptor, insuavem, ac illepidum Xenophontis imitatorem se praebet. ⁴⁶ Appiani opera furtum est; & Ipse aliis verax, a nonnullis falsus dicitur; nec defuere, quibus merus puer visus est. ⁴⁷ Philostratus magna Homeri mendacia majoribus correxit. ⁴⁸ In Dione Cassio occurunt multa, quae judicium non sat constans, nec perfecte legitimatum arguunt, & ita ad mirabilia excurrit, ut pro fide non raro sibi risum conciliet. ⁴⁹ Herodianus suspectus est in rebus Alexandri, & Maximini. ⁵⁰ Nuncupatur Zosimus pessimus oblatrator. ⁵¹ Malignus, ingratus, & sibi contrarius existimatur Pro-

⁴⁵ *Arrianus purus exscriptor*] Quae de Arriano hic recensentur, ex Photio, Scaligero, aliquis deducta sunt.

⁴⁶ *Appiani opera furtum est*] Ex Scaligero, & aliis resert Vallemontius in elemen. Hist. Univers. lib. 4. cap. 6.

⁴⁷ *Philostratus magna Homeri* &c.] Ludovicus Vives non secus desiximat.

⁴⁸ *In Dione Cassio*] Vossius, aliique de hoc historico scribunt, quae hic memorata sunt.

⁴⁹ *Herodianus suspectus est*] Ut monet Joann. Henric. Boeclerus in Herodian. praefat. ad Lector.

⁵⁰ *Nuncupatur Zosimus pessimus oblatrator*] ex Photio in Biblioth.; Teste autem Baronio ad ann. 306. n. 18. Zosimus est addictissimus Ethnici smo, & in Christianam Religionem insensissimus; cum de Christianorum rebus agit, manifestus saepe convincitur proditor veritatis, & in Constantinum pariter iniquissimus, quem, ut Desertorem Deorum, exagitat contumelias, ut intelligas Ipsum in Constantinum Philippicas potius, quam Constantini historiam scripsisse.

⁵¹ *Malignus existimatur Procopius*] Plura, huc spectantia, habet Gul. Cave in histor. Literat. Script. Eccles.

copius ; & §² Agathias scriptor vulgo creditur stylis tenuis , & crebris interpositionibus confusi . Haec de Historicis Graecis ; Quod vero ad Latinos spectat , ante Ciceronis actatem , §³ ipsomet teste Cicerone , aut nullae , aut paucae erant historiae , & nimis ex virtutibus suis neglectae , tunc , cum florebat maxime Jurisprudentia ; Qui infecuti sunt postea historici , habent , in quibus peccant , non levia . §⁴ Caesar , in rebus suis elatus , eodem animo scripsit , quo bellavit , non est ubique integer , nec absurdis omnino caret . §⁵ Titi Livii deliciae in narratione prodigiorum in primis sitae sunt , apud Hunc enim nunc bos loquitur , nunc mulus parit , mas , & femina vicissim in contrarium sexum abeunt , sudant Deorum simulacra , lapis , sanguis , lac in pluviam effunditur , & alia hujuscemodi spectrorum inania portenta . §⁶ Vellejum Paterculum adulatio domus Augustae , & Sejani deturpat . §⁷ Tacitus obscurus est , sive negligentia librariorum , seu quodam suo peculiari scribendi genere . §⁸ Cae-

§² Agathias , &c.] Ita scribit ris , pauca admodum supersunt , Carolus Sigonius de Histor. Roman. cap. 34.

§³ Ipsomet teste Cicerone] De legibus lib. 1.

§⁴ Caesar in rebus suis elatus &c.] Quintilianus I. 10. cap. 1. & Vossius de arte historica cap. 12. isthaec persequuntur.

§⁵ Titi Livii deliciae in narracione prodigiorum] Vossius de Historie Latin.

§⁶ Vellejum Paterculum] Vossius de arte histor. cap. 32. inquit , Velleji , elegantissimi Scripto-

ris , pauca admodum supersunt , atque eorum bonorem faedam adulatio in sui aevi rebus non leviter obfuscavit . Idem de histor. Latin. Librorum Velleji bona pars deperiit ; dictio ejus plene Romana , atque elegans , quaedam etiam habet , quae haud alibi invenias , sed in sui aevi rebus nimis domui Augustae , & Sejano adulatur .

§⁷ Tacitus obscurus est , &c.] Videntius laudatus Vallemontius in elementis histor. univers. lib. 4. cap. 6.

58 Caesarum scelera a Suetonio minute nimis, ac pa-
rum decore describuntur. 59 Florus reponitur si-
ne injuriā inter Poetas. 60 Capitolini, Lampridii,
Polliones, Vopisci, Spartiani, Gallicani, Marcel-
lini, vicissitudine temporum, & exscriptorum so-
cordiā pessime corrupti, parum integri, & nimium
inculti taedium lectoribus creant, & non raro nau-
seam. Sed illud est historicis pene omnibus quo ma-
gis commune, eo a nobis dolendum magis, quod in-
ter eos, miserum, saepius pudendum in modum, dis-
sident: 61 Patricius, non sat hujus patiens discor-
diae, cunctis historiis fidem abrogat; putatque, invi-
cem illas non minus, quam horologia, dissidere. He-
rodianus, 62 ut notat Menckenius, Alexandrum
Mammeae filium accusat, quem laudant Lampridius,
aliique; Juliani virtutes commendant Ammianus
Marcellinus, & Montanus, ejusdem vitia perstrin-
gunt caeteri; Dio gesta Bruti, & Cassii damnat,
probat contra Plutarchus; Paterculus Sejamum ex-
tollit, qui plerisque aliis est exosus. Claudianus Ruf-
finum proscindit, Arcadii praceptorē, quem Zosimus,
Zonaras, Eutropius, & Paullus Orosius sum-
mis laudibus afficiunt. Hac de causa quis est, tam
in

58 Caesarum scelera a Suetonio | temporum meliores scriptores non
&c.] Bodinus in method. Histor. babeamus.

cap. 4.

59 Florus reponitur, &c.] Vof- | Quod testatur Albericus Gentilis
fius de Historic. Latin. lib. 1. cap. in dialogo 6. inscripto, Antipa-
30. ter.

60 Capitolini, Lampridii, &c.] Ex Carolo Signio de Hist. Ro- | 62 Ut notat Menckenius] In
man. cap. 20. qui tanien addit, | opella, cui nomen apposuit,
Nobis cari esse debent, cum eorum | Charlataneria Eruditorum, decla-
mat. 2.

JURISCONSULTORUM. 111

in judicando praeceps, ut ⁶³ vel Accursum accuset, qui Rolandum quendam, & nescio quem alium suum amicum, historiis addictos ridet, ⁶⁴ seu Angelum Aretinum, qui, parvae, aut nullius utilitatis esse quaestiones historicas affirmat imperterritate? praesertim cum jam nostrum quisque experientia comper- tum habeat, ⁶⁵ in tribus posterioribus libris Codicis, qui toti historiam olen, ipsos etiam Jurisconsultos, non fatuā, ignavāque eruditione praeditos, turpiter lapsos fuisse. Haec ita Septimiū recensebat. Baldui-nus vero non indecorā percitus iracundiā, qui sunt, ait, isti trivio concepti, educati stercore, & grandi lethargo oppressi, qui haec praedicant tam temere, tamque impudenter? si hos noscerem, si hos meo in conspectu haberem, eorum nimis acriter retunderem audaciam, redigeremque, ut quo se verterent, ne-scirent. Quaeſo, quid volunt isti resiles, & sequentes otium, & qui ad Sapientiam se ferre putant gressu delicato, ac languido cum ista longa vitiorum nar- ratione, quae in Graecis, ac Latinis historicis tam accurate vident? anne putant, esse malum hoc gra-viore curandum malo, relicto nempe, profligatoque Historiarum omnium studio? Miseri delirant, igno-rantque, quod est in ore Graecorum Γυεὶς σβέ-νουτι της, igne non extinguitur ignis; quam satius sibi consulerent, si egregias dotes, quibus Illi vitia, siquae sunt, cum decore, & gloriā caelant, venera-

ren-

⁶³ Vel Accursum] Albericus Gentilis in Dialogo s. inscripto, | ⁶⁵ In tribus posterioribus libris Codicis] Idem Alber. Gentilis in Pomponius.

⁶⁴ Seu Angelum Aretinum, | laudato nuper Dialogo multa ad qui affirmat] In tit. Init. de Legat. hanc rem scribit.

rentur. Anne cuperent, ut perfectus unusquisque; ac humanae fortis expers, omnia exæcte traderet posteritati? non alia de causa, supremo Numine ita providente, non pauci se offerunt historici, ut quod deest uni, alter suppleat, obscuritatemque unius, alterius ope declinemus: Sane parum laboris patientes sumus, & alienae tribuimus culpae, quod est nostræ inertiae accusatio; & conciliandi, compariandi, explicandi que curam, quae debet in nobis nedum præcipua esse, sed pene intolerabilis, seu remittimus, seu penitus arcemus, in difficultate Scriptorum nostræ locantes patrocinium negligentiae. Caeterum sapienter⁶⁶ dixit Cicero, *nescire quid ante, quam natus sis, acciderit, id est semper esse Puerum. Quid enim est aetas hominis, nisi, cum memoria rerum veterum, cum superiore aetate contexitur?* Quis igitur, qui integer sit animi, putet, illum, qui iudicio Ciceronis semper puer est, Jurisconsultum posse consummatum, & perfectum evadere? Multa adderem, nisi alias hanc provinciam suscepisssem; Curabo tamen pro virili, statim ac ad Rempublicam me recipiam, ut reducantur ad saniorem mentem isti, qui a recta veritatis semita, vel ineptâ aliorum opinione ducti, vel suae mentis pertinaciâ occupati, aberrant. Postquam haec dixerat Balduinus, dissolvitur congressus. Aelius veniam a nobis petit, ut alio suos gressus vertat, rebus suis prospeturus, &, vicissim praestitis officiis, impetrat. Nos Septimio adjungimur, & in nostram lubentissime admisimus societatem, cum quo ad Diversorium contendimus. Per iter forte fortuna invenimus hominem, turbâ sequentium præcinctum, ac veluti compressum, nimis

⁶⁶ *Dixit Cicero*] In libello, inscripto Orator.

JURISCONSULTORUM. 113

mis fucatae modestiae , diffusi , ac celeris , & non raro nihil concludentis eloquii , ad gravitatem parum ingenuam mire compositum , plus aequo facilem quorumvis postulationibus , placide subridentem , respondentemque humaniter , sponte salutantem omnes , & ultro ad deosculandos , quos vel procul aspiciebat , accurrentem . Miramur nos indolem Hominis ; & nescio quis nostrum , Septimio , illius regionis gnaro , inquit ; Profecto vel Hic egregii , ac nobilis spiritus Vir est , & ad fortunam hujus Insulae natus ; vel maximus Nebulo , ac illustris Nugivendus . Septimus ad haec ; Rem ipsissimam tenetis , si posteriori haereditatis opinioni ; Viro enim hoc , quem vidistis demissum , mitem , quietum , magnum continentiae exemplum , alius non est nocentior , truculentiorque ; Hujusce loci Curiae , nescio quo sinistro fatorum ingenio , Ipse diu mancipatus est , ut cuicunque turpiter imponat , & opes , ac pacem Civium omnium invercunde subvertat . Sed , si placet , accipite , Juvenes comtissimi , hos fortasse non infacetos Elegos , quibus Hic olim a me fuerat ad viyum depictus .

*Quid faceres : Non unius sunt indolis omnes ;
Omnes nec nasci possumus Orbe pares .
Sunt plerique mali , sed sunt fortasse ferendi ;
Quippe malum quadam sub bonitate tegunt .
Sunt alii , quibus esse malos non displicet ; Et ni
Proficiant , credunt segniter esse malos .
Unus ex His , mediâ mibi quando fit obvius Urbe ,
Commovet , nec se continet atra bilis ;
Hujus quae fuerat , quae sit , quaeque inde futura est
Vita , ex his , quae sunt mox referenda , scies .*

It quondam e laribus patriis exire coactus,
 Huc properat, ventrem solicitante fame;
 Corruptus macie, lacero male tectus amictus,
 In misera degit semicadente domo,
 Hic ubi sunt una lectus, latrina, culina;
 Nec locus exiguis, quo spatietur, adest.
 Cogitat hoc primum, viciam qua quaerit arte,
 Quodque genas vitæ debeat ipse sequi.
 Haeret consilio facilis, quoniam praebet egestas;
 Et bene consutus vendit ubique dobos.
 Ecce Foro sese miscet; Jus nescit; Et illud
 Subridens iactat non opus esse sibi.
 Caudex, ac Assinus causas jam tractat; in omni
 Lite, licet non sit saepe vocatus, adest.
 Fraudes unice amat, fraudes amplectitur; est fraus
 Quidquid ait; frans est, credite, quidquid agit;
 Vera negat, facie intrepidâ; sic facta fatetar;
 Proclivem alterutro, cui mage possis, habes.
 Is, qui jam cedente die, solvisse rogatus,
 Solvendo piger est, nec numerare cupit,
 Confugit huc; rimas quotquot vult, inventit; ut se
 Solvendi possit sic relevare fide.
 Non ramen id mirum: Quod tu miraberis, hoc est,
 Quod sola Hunc audis de pietate loqui:
 Congressu placidus, verbis tener, ore predicas,
 Omnes commendat, pulsat, adorat, amat;
 Nil olli magis exosum, quam nomina fraudum,
 Nec res mendaci surpior ulla Viro.
 Ita palam speciosa ferit; clam, quaerere noli,
 Quancas infidias, perfidiamque regat:
 Ut capiat, docte simulat; dulcisque modesto
 Paulatim incantos ad sua vota trahit.

Haec

JURISCONSULTORUM. 115

Haec lente expilat miseris industria numeros,
Pauca, sed assidue diripuisse studens.
Maxima pernicies, teclus cum absconditur astus;
Plus occulta mali, quam manifesta ferunt;
Namque caves, ubi forte times: prudentia languet,
Tutus ubi es, nec quae sint nocitura, vides.
Hoc paxo vivit; nec jam se continet arde;
Instituit virtù nobiliore frui.
Vestibus induitur leditis; operatur opime;
Magnifice instructam eurat habere domum.
Unde tot impensa? credis, quod sufficit illud?
Quod parum honorificè capitat ab arte lucrum?
Nugae: quam major longe est impensa recepto;
Res est sub pretii quaelibet evita fide.
Ab? quoties Hujus lustrando Creditor aedes,
Solvendo memorat praeterisse moram;
Atque satisfieri rogitans, haec verba reportat;
Cras dabo; cras precor o (nunc patiare) redi.
Cras venit; it rursum, captus fallacibus Ille
Promissis; pulsar terque, quaterque fores;
Sentit obaeratus; famulo jubet, haec ita dicat;
Quis tu? quem posuis? nou Herus intus; abi.
Creditor ore fremit; deludi noscit; & inquit,
Iacturam facio temporis, asque rei;
Ad Jus si pergam, res est mibi plena pericli;
Cum Quo debet agi, satque, superque palam est;
Forse minus perdam, statuam si pordere, quidquid
Præcipit amitti fors inimica mibi.
Audistis? quanti est igitur Vir tantus habendus?
Anne alium Huic poterit quis reperire parem?
Sed sua poena Malos sequitur; vox accidit Olli
Nescio quid, quo fraus fraude repulsa fuit.

Hic peregre facturus iter, Cauponis avaras

Incidit, ut Superum jusserrat ira, manus;

Quodque magis nocuit, nummos secum Ipse ferebat,

Ex his nata sibi est omnis origo mali.

Hoc aderat formosa loco muliercula; Caupo

Uxorem vulgo sparserat esse suam;

Sed lateo, baecne foret Scortum Cauponis, an Uxor;

Id certum, Hanc Olli non leve ferre lucrum;

Inter eos constat, nodus quo texitur astus,

Ut queat Is, multum cui sit in aere, capi.

En fausta, en felix occasio ab Hospitis hujus

Adventu; melius res cecidisse nequit.

Hospite jam excepto, Cauponi fecit adusto

Nummorum indicium pera reperta gravis.

Lante Hic curatur; quod vult, quod præcipit, & quod

Optat mente, prius quam patetiat, habet.

Sic belle allicitur; tecnas, quas struxerat olim

Ipse aliis, sibi nunc non videt basce strui.

Postea dormitum pergit, multoque paratum

Cauponis studio, molle cubile petit.

At Caupo, ante fores, suspensas admovet aures;

Noscere enim, somno stertat an Ille, cupid.

Certior bac de re factus, caelavit eodem

Uxorem techo, quo miser Hospes erat.

Dein abit; uxorem paullò post advocat; Ipsa,

Id jam docta, tacet; Rursus at Ille vocat;

Ista tacet rursus. Caupo turbatur; & cheu!

Clamitat, heu! mibi quid contigit? Uxor ubi est?

Hospes ad baec, somno excitus, multoque timore

Percitus, ignorat, quid sit, & unde fragor.

Somniculosa manu fricat utraque lumina, non dum

Qui circum impendent, apera videre dolos:

In-

Interea prope se mulierem incedere spectat;
 Miratur; nec scit, cur reperitur ibi.
 Tunc Mulier timida, o ubi sum? jam protinus actū est;
 Inquit, si sciat hoc me Vir adesse loco;
 Qui sit, compertum est, hic Vir meus; efferus, atrox;
 Atque mei, plenus suspicionis, amans.
 Hospes, nescio quid, tunc dicere forte parabat;
 En Caupo, furiis exagitatus, adest;
 Et cernens ambos; Ergo simut Uxor, & Hospes
 Hic adsunt? honor est jam mibi laetus, ait.
 Et fremit, & dolet, & siste o, siste, inquit, adulter;
 Ne fuge, adulterii poena parata tibi est;
 Clamoresque edit, tecum undique questibus implet,
 Vult facti testes; ut necet, arma petat.
 Hospes ut est nudus, metuens Cauponis ab ira,
 Aufugit, & carpis praecepsiter iter.
 Non vestes curat, non aes, non quidquid habebat
 In pera, incolumis sit modo vita sibi.
 Insequitur Caupo, sed fide; scilicet optat,
 Ut fugiat, furto nam fuga praebet opem.
 Post Caupo, & Mulier, res est feliciter acta,
 Dicunt, & plausu, laetitiāque crepant;
 Ingeniumque suum laudant, & fraude triumphant,
 Et plena gaudent aes numerare manu.
 O belle factum! o tanto res hospite digna!
 O scelere evictum non sine Jure scelus!

O carum Musis caput, Septimio diximus, quas tibi possumus pro hac suavissima elegorum recitatione aequas grates reddere? Septimiūs modeste subridens, laudari non est dignatus; & hoc ferme modo ad Diversorium pervenimus.

Interea ex nostro sermone colligens Septimius
 sum-

summum in nobis cognoscendi Jurisconsultos; eosque alloquendi desiderium; oh, inquit, exemptum est vobis, uti dicitur, ex manu manubrium, si nudiusterius hoc advenissetis, parata vobis foret occasio ad eundi Angelum Politianum, concessumque, frui colloquio viri, sane lectissimi. Tunc ego; quâ causâ hic venerat Politianus? Septimius vero; dicam lubenter. Juvenili impetu, quo Politianus, dum olim vixit, agebatur, percitus etiam in Republica Jurisconsultorum,⁶⁷ parum aequo animo ferre poterat Budaeum; qui importune vulgaverat, Politianum fuisse nimis frigidae scrupulositatis, & contemnendae; & quandam de Homero libellum parum ingenue totum a Plutarcho desumisse; quod famam illius nimium laeserat. Graviores praeterea similitates fovebat in Andream Alciatum, cui erat ingenium valde ab eo discordabile, quiq[ue] illum, quavis oblatâ occasione, acriter carpebat;⁶⁸ nec semel in vulgus Alciatus sparserat, unico Mariani Soccini Jurisconsulti verbo, multo suffectum rubore, Politianum obmutuisse. Quamobrem decreverat ab ea Republica discedere, redditurus, cum tumultuantes animi aerumnas tempus benigne leniret. Venerat in hanc regionem; & moram hoc loci longius traxisset, nisi illud doleret, ut conjecturâ ducor ad suspicandum, quod sciverat, in quamdam hu-

⁶⁷ Parum aequo animo ferre genui, ex eo libro rerum summas poterat Budaeum] Budaeus in ad verbam transcribens, quasque notis ad l. i. D. de contrah. ent. flores præcepens, non erabuit, id ita de Politiano; Plutarcbus in opus pro suo edere, in quo nub eo libro, quem de Homero compo- lam, præterquam transcribendi, fuit, qui liber non dum latime ac vertendi operam nœoperat. ex professâ factus est; licet Politia- ⁶⁸ Nec semel in vulgus Alcia- nus, Vir ille quidem excellenter sparserat] Ut patet ex lib. doctrinæ, sed animi non satis in- 3. Dispunct. cap. 18.

hujus Insulae Solitudinem Franciscum Accursium se recepisse , cui etiam erat infensus ; nam Ipse olim pleno ore jactaverat ⁶⁹ se in Jure Civili Accursium facile superaturum . Ergone , inquit Pinarius , hic adest Accursius ? Adest , respondet Septimius ; & totam causarum seriem , quibus coactus est Accursius , Rempublicam ingratias relinquere , planissime teneo , ab eodem Politiano , qui omnia plene callebat , affatim edocitus . Tunc Pinarius , quoniam , inquit , cessationem habemus liberam , & ociosam , oramus te , obtestamurque per humanitatem istam tuam , qua cunctorum animos devincis , & ad te perdite amandum impellis , ut rem omnem perspicue enodes . Ad haec Septimius ; quamquam in sermonem longiusculum me revocatis , tamen , ne hoc meae in vos observantiae desit testimonium , aliqua articulatim , distingue delibabo , quae vestram expectationem minime deludent . Accursius , ut vestrum quisque memoriam tenet , annum agens quadragesimum se Juri Civili dedit sub Azonis , & Odofredi disciplina , tarditatemque suscepit consilii summam laboris intentione compensavit ; & nescio in qua alia solitudine abditus , ac pene consepultus , libros Juris diu , noctuque versans , ac totos , quotquot sunt , avide conterens , Irnerii , Bulgari , Martini , Placentini , Pylei , Joannis , aliorumque glossemata , in unum corpus conflata , sibi imperterritate adscriptis , quorundam tantum nominibus recitatis ; Plurimorum opinio est , hanc Accursii industriam taedium legentibus feliciter abstulisse ; ⁷⁰

alii

⁶⁹ Se in Jure Civili Accursium teme abeunt] Irnerii glossae , & facile superaturum] ex eodem quae post cum ab aliis additae Alciato in loco superius daudato. finat , ab Accurso confusae pri-

⁷⁰ Alii vero in diversam pertinuum nitorera retinere , aut dir-

alii vero in diversam partem abeunt, putantque, antiqua glossemata pristinum nitorem, dignitatemque amplius non retinuisse, postquam opera Accursii tam illepede accessit; Utut tamen res sese habet, factus est Accursius stupore vulgi potius, quam merito suo nobilis, & famam suam longe, lateque diffudit. Sed ex vivis sublatus, & in Jurisconsultorum Rerum publicam ductus, ibi alium ab eo, qui misellus reaperat, videri quamquimaxime flagrabat; palam quotidie efferebat, ipsum multiformi eruditione pollere, glossas suas ornavisse & Platonis, & Aristotelis sententiis, veterumque Poëtarum carminibus, & Oratorum dictis. Quamobrem sibi nihil deesse, quo ad invidiam sui vel ipsos celeberrimos cultiorum aetatum Jurisconsultos adduceret. Gloratio hujuscemodi, ambullarum, & futilitatis plena, nonnullis, qui feliciter studia instauraverant, stomachum, & bilem moverat; quare sese continere minime poterant, quin pipulo ubique illum differrent, ac nomen intemperanter dilaniarent; Quidam vero, sagaciore mente, in effusum risum se dissolvebant, & jocosus gestu, ac nutu festissimos ludos suos Accursium faciebant; cum recte, ac lepide dictum sit.⁷¹ in fabella Pulicis, & Cameli;

*Qui se sublimi, nullo cum sit ordine,
Jactat, notatus in despctum devenit.
Ex eo coepit fama illius suo loco paulum decadere,*

gnosci, non potuere; Odofr. in 1. Rimicium iv. 16. & Anonym. jus Civile, D. de Just., & Jur. & Lx. qui pro Pulice, Culicem in Authent. qui res ante, n. 4. Cod. de Sacrofanc. Eccles. habet; & locata est in appendice Fabularum, post Phaedrum editarum, curante Petro Burmano.

⁷¹ In fabella Pulicis, & Cameli] Legitur haec fabella apud

praesertim , cum quidam ejusdem aetatis Jurisconsulti
⁷² Bononienses , ⁷³ Insubres , Normanni , Romani ,
injuriarum memores , quibus eos pessimum in mo-
dum cumulaverat Accursius , tandem nacti occasio-
nem , publice de eo quererentur , tanquam de ho-
mione nefario , ac tumultuoso . Multum occulti li-
gni in hanc flammat fuggerebat Bulgarus , ineptias
non oblitus , quas Accursius in ipsum contexuerat ; ⁷⁴
is enim ridicule vulgaverat , quod Bulgarus postquam
primam noctem cum viduâ , quam in uxorem du-
xerat , concubuit , mane novellus jam maritus ad au-
ditores se contulit , explicaturus , ut serebat institu-
tum , legem illam Codicis in titulo *de Judiciis* , quae
incipit , *Rem non novam , neque insolitam aggredi-
mur* ; Haec verba statim ac ex ore effudit , quasi ea
in rem suam forent aptissime concepta , adeo ju-
venilem indolem fuorum auditorum , ad ludicra
fac illime pronam , titillarunt , ut fractâ per improvisum
naturae impetum omni reverentiâ , ac modestiâ in
Praeceptorem , laxatis cachinnis riderent , & li-
bris , quos tum secum gerebant , plaudentes , strepitum
excitarent . Sed nedum Accursius in se minorum
gentium iram converterat , eo devenit infaniae , ut in
priscos Jurisconsultos , tantae facultatis lumina , in-

Q ve-

⁷² Bononienses] Accursius in quitur 4. D. de usurp. & usucap.
gloss. l. observandum 19. D. de super vocibus illis *doli crafces*
offic. Praef. inquit ; *Ubi nota mi- addit, quales Lombardia, & Nor-*
rabilem malitiam , quam docet mania parit , & avaritiae caput
haec lex , quod aliud gerant in Roma cunctos tales generans.

⁷⁴ Is enim ridicule, &c.] Accur-
sius in gloss. l. rem non novam,
Cod. de Judicis.

⁷³ Insubres , Normanni , Ro-
mani] Idem Acc. in gloss. l. se-

vehi, non dubitaret. Observeate quaeſo, quid egregius nugivendus habet ⁷⁵ de Cerbidio Scaevola, quaeſtioni, inquit, propositae hic non respondet, ſicut aliaſ plerumque facit. Porro legerat apud Marcianum ita scriptum, *Peculium nascitur, crescit, decreſcit, moritur; & inde eleganter Papyrius Fronto dicebat, peculium ſimile eſſe homini*, ⁷⁶ addit insulfiffimus Commentator; eadem ratione peculium ſimile eſt Afino; Videte, afinarius cenzor quam vili comparatione elegantiam, quam in Papyrio Frontone commendat Marcianus, abſurde deturpet. Illud tamen Accursio fuit exitiale, quod scriptis tradidit de librorum Juris Compositoribus, deque ipſo Justiniano ⁷⁷ in haec verba: *Sed quomodo Justinianus conſtitutionem illam ſibi attribuit, cum etiam ante eum idem conſequabantur minores? Vel fuerat illud a Compositoribus additum, vel secundum Pla. biberat hic Justinianus, nec recordabatur de illis legibus*; Justinianus ubi de tanto ſui contemtu certior factus eſt ab hiſ Compositoribus librorum Juris, familiaribus ſuis, qui injuriam Principi non enervioratione adornarunt, & teterrimam depinxere, ad vindictam paratus, nescio quid lethale in Accurſium machinabatur. Ex illo coepit Accursius tristi, ac viſto animo eſſe, & quotidie varios ſibi ingratos aucupans rumiculos, parum viſus in publicum exire, parcus loqui, incedere cautius, & praeter amicos ſibi obſtricatos, quos jam paucos recenſebat, caeteros

⁷⁵ De Cerbidio Scaevola] In | adeſt in gloss. l. peculium. D. De gloss. l. cum maritus §. Titius, pecul.

D. De paſt. dotal.

⁷⁶ Addit insulfiffimus Commentator] Haec Accursii explicatio | 77 In haec verba] In gloss. l. Sancimus, Cod. in quib. caus. in integ. reſtit. neceſſar. non eſt.

teros consulto aufugere , & humi declinatis oculis
aversari . At vero cum non molliter , neque per di-
lationes , sed apertâ vi bellum geri , & res suas in
extrema tegula stare , & passim insidias strui cogno-
sceret , ut multis emanabat ex inditiis ; nec erat , ut
Plautinâ loquelâ utar , integumentum suis subdolis
mendaciis , nullum mantellum sycophantiis , ac fucis
suis , nec deprecatio perfidiis , nec malefactis fuga ,
nec confidentiae ullum hospitium , nec diverticu-
lum dolis , statuit se in alicujus fidem , ac clientelam
conferre . In plures cogitabundus sese converterat ,
a quibus , cum fuisset olim summis laudibus excul-
tus , praesentem opem expectabat , & optimum factu
censuit , ⁷⁸ Jacobum Cujacium feligere , eumque sua-
rum fortunarum Patronum habere , a quo fuerat
omnibus Interpretibus Graecis , & Latinis anteposi-
tus . Verumenimvero , cum neque foret sub hcc prae-
sidio tutus ; & praesentiret , nimis frigide partes suas
Cujacium in summo periculo sovere , aut oblitum ,
aut negligentem tam honorificum , quod olim pro-
tulit , testimonium , (ut mos fuit Cujacii , qui infi-
mos Jurisconsultos non raro extollebat , ut praecla-
rissimos ex invidia deprimeret) discessum ornare ab
illa Republica decrevit ; & id perfecit , ipsis etiam im-
pulsoribus amicis , atque in solitarium hujus Insu-
iae locum se contulit . Tunc Pinarius : bellissime ,
Septimi , isthaec nobis omnia commemo ras : Caete-
rum , quae causa est , cur Accursium non invisemus ?

Q 2

an

⁷⁸ Jacobum Cujacium feligere .] Accursium anteposuit ; sed quid-
Jacobus Cujacius lib. 12. Obser- quid ab eo Bartolus , aliquique
vat. cap. 16. nendum omnibus aberraverint , somnia appellat.
Interpretibus Graecis , & Latinis

an quia locum forte non tenes , quem ille sibi dele-
git ? Teneo , inquit Septimus ; perspicue enim mihi
designatus est , nam non incuriose de eo aliquos sum
percunctatus ; & quae vestra est cupiditas , illum vi-
sendi , eadem me premit , atque impellit . Si ita est ,
ait Pinarius , nil restat , quin eamus ; sodales mei ,
ubi silent , in mea vota descendunt , quae raro
inter nos scinduntur . Tunc Septimus ; Eamus ;
& quod fortasse solus non perfecissim , vobis comi-
tantibus , alacriter expediam . Quamobrem dictum ,
factum ; vix paucō cibo celeriter refecti , iter susce-
pimus ; superatisque , prius quādam silvā , inde non
aspero colle , postea frondosā convalle , & quae suc-
cessit , gramineā planicie , ad oram fluvii , non mul-
to murmure praetereuntis , aedem conspeximus , in
qua morabatur Accursius . Accedit Septimus ; pul-
sat blandā manu fores ; en Servulus ; Et , quis ad
ostium ? inquit . Respondet Septimus ; Hospites . Ad
haec Ille ; quā gratiā huc accessistis ? Iterum Septi-
mus ; invisendi , salutandique Accursium . Ille addit ,
manete paulisper , sinite id Domino nunciem , citius
expectatione vestrā me meo munere explicabo . Et
sane brevi rediit ; postibusque reseratis , nos ad
Accursium introduxit . Sedebat Accursius in Mu-
seo , obsitus circum undique libris , nullum ordi-
nem servantibus ; quorum plerique humi jacebant
pulverulenti , ac neglecti ; nonnulli semiaperti , alii
super aliis impositi , seorsim quiescebant ; duo , aut
tres ante ejus conspectum locati inserviebant prae-
fenti studio , deturpati multo sudore , qui ab illius
fronte improvide distillabat , lineisque , ac notulis in-
concinne onerati ; Ipse , inclinatā supra dexteram cer-
vice , meditabundus , ac immobilis , defatigatos oculos
ab

ab assiduâ lectione non avertebat ; Praeterea crines hispidi , prolixia barba , cadaverica facies , inculta vestis illum nobis , nescio quomodo , magnificum , ac grandem primo obtutu reddidere ; Ipse vero , ubi strepitum introeuntium cognovit , assurrexit , & obviam factus aperuit officiosissime caput . Tunc eum in haec verba Septimius , non sine fuko , ac fallaciâ , est allocutus ; Francisci Accursi , tui nominis fama , nec recens , nec obscura , sed multis abhinc saeculis meritissime suborta , ac per orbem jam universum felicissime evulgata , hos , quos vides , hospites e patrio lare aberrantes , & Jurisconsultorum quaerentes Rempublicam , adegit , ut , interciso paullum itinere , spretor que morae dispendio , una mecum ad te , Interpretem egregium , accederent ; Quanti apud nos , seu verius , quanti apud cunctos sis , nec te latet , nec nostrum est referre ; illud satis , superque est dicere , quod in Foro , & in Scholis quotidie tuum reboat magnifice nomen , & tuo favore Causidicorum spes ad litium victoriam blande enutritur , & Antecessorum labores ad juventutem optime erudiant , instituendamque perbelle felicitantur . Accursius ad haec , gratissimo sermone inflatus , palpatus nempe suavissime , eaque parte molliter fricatus , quam pruritum sentiebat , reddidit gratias , & plura , quam modesti hominis verecundia patiebatur , ⁷⁹ in

⁷⁹ In sui commendationem bus accurrit , dictum fuisse ambi-
prosecutus est] Guido Panziro-
tiosius scribit in l. 34. §. 3. ad
lus de clar. leg. Interpr. lib. 2. Sctum Trebellian. Nonnulli vero
cap. 29. de Accursio ita scribit ; id non ab Ipo , sed à Francisco
Jacchabundus habitus est , quod se ejus filio adjectum fuisse , contem-
Accursium , quia opportune legi- dunt .

in sui commendationem prosecutus est . Postea veram , & nobis jam antea plene compertam , tegens causam sui receptū ad illam solitudinem , aliam in medium protulit ; Et hunc amoenissimum , inquit , locum selegi , ut a civili strepitu procul , & inter amica hujus agri silentia , studiis vacarem , quibus me decet , in Gulielmum Budaeum stilum acuere , qui pessime me suis in libris , nescio quā causā , supra alios exagitavit ; Ejus scripta in Pandectas jam diu evolvo , & delassatae sunt affiduā volutatione paginae , sed in his Jurisprudentiam enucleatam non deprehendo . Ubi in hoc opere definitiones , quae abditas res depingunt ? partitiones , quae involutas dissolvunt ? observationes , & solidae conjecturae , quae dubias illustrant , ac confirmant ? locorum juncturae , quae discordes , ac dissipatas componunt , ac in mutuam redigunt consonantiam ? Totā viā aberrat , qui callere Jus , aliud putat non esse , quam volum depromere originem , nominum texere historias , decerpta Auctorum loca pro ostentandā eruditione hinc illinc locare ; Inanis hic labor ociosas irretit mentes , & feriotorum vellicat fastidientem palatum ; Date quaeſo juvenem Budaeo in arte Juris formandum , discedet hic ab sua disciplina , si aliquantulum doctus , non Jureperitus ; & in dubia re haesitans , si verborum copiam venditet , ſānum , ac ſalutare , quod proferat , non habebit . Me contemnit , ridet , lacerat Budaeus ; non doleo ; Miror tamen , illum non fuiffe adhuc probe affecutum , quid ſibi deeft , quid in me abunde nitet ; nec ſerio perpendiffe , plus ingenii , & acuminis in eo fulgere , qui abdita rerum ſcrutatur , quam qui externa colluſtrat ; plusque nervorum habere illum , qui cauſas rerum re- pe-

petat altiores , quam qui earundem frontem primam poliat , atque adornet . Haec fusius contra Budaeum conabor disputare ; & perfecissim , ni proposito obesset Graecarum rerum tractus non exiguus , quae se in Budaei opere turmatim offerunt , quaeque me a lectionis continuatione importune avertunt , nam rerum hujuscemodi nedum sententiam , sed ne ipsum quidem nexus , ac formam scriptionis asseveror ; Non me latet , nimis diu Budaeum invigilasse huic excolendo sermoni ; sed ipsum forte poenituit tanti laboris , cum ad aures pervenit , vulgo existimari , eum hac de causa ^{so} non magnos fecisse in Jurisprudentia progressus . Quaesio , quid si bi persuadet homo in hoc studium tam perditus cum illa sua tanta Graiae linguae supellestile ? an non Ipso fuerat hac in re multo doctior Cicero ? de quo scribit Tranquillus usque ad Praeturam Graece declamasse ; & tamen quis Cicerone parcius hac externâ utitur divitiarum pompâ , cum nonnisi perquamraro Graecam usurpet pro summa necessitate dictionem ? Septimius secum una prius subtacite missitans , proh Superum fidem ! dixit , videte , quid miselli hominis , hostem habeat Budaeus ! & parum absuit , quin palam ^{si} illud Theocriti recitaret ,

Tοτε Αθωνίῳ εἶπεν θεοῖς.

*Sus aliquando ausus est cum Minerva decertare .
Sed , mutato consilio , sic ad Accursum , ut illum ridicule palparet . Mi venerande Accursi , quo pacto te*

^{so} *Non magnos fecisse in Ju- | cap. 1. & lib. sing. ad Modest. in
risprudentia progressus] Ita de fin.*
*Gulielmo Budaeo scribit Anto- | ^{si} Illud Theocriti recitaret]
nius Augustinus lib. 2. Emendat. In Hodoepenis .*

te Graecarum literarum facis ignarum ; ac plane jejunum , ⁸² cum longe aliud de te praedicet Albericus Gentilis , is , qui praesenti spiritu afferit , multa te Graeca vocabula interpretatum fuisse rectius , quam fecerint recentes Graecanice scribentes ; & si quando in hoc per te forte peccatum , non alibi id evenisse , quam in iis locis , ubi corrupta sunt omnia , ac depravata ; ita , ut non ad industriae tuae imbecillitatem , sed ad quoddam deturpatae scripturae fatum inepta recidat interpretatio . Praeterea idem Gentilis iners non est in purgando te ⁸³ ab illo glossemate , quod tibi tribuitur , ubi illud habetur , *Sequitur Graecum , quod intelligi non potest* ; contenditque , hoc minime tuum nomen praeseferre , & illepede ab Anonymo appositum . Nugae , inquit Accursius ; devinxit me hac honoris significatione Gentilis , cui plurimis de causis multum debeo ; caeterum in hac re amori suo erga me potius indulxit , & lusit ingeniose , ac peramoene , quam veritatem ipsam consecutatus est ; Graeca nunquam callui ; nec pudet , id palam fateri ; immo cum in praesentia animum ad hanc linguam vellem adjicere , ut iisdem armis , quae Ipse tractat , Budaeum refellerem , parum de sera deliberatione sollicitus , forte quia audiveram , ⁸⁴ M. Porcium Catonem , vel senem , hoc

⁸² Cum longe aliud de te praedicit Albericus Gentilis] In Dialogo 3. quem inscriptit Cato.

⁸³ Ab illo glossemate] Super 1. heres 19. §. proinde , D. De Jucidiis.

⁸⁴ M. Porcium Catonem , vel senem] Quintilianus lib. 12. cap. 11. M. Censorius Cato , ait , idem

Orator , idem Historiae Conditor , idem Juris , idem rerum rusticarum peritissimus , inter tot operas militiae , tantas domi contentiones , rudi saeculo , literas Graecas , aetate jam declinata , didicit , ut effet dominibus documentis , ea quoque percipi posse , quae senes concupissent .

hoc studium omni conatu arripuisse ; re. melius, per-
pensa , aliud decrevi , non inepte autumnans , mut-
tum temporis hanc curam disciplinis detrahere se-
verioribus , & post diuturnum laborem facile me
posse in errores offendere ; Recordabar enim , quae
coram me in Republica Jurisconsultorum ⁸⁵ saepius
monebat Josephus Scaliger , non solum Plinium , sed
Ennium , Attium , ipsumque Ciceronem in verten-
dis Graecis hallucinari . Et sane huic , quam sum
amplexus , opinioni adhaeserant non pauci ; ⁸⁶ O-
dofredus nil curat , profiteri se totius Graeciae ru-
dem ; & , ut mihi fertur , ipse etiam Uldaricus Za-
sus , celeberrimus Jurisconsultus , qui , ⁸⁷ judicio Al-
berici Gentilis , praestat mille Budaeis , literas Græ-
cas ne de facie quidem novit ; & suâ Jurispruden-
tiâ contentus , ⁸⁸ adolescentulis libens , volensque
tales gloriolas reliquit . Nec abs re puto , priscos
Romanos Jurisconsultos linguam Graecam parum
cognovisse ; cum , praeter Modestinum , vix alium in-
venies , qui Graece scriperit ; nec peritiam hujus
linguae in quibusdam conjectarem , quod verbum ,
vel Graecam referant sententiam , ut idem , quem
mox laudabam , Albericus Gentilis rectissime diju-
dicat . Totum se exaestuans contorquebat Septimius
in Accursii tam insulso sermone , cui se pro virili
opponere cupiebat , paucorumque exempla refellere ,
qui vel turbati difficultate rei , vel insuavi genio
ducti , ab hoc studio , pro cultu Jurisprudentiae tam
R utili ,

⁸⁵ Saepius monebat Josephus Scaliger] Inter ejus opuscula . In Dialogo , inscripto Antipater .

⁸⁶ Odofredus nil curat , &c.] Albericus Gentilis in Dialogo , Spieg. in Lex. Jur. in diction. Imperator . qui dicitur Cato .

⁸⁷ Judicio Alberici Gentilis]

⁸⁸ Adolescentulis libens , vo-
lensque tales gloriolas reliquit]

utili , ac necessario , sese abstinuere ; Sed callidam iterum fingens simplicitatem , inquit ; Si ita existimas , Vir doctissime , quomodo se gerat is , qui Graeca prorsus nesciat , in pervolvendis Graecis Interpretibus , qui post Justinianum floruere ? Id a te expectabam , respondet Accursius ; facili tamen negotia rem omnem paucis dissolvam , quae mea non sunt , sed a gravissimis Viris in Republica Jurisconsultorum olim accepi ; & sane quid opus est , in hos Graecos Interpretes tam accurate , ac laboriose incumbere ? ⁸⁹ retulit mihi Cujacius , ipsum olim ostendisse , hos Auctores , utpote linguae latinae rudes , ac imperitos , multis ineptiis suos libellos onerasse ; ⁹⁰ Merillus dígito monstravit , vel solum Harmenopulum in titulo *D. de testibus* , quatuor errores tradidisse ; monuitque , hos Scriptores plurimorum rerum novitate allicere , quae facillime incautos fallunt , ac decipiunt . Sed aegre in hoc sermonis articulo Septimus , & nos risum continere potuimus , cum apud omnes compertum sit , ipsosmet Viros , quos memorabat Accursius , non alio praesidio , quam Graeci sermonis , ad culmen doctrinae , quae in eis tam splendide resulsiit , pervenisse ; nec aliquos errores , quos illi , pro summa diligentia in legendis Graecis adhibita , detegunt , tanti esse debere , ut potius homines a Graecorum studio avertant , & non immo majorem desiderent conatum , ac industriam , ut rejectis putaminibus , nucleus comparetur ; Quam ob-

⁸⁹ Retulit mibi Cujacius] ⁹⁰ Merillus dígito monstravit in Comment. ad l. i. Lib. 8. Observationum cap. 6. illud procul dubio , Cod. de rei uxori. act.

JURISCONSULTORUM. 131

obrem iis, qui in Jurisprudentiam incumbunt, illud Horatii foret perpetuo praedicandum,

... vos exemplaria Graeca
Nocturna versate manus, versate diurna.

Sed quia cum Accursio conflictari, non erat in animo, cuncta, quae dixerat, silentio exceperimus. Interea loci ab Accursii Servo introducitur Tabellio, qui ab Jurisconsultorum Republica ad Illum se referbat; deditque literas, quas Accursius, postulata prius a nobis veniam, referat, recitatque alta voce in hunc modum.

Azo F. ACCURSIO S.

*Quem Praecepiorum vivens babuisti,
laudatorem, tuique amantissimum;
eundem quaeſo Azonem ſinas babere ad-
monitorem in re gravi, & periculi ple-
nâ; in qua & tuo commodo, & meo des-
effem muneri, ſi quod ſentio, & ſaluta-
re existimo, tibi candide, & pro fide no-
ſtræ amicitiae non aperirem. Inſtitutum
tuum jam hoc loco evulgatum eſt; to-
tumque te dediſſe in dilaniandis Budæi
ſcriptis, jam compertum pene cuncti ba-
bent; Superbus ſane labor, ſed diſſicilis*

R. 2 *omni-*

91 *Illud Horatii] In arte Poetica .*

omnibus, plerisque irritus videtur, multis etiam ridiculus, cordatoribus vero, tuique studiofissimis non immerito pœnitendus. Hostis, in quem irruis, bonore, & gratia apud omnes floret; socios, & amicos numerat plurimos, admiratores pene infinitos; & inter hos adsunt Galli adolescentuli imberbes, & calamistrati, satis probe in Plauti, & Terentii Comoediis versati, & in edendis fabulis lepidi, ac per amoeni, quibus proximis Saturnalibus te in scenam deridiculi causa proferent, ut apud spectatores tibi contemptum, Budaeo gratiam, jocis, & salibus concilient. Susceptum igitur revoca consilium; iram, si qua in illum fervet, contine; & tutius reputa, adversarium non impetrare, quam ab impetrato, turpiter superari; quorum alterum modestiam in te commendet, alterum ineptam, ac ridiculam coarguat audaciam. Immo nec tibi indecorum, nee molestum amicis illud erit, si in concordiam cum illo redibis; quod, me auctore, facilius affe-

assequeris. Ille ingenii laudem tibi non detrabit; ignorantiam selectarum rerum tempestati potius, qua viximus, quam negligentiae tuae tribuit. Tu sive per literas, sive per nuncium venerare in illo summam in re Civili elegantiam, eruditioisque copiam, & delectum singularem. Spero id tibi minime ingratum fore, si tuo nomini consulere, meo satisfacere amori, & desiderio velis. Extenderem preces, ut dicebat Plinius, nisi & tu rogari diu nolles, & ego totâ bac epistolâ fecissem; Rogat enim, & quidem efficacissime, qui reddit causas rogandi. Vale.

Perfectâ epistolâ, haeserat Accursius; cogitabundus in eâdem immobilem obtutum aliquantulum defixit; & genas rubore perfusus, in quam partem inclinaret, animo diu pependit; bis, ac ter cooperat loqui, at toties substitit; consurrexit, iterum sedebat; tandem sic Azoni rescribendum censuit.

F. ACCURSIUS AZONI S.

*Quod candide scribis, mones humanissime, & anxie cupis, lubentissime exequar;
dis-*

*discrucior tamen , quod inultus stilum co-
gor deponere ; verum discruciarī p̄ae-
stat , modo , ut par est , satisfaciam aman-
tissimo Praeceptorī . Cura , ut in posterum ,
si minus magnifice , modeste tamen de
me Budaeus loquatur ; evulgetque , pri-
mo , ac calido scribendi impulsu , non ex-
plēna animi sententiā multa in ejus li-
bris contra me congeſſisse . Hoc pacto no-
biscum una pax intercedet . Sin vero ite-
rum ad censionem , tot dicteriis onustam ,
redibit ; finas me pro meo instituto , par
pari reddere , ne asinus , aut fungus vi-
dear . Nec enim id est ingenium tuum ,
ut pro modestia a me stupiditatem exi-
gas . Amas me , probe nosco ; sed bae amo-
ris partes erunt , ut quem amas , pericu-
lo subtrabas , ubi salvo decore id fieri
posse confidis ; eidem subjicias , ubi fama ,
est aestimatio aliter ab injuriis nequeat
defendi . Non enim semper ab incepto
desistere , prudentis hominis est ; juvat
quandoque , animum induere robustiorem ,
ut audaciam audaciā trudamus , ne su-
per-*

perbior silentio, & patientia adversarius reddatur petulantior. Quamobrem arbitrium in te situm est, quā viā possim boneste cum Budaeo in concordiam venire. Habe igitur, mi Azo, mei erga te amoris testimonium, profecto non leve, quo tuae auctoritati omnem ultionis voluptatem postpositam volui. Caeterum exoptavi, ita te mibi consulere; debui, tibi obsequi; Supereft, ut nec te consilii; nec me poeniteat obsequii. Vale.

Conceptas in hunc modum literas obsignavit, &, dimisso Tabellione, nobis Azoni perferendas tradidit. Sed jam nobis surgere, & redditum ornare violentibus blande restitit Accursius, aliamque brevem moram suavissimā oratione rogavit. Nos, licet animo reluctantē, fronte tamen in mendacem facilitatem compositā, damus. Et ille, quoniam, inquit, felicissima mihi, & diu expetita sese obtulit occasio alloquendi vos, Hospites dulcissimi, qui inter mortales adhuc versamini, quique, peractā hac involutā peregrinatione, ad vestrum Orbem iterum estis, coelo benignius aspirante, reddituri; mando vobis rem perficiendam, quae mentem meam diu torquet, & in varias distrahit partes; ea vero quae sit, accipite; Eventu, ut opinor, facile erit, quod Corpus Juris Civilis iterum excudatur; non enim hoc loci igno-

ignota est seu librariorum , seu nonnullorum semili-
teratorum hominum indoles mercenaria , qui levi
addito parergo antiqua recudunt voluminà ad soli-
citandos fallaces eorum pruritus , qui tabernas li-
brarias novitate Codicum student exornare ; si id
forte eveniet , per vestram fidem oro vos , obtestor
que , ut delendas meo nomine curetis nonnullas
glossas , hac tabellà designatas , quae ab aliis non
aequo animo acceptae , etiam mihi non bene sa-
piunt , & quandoque inutiles , alias frigidae viden-
tur ; Verum illud palam faciatis , quod desidero ma-
xime , non omnes glossas , quae extant , e mea penu-
suisse deponitas , sed additas ab aliis plurimas , ⁹²
praesertim a filio meo , & illae fortasse sunt , quae ne-
scio quid illepidi , ac ridiculi magis olent . Nec mi-
rum ; quem enim latet , commune id aliorum scri-
ptorum suisse infortunium , ut non pauca (& faxint
Superi , ne deteriora) in eorum irrepserint lucubra-
tiones ? ⁹³ Id expertus infortunii est Bartolus , ut
mihi fertur ; & , ut omissos faciam reliquos , in ipsum
Juris Civilis corpus futiles nugae quandoque , mali-
gnâ quadam forte , confluxerant . Praeterea vos
etiam vellem exoratos , ut eos , qui forte fortunâ
corpus Juris Civilis sunt edituri , praetermissis meis
glossis , aliisque subrogatis , a tali instituto pro ve-
stra auctoritate , ac prudentiâ avertere curetis ;
quam-

⁹² Praesertim a filio meo] Sic esse Accurso adscripta , aut non
referunt Cyn. Bart. Cott.; Et Ant. ita scribenda esse.

Augustinus de quadam gloss.lib.2. ⁹³ Id expertus infortunii, &c.]

Emend. cap.5. scriptit , Quae ver- Ex Alberico Gentili in Dialogo
ba , cum mibi tanto Viro digna- 3. qui inscriptus est , Cato.
non videntur , inveni , aut falso

quamquam non aequa sum hac de re solicitus ; pro certo enim existimo , excidisse jam e mente pene omnium tam futile , ac inane consilium , quod aliquibus , qui illud audacter tentaverant , infeliciter successit ; Cui ignota est Laurentii Vallae superbia , tantâ sui opinione enutrita ? Is , ut erat homo , factiosus lingua , iners operâ , gloriatus est , ⁹⁴ se triennio glossas in Digesta conscripturum , meis multo meliores ; & tamen quid praestitit ? grande , ac magnificum nihil , quod eos , qui idem aggredi velint , non immerito deterrebit . Quare illud , quod priore loco a vobis enixe postulavi , quammaxime cordi sit ; & fane teneatis , nullâ prorsus alia re posse vos Accursium devincire , quam praestatione hujus vobis traditi muneris , & a me valde exoptati . Nos spondemus mandata expleturos ; & si quid aliud esset , in quo nos Ipsi satisfacere valeamus , precamur , ut jubeat ; Atque ita , acceptâ , datâque salute , discessimus . Sed , nescio quâ causâ , in reditu nos via sefellit , & longiuscule digressi sumus ab ea semita , quam antea calcavimus , forte quia , aestu sermonis abrepti , animum itineri non adjecimus ; non enim satis abunde ea potuimus mirari , quae tam impudente , ac obdurata fronte recensuit Accursius , praesertim de Graeca lingua , cuius dignitatem , utilitatemque , nullo quidem tam amplissimae facultatis merito , pessum dedit ; & tunc vel maxime in mentem venit egregius ille , Hispanique nominis gloria , Antonius Augustinus , qui cum eam linguam multis vigiliis diligenter coluerit , multumque in ea ,

S judi-

⁹⁴ Se triennio glossas in Digesta conscripturum] Ita scribit idem Valla in praefatione lib. 3. Elegantiarum.

judicio eruditorum , profecerit , ⁹⁵ parum temporis in ea impendisse , palam conquestus est . Interea dum ancipites viae procedebamus , per elegantem Vicum transimus : Ibi omnia in laetitiam composita ; annuus enim recurrebat dies , sacer Diis agrestibus ; Rusticae puellae , maritum non adhuc expertae , ab recenti , & impigro sanguine ad jocum , hilaritatemque percitae , & saltu molli , & cantu amabili , placidoque sonitu compita lustrabant , adolescentium turbam in veste nitidâ , & pastorali pompâ superbientem , plaudentemque percussis invicem manibus post se trahentes : Ante Hortorum postes longae pendebant e floribus coronaे , & laurea serta in eorum usum , qui illis praecingi gestiebant ; Custodes , qui hortis praerant , operum soluti , nudati pedes , & brachia , & pampino impediti tempora , prodigâ manus , cyathos , vini plenos , in aetate , & rubicundo colore pretiosi , praetereuntibus ultro offerebant ; In aediculis , ex mirto compactis , & Pan , & Ceres , & Bacchus , caeterique Dii rusticani , ornati novis frondibus , novoque munerum apparatu , hymnos , & vota excipiebant ; Agni pingues , & Juvenci , mox accendi in amorem incipientes , per cornua leviter asurgentia revincti hederâ , purpureis rosis , candidisque ligustris intermixtâ , ducebantur pigri , & necis veluti jam consciî , ad victimam , praeeuntibus Pueris , qui tympanis , & crotalis ritum reddebat speciosiorem . Nos gavisi sumus hoc rerum aspectu tam laeto , ac festivo , & compensatione hujus oblectaminis quodammmodo placuit a via aberrasse ; sed ne-

scio

⁹⁵ Parum temporis in ea im- | Emendat. ait , In Graeca lingua
pendisse , palam conquestus est] non magnos progressus , studiis ci-
Ant. Augustinus de se in libris vilibus impediti , fecimus .

JURISCONSULTORUM. 139

scio quem rogamus , ut nos rectam semitam , quae ad nostrum Diversorium serebat , edoceret ; Ille benigne edocet ; & ad normam traditi consilii pergere coepimus . Verum post breve iter ad radices parvae rupis Pastorem invenimus , non exsuccae , nec illiberalis formae , & adhuc leviter crescentis , dubiaeque lanuginis , qui vacans custodiae sui gregis , per vicinos humiles saltus errantis , sub umbra frondentis Fraxini moestus confederat , & ita de sua ingrata Cloride perbelle querebatur .

MOPSUS.

*Pastores , cari Pastores , si qua remordet
 Cura mei , ne me felicem dicite , quod sim
 Dives agri , quod sim pecoris , sim laetis abundans ,
 Quod suus est annis vigor , & sua gratia fronti .
 Nil haec curamus , sordent haec omnia , nostro
 Judicio ; quid enim profunt , si perfida desit ,
 Clori , tuus tam optatus amor ? quo totus aduror ,
 Quo , non sum , qui olim fueram , quo nec fore posthac
 Sperabo , sed ubique miser , neglectus ubique ,
 Immemor ipse mei , atque mei infensissimus hostis .
 Ab Clori ! ab crudelis ! & ab nimis aspera tanti
 Causa mali ! cur non facilis mea vulnera sanas ?
 Dic , an amas ? dic , anne mei misereris ? an istas
 Fastidis sine amore preces ? Sed quid loquor ? eheu !
 Fastidis ; nec nostra movent suspiria , nostrae
 Nec flectunt lacrymæ , et lacrymas quæ deinde sequetur
 Aspera mors , nam morte juvat finire labores .
 Si dicis , quod amas , me decipis , improba Clori ,
 Decipis ; est aliis certe fors aqua ; tuoque
 Plenius hi , quo plus cupiant , ab amore beantur .*

S 2

Non

Non equidem in video ; sed quod rigo , define , pedas
 Spe vanâ torquere meum , & pictate malorum
 Crudeli , misere nostros palpare timores .
 Immo cum videoas , fuge me , faciemque minacem
 Ostendas , exerce atrox odia aspera mecum ;
 Forte semel moriar , nec lentae vulnera mortis
 Experiari ; praesto est flumen , quo immergar , & altac
 Praesto sunt rupes , queis desperatus ad imas
 Deiiciar valles ; Sed ad haec spectacula praesens
 Sis vultu impavidus , ac nostris rivalibus una
 Associata , truci nutu mea funera ride ;
 Hic pro me periit , jaesta ; nostrumque superba
 Excidium monstra ; & si quos transire videbis ,
 Calcare bos cineres , nullo perculta dolore ,
 Praecipias , opto ; miseroque fruare trophaco .
 Vos mutae silvae , vos o ratione carentes ,
 Quas ipse a pluvia , & defendo a Sole , capellac ,
 Erga me mites eritis , nostrumque dolentes
 Funus , balatu vestro , vestroque susurro ,
 Cloridis injustam merito accusabitis iram ;
 Et dicetis , hic est Pastor , qui fidus amando
 Tam miserum occubuit , nec pro mercede , vel unam
 Lacrymulam potuit durae extorquere Puellae .
 Aurae singultum testes , gemitusque perennis ,
 Si qui me invenient , nudâ in tellure jacentem ,
 Praedam avibus , canibusque , carêtem pace sepulchri ,
 Dicite , quisquis amat , discat , quid amare juvabit ;
 Mopsus amavit , & est mors isthaec finis amorum .

Valde nobis pastorale carmen arrisit , & aures non
 injucunde detinuit ; ac de ejus lepore multa edisse-
 rentes , cursum prosequimur , atque iterum ad Diver-
 sorium nos recepimus ; Biduum eo loci recuperan-
 dis

dis viribus immoramus ; in quo Septimii dulcissima consuetudo & oblectavit nos plurimum , & juvit quammaxime ; nonnulla enim ille in antecessum de Republica Jurisconsultorum nobis benigne aperuit : quo factum , ut illuc non prorsus ignari accedemus . Tandem , parato discessu , non sine animi moerore ab amantissimo Sodale dividimur ; & vale tenebrime dicto , navem sub vespere conscendimus , portumque relinquimus . Placidissimae in noctem aureae spirabant , & orbe jam pleno candida Luna tremulo sub lumine leviter crispatas maris undas in delicias oculorum perbelles feriebat . Nos hac facili caeli , pelagiique benignitate , nec diurnâ morâ , quae sextum non excederat diem , ad aspectum suspiratissimae Insulae , ubi Jurisconsultorum constituta est Respublica , fuimus perducti .

VO^Tis jam potiti , & in ubiorem laetitiam effusi ; Salve , diximus , Tellus fortunata , altrix tot insignium , egregiorumque ingeniorum ; Salve nobile Jurisprudentiae domicilium , nostrorum laborum , periculorumque meta , ac suavissimum levamen ; Te amantissimis hisce vocibus , Te his dulcissimis lacrymis consalutamus ; excipe nos , longo itinere quassatos , inque tuo gremio sinas tantisper , tanquam in doctrinae , ac eruditionis portu , placide quiescere . His dictis , paulo post tangimus litus , & , fausto omne , e navi descendimus . Mos est eâ in regione , quem etiam a Septimio antea accepimus , ut statim ac quisquis accedat , Nomen , Patriam , Originem aperiat Aedili , cui id curae datum , noscere haec omnia , in tabulas referre , & hospitibus ducem tradere , a quo regi , & de Urbis , Incolarumque institu-

stitutis possint edoceri ; In hunc ferme modum , ne loci violaretur consuetudo , Ipsi nos gerimus , & qui sorte obtigit dux , cui nomen , Atilius , gratissimus nobis evasit , quo nec vultu comtior , nec moribus facillior , nec peritiâ rerum doctior unquam nobis visus est alter . Hoc duce pergimus , nec curiositati , cuncta singillatim inquirere volenti , spatium , & locum avare defraudamus . Primis illis ab adventu nostro diebus , & Lucos , & Templa , Aedes , & Aediculas , Aras , & Circos , & Theatra , & Amphitheatrum , Forum , & Basilicas , admirantis in speciem prae rerum magnitudine , rimati sumus . Sed inter eundum ad necio quem oculorum aciem convertimus ; miramur , illum incedere Monachi veste indutum , lurido panno per humeros utrosque negligenter profluente , complicatoque ad lumbos funiculo , per sua discrimina nodis contorto , & caput bardocucullo conteclum . Plurimus circa illum concursus ; non deerant , qui acceptam decenter humili manu vestem , vel fronti tangendam , vel basiandam osculo apponebant . Quia vero Atilius paullum a nobis discesserat , a quo possemus certiores fieri , quis ille sibi foret sub hoc aspectu Jurisconsultus , coepimus , ut fit , in varias conjecturas abire . Et quo pacto , inquit Nautius , hoc loci Monachi versantur ? Compertum mihi jamdiu est , hoc genus hominum a Legum facultate prorsus esse exclusum , & culpae verti , si quis in eam incumberet ; ⁹⁶ D. Bernardi querela ad Eugenium Papam nulli est obscura , qua Monachorum curam in addiscenda Jurisprudentia pro virili exagitat ;

⁹⁶ D. Bernardi querela ad Eugenium Papam] D. Bernard. De Arthur. Duck De usu , & auctor. Jur. Civil. lib. 2. cap. 8. part. 2. numer. consider. ad Eugen. ; cui addas 31. & 32.

tat; ⁹⁷ & in Concilio Turonensi ab Alexandro Papa III. serio cautum, ne huic Arti in Scholis Monachi vacarent. Illud restat, ut suspicer, hunc illum esse ipsissimum Monachum, qui auctor dicitur comparationis legum Mosaicarum cum civilibus Romanorum; aliud enim, quod mente assequar, in praesens non video; Amici, quae vestra est super hoc sententia? Ad haec ego; tua, Nauti, coniectura non bene convenit; Teneo, qui auctorem hujus comparationis Monachum fuisse existimat, ⁹⁸ is est Marq. Freherus, ⁹⁹ sed, quo nitatur, praeter innam divinationem, argumentum habet profecto nullum; Caeterum opinor, Auctorem laudatae nuper comparationis longe abesse ab hac regione, ¹ Jurisconsultorum enim numero sese Ille noluit adscribere, cum opus suum eo animo compegerit, ut a Romana Jurisprudentia, veterumque Jurisconsultorum scriptis, ac Imperatorum constitutionibus homines ad sacros Codices, ceu fontem Juris, traduceret. Recte putas, Jenuti, inquit Pinarius; immo in hanc rem mihi nescio quid suscipitur, traditum quod olim fuerat a Jo: Tilio, & post eum a Cujacio; legeram apud hos,

⁹⁷ Et in Concilio Turonensi ab Alessandro Papa III.] Quod Concilium celebratum est anno MCLXI; quâ super re vid. Antonium Gattum in histor. Gymnasii Ticinensis. C. 15. pag. 121.

⁹⁸ Is est Marq. Freherus] Parerg. lib.2. cap.9.

⁹⁹ Sed, quo nitatur, praeter innam, &c.] Ut scribit Antonius Schultingius in notis ad Mosaicarum, & Romanarum legum Collationem in principio.

¹ Jurisconsultorum enim numero sese Ille noluit adscribere] Jacobus Gothofredus in Prolegomenis Codicis Theodos. cap.3. de Auctore hujus Collationis haec habet; Secundo professione Jurisconsultum non fuisse colligat quis ex præfatione tituli q. cum ita Jurisconsultos alloquitur: Scitote, inquit, Jurisconsulti, quia Moyses prius hoc statuit; prodens, se in eorum numero non fuisse.

hos , Licinium Rufinum , illum eundem , ² qui aliquando Paullum consuluit , has invicem leges comparasse , quamobrem , si constans est , quod scribitur a Viris tam eruditis , hariolatur , qui Scriptorem hunc ex futili arbitratu Monachum confingit , talem enim esse , Licinius nunquam somniavit . Sed ego ad Pinarium , Cave , inquam , te hac in re Tili , & Cujacii moveat auctoritas ; ³ commentitium id esse , suboluit jam iis , qui negotium accuratius emedullarunt ; vixerat enim Auctor narrati nuper libelli post editum Codicem Theodosianum , quem laudat ipse titulo quinto , tunc , cum ducentis annis ante , Paullus , & Licinius ille Rufinus scripserunt ; an hi melius non vident , quam Tilius , & Cujacius ? Dum haec invicem recensebantur , en tempori advenit Atilius , quem ubi conspeximus , dic quaeſo , noster suavissime Dux , quis ille sit , qui in speciem Monachi incedit ; diu enim excruciamur in componendis conjecturis , quas pro suo quisque ingenio deproprietat . Subridens Atilius , ⁴ Baldus est , inquit , qui sub Monachali indumento , quali se olim sepeliendum mandaverat , in hac Republica se gerit . Sed Nautius , forte , ait , id cooperat consilii Baldus , ut sub hac tunica ruborem in hac Republica caelaret , quo misere suffectus fuerat , ⁵ dum super cujusdam legis

² Qui aliquando Paullum consuluit] In leg. 4. D. Quibus ad libert. proclam. non licet .

³ Commentitium id esse , suboluit jam iis , &c.] Videndum nuper laudatus Antonius Schultingius eodem loco .

⁴ Baldus est , inquit , qui sub

Monachali indumento , &c.] Boisardus in Icon. de Baldo ait ; Sepeliri voluit amitus habitu S.

Francisci , ratus , id plurimum ad animae salutem conducere ; quod etiam a Rodulpho Agricola facilitatum traditur , & ab aliis multis .

⁵ Dum super cujusdam legis

gis variâ lectione cum Bartolo ejus praeceptore contendens inurbane, ne dicam, ingrate, uti solebat plerumque, non paucos codices corruperat, facturus hac fraude fidem suis dictis, quo dolo palam retecto, publice per ora vulgi traductus, patriâ excessit. Fabulae Milesiae, inquit Atilius, ut alia multa, & quod quadragesimum sub annum ad Jus animum appulit, & quod diebus singulis duas tantum horas studio operam dabat; & caetera hujuscemodi, quae vel inanis rumor, vel scriptor parum accuratus non raro solet de gravissimis Viris diffundere; non iis enim fidem incautus praefeo, qui vel paullo ante, vel non multo post Bartoli, ac Baldi aetatem in Jure aliquid exararunt; amant hi se invicem non sine felle impetere; & delicias faciunt, si quid ridiculum, aut asperum, aut incivile alter de altero magnifice praedicet. Posteaquam isthaec nobis Atilius retulerat, domum petimus, quam ille jam peropportune instrui, praeceperat; Sed ante ostii limen obviam fit homo, turpiter corpulentus, ac hirsutis capillis, parvae, ac humilis staturalae, contortis, ac semiclausis luminibus, naso praegrandi, & foraminibus immodice relaxatis abnormi, buccâ, horrendo pinguium labiorum ambitu circumductâ, colore nigro, & fronte rugis contractâ, & aliquâ parte non paucis tuberibus prominente; Fractis cruribus tarde incedebat, blaesâ linguâ loquebatur inepte, vitio oculorum circumspectabat oblique. Risimus ad objecâtam deformitatis imaginem, & lusum naturae, monstrum fingere meditantis, non sine voluptate con-

T tem-

variâ lectione, &c.] Quae hic, Guidus Panzirolus lib. 2. cap. 70.
& paullo post de Baldo referuntur, collegit omnia accurate de clar. leg. Interpr. ubi fuse Bal-

templamur. Tunc Atilius ; ⁶ hic ille est Gallopressus , quem sui gymnasii fecerat custodem Azo , & huc secum . joci causâ , ut creditur , traduxit ; Is olim , dum vivebat , lascivientis juventutis petulantiae expositus , omnibus ludibrio fuit ; & quandoque hilis collo circumpositis , pellibus tectus , & per urbem ductus , lepidum de se exhibuit spectaculum ; sed pumilio non infacetus , & facillimus , hercle , moribus , suâ illâ neglectâ membrorum habitudine , ad provocandum risum comparatâ , non exiguum ab auditoribus stipem collegerat . Bene est , inquit Pinarius ; tradamus huic homuncioni literas , quas Azoni perfenderas , nobis maxime commendaverat Accursius . Opportune , ait Nautius , occasione servis ; & traditis litteris Gallopresso , ut Azoni daret , domum ingredimur . Ibi coepimus , nonnulla inter nos confabulari ; Nostra in eo praecipua erat cura , ut ab Atilio edoceremur nunc de hoc , nunc de illo Jurisconsulto , sive famâ cognito , sive communis Patriae origine nobis præ caeteris dilecto ; & ex alio in aliū sermonem excurrentes , incidiimus in Alexandrum ab Alexandre , Civem Neapolitanum ; rogamus , an in ea re- gione se contineret ? Ita sâne , inquit Atilius ; & si Illum invisendi cupido est , a prandio salutatum ibimus . Tunc ego ; hoc profecto cupiebamus . Quamobrem , ut cito paretur prandium , jubet Atilius ; & post consumtas dapes , compactâ horâ , pergimus ad Alexandrum . Est in conspectu Urbis non asper , nec inelegans collis , scatens aquis limpidissimis , leni anfractu per rivulos , in diversam partem abeuntes , a clivi culmine ad radicem descendantibus , quibus pul-

⁶ Hic ille est Gallopressus] Id stani. fac. poss. , quem citat Guid. narrat Odofr. ia l. 5. Cod. qui te- Panzirolus in vita Azonis .

pulchrum sane , ac suave sub ortum Auroraे spe-
 Etaculum oculis exhibetur , nam declives illae pel-
 lucidae undae , radiis inter virides herbas reper-
 cussae , placido , gratoque susurro amice scintillant .
 Hoc super colle , qua parte planus est , olentes hor-
 ti , aquarum divite venâ lactati , & florum , & salu-
 berrimarum herbarum areolis distincti . In hoc a-
 moenissimo recessu locum sibi delegerat Alexander
 ab Alexandro ; sibique , & Amicis aediculam , Musis
 sacram , comparavit ; & veteris instituti tenax , dies
 geniales agebat , quos olim vivens instituerat . Sed
 quia ob collis ascensum aliquantulum gravis nos
 anhelitus occupaverat , consedimus tantisper ad col-
 ligendum spiritum non procul a teatro Alexandri ; &
 interea loci , isthaec nobis retulit Atilius ; Fuerat ,
 inquit , Alexander , conjunctione bonarum artium
 cum Jurisprudentia , Vir quidem memoriâ dignus ; ⁷
 Illud tamen subtacite conqueri in hac Republica
 visus est , quod vivens , & post obitum , ex suis Ami-
 cis , quos non paucos coluerat religiose , invenerit
 neminem , qui vel leviter in ejus commendationem
 aliquid in scriptis proferret ; Verum ea injuria non
 adeo in animo Alexandri aegre haeserat , ut hos
 Amicos , aliosque , quos sibi adjunxit , quotidie hu-

T 2 ma-

⁷ Illud tamen subtacite con-
 queri , &c.] In vestibulo Dierum Genialium Alexan. ab Alexan. qui sunt excusi Lugd. Batav. in officin. Kackiana , haec in Auditoris vita leguntur : De Alexandre hoc nibil a recentioribus biographis scriputum comperitur , cum tamen eorum tempore vixerit , quorum vi-
 mirum Fran. Philelphi , Georg. Tra-
 pezuntii , Joan. Platinae , Joviani Pontani , Theodori Gazae , Nicol. Perotti , Do. Calderini , Hermolai Barbari , Pauli Cortesii , Raphaelis Volaterrani , quos partim Romae praelegentes audivit , partim officio sibi devinxit , partim etiam questionibus propositis (ut fieri solet inter doctos) exercuit .

manissime non excipiat ; Uni est infensus , unum odio perpetuo exagitat , is est Andreas Tiraquellus , non alia de causâ , ut testatur Ipse , nisi quia Tiraquellus in hac Republica ⁸ opinione scientiae suae parum honeste inflatus turgeat , & gloriam ambiat perdite , ac immoderate ; Et sane ita res se habet , ut caeteri praeter Alexandrum observant ; Quamquam Amici ipsius Alexandri occultius aliquid subodorantes , clam secum una , remotis plerumque arbitris , ajunt ; scimus , unde sit inter Alexandrum , & Tiraquellum haec simultas : ⁹ Tiraquellus enim notis , quas ad geniales dies appinxit , accurate detegit , quae Alexander a Scriptoribus nonnullis , quorum nomina cœlat , subdolâ diligentia surripuerat ; Nihil enim aucto-ribus dolet magis , quam malevola istorum perquisitorum cura in notandis aliorum furtis . Ita sane est , inquit Numicius ; sed quid de Tiraquelle sentiunt Optimates hujus Reipublicae ? Haec est , ait Atilius , receptione opinio , nimias , exuberantesque laudes , quibus Tiraquellum plerique afficiunt , minime ex aequo convenire , & plausu minore , quo penes hos fruitur , frui pro suo merito debere ; Qui neget , ne-

mo

⁸ Opinione scientiae suae pa-
sum honeste inflatus turgeat] ad Geniales dies appinxit , &c.]
Teissierius in Elogiis Virorum il-
lustrium , Gallice conscriptis , haec
de Tiraquelle refert ; Accusatus
fuit , quod nimia scientiae suae
opinione turgesceret , quod supra
modum gloriam , & honorem ambi-
ret , quod eos despiceret , qui sen-
tientiae suae obluctabantur .

Vossius de Historiis Latinis , pag.
609. scribit ; Unum hoc merito in
Alexandro ab Alexandre impro-
bari solet , quod eorum , unde pro-
fecisset , disimularet auctores . Sed
huic vicio medicinam fecit docti-
simus Tiraquellus , qui dígitum
ad fontes intendens , unde quae-
que hausta essent , indicavit .

⁹ Tiraquellus enim notis , quas

mō est , ¹⁰ Illum fuisse lectionis pene infinitae , sed fēse a vitiis , hercle , non levibus , raro continere : Cul-tui , ac elegantiae studet parum , ordini nihil , con-struendo rerum cumulo multum ; modo faceres il-lum Pragmaticum exosum , modo importunum Phi-lologum ; si qua legum , auctorumque laudandorum est occasio , etiam ubi perspicua sunt omnia , proh Superūm fides , quantā utitur stomachosā immoder-ratione ! non duobus , non tribus contentus , si sex-centa habet , tot congerit , tot exscribit ; eoque ex-currit haec libido , ut si quis ocio abundans , quae ci-tat Ille , velit detracta , jam , qui molis sunt pre-grandis libri ipsius , statim reddentur parvuli , ma-cri , ac toti , quanti sunt , extenuatissimi ; profecto quam salutare Tiraquello foret , si ¹¹ quae monet Aristoteles , perpendisset ; ὅτε εἰδίθασι τὸν πειλάγην τοῖς διερχόσιν ἔργοις ; ὅτι σὺν ἀφελεῖν οὐτιν , οὐπε προδει-ναι ; unde de operibus , quae bene habent , ita solent praedicare ; nec adimere possis , nec addere . Caeterum , judicio meo , convenit apte Tiraquello , ¹² quod de Lucilio Poeta habet Horatius ,

Quum flueret luteulentus , erat quod tollere velles .
Brevi , inquit Numicius , ac recte absolutissimum de Tiraquello judicium complesteris ; sed satis consedi-mus , pergamus ad Alexandrum ; Nos sumus dictis statim audientes , & aedes Alexandri ingredimur , qui nos in coetum ornatissimorum Virorum , non si-ne

¹⁰ Illum fuisse lectionis pene in-finitae] Valentinus Forster. Hi-stor. Jur. Civil. lib. 3. cap. ult. ¹¹ Quae monet Aristoteles] Libro Moralium Nicomachiorum ait ; Tiraquelius , regius Professor secundo .
Lutetiae , celeberrimus Juriscon-sultus , Vir tanta , ac tam variae bet Horatius] Lib. I. Sat. 4. lectionis , quantae nec superiori ,

ne multâ honoris significatione , exceptit . In hoc confessu , quae invicem erudite differebantur pro transigendis beate , ac feliciter diebus genialibus , non parvâ animi voluptate , attente percepimus . Fluxerat , uti cognovimus , ab ipso Alexandro coepti sermonis occasio ; qui , quoniam Fori curas olim pertaesus , vitam parum probaverat actuosam , contendebat proinde non segniter , omnia plerunque in judiciis gratiâ , & corruptionibus componi ; Patronis praesidii nihil esse amplius contra vim potentiorum ; tranquilliorem vitam non aliunde posse comparari , quam ab amoenioribus studiis , procul a tortuosis litium ambagibus ; Platонem , aliosque Philosophantes recte existimasse , eloquentiam minime esse ad forenses causas instruendam , sed illas , ut ipsi dicere solebant , ^{13.} debere Musis agrestioribus relinquи . Haec multis ita lepide ornabat Alexander , ut quidam imberbes adolescentuli , qui ibi aderant , unice in eruditionem incumbentes , quique Forum obliquis oculis spectabant , statim in ejus sententiam pendibus irent . Et quamquam Jurisprudentiae studium apprime commendabat idem Alexander , illud collendum opinabatur ex puris Jurisconsultorum monumentis ; & quamquimaxime volebat , ut domi quiesceret solitaria Jurisprudentia , ibique molliter recubans , ac delicate , nos avocaret a Rostris , a Judiciis , a Curia . Interea juvenis , nescio quis , quem Pollio appellabant , aspectus non insuavis , nec eloquii parum comti , qui recens Gulielmi Budaei annotationes in Pandectas evolverat , ut est juvenilis indoles ad lectionem harum rerum , multâ eruditio-

^{13.} Debere Musis agrestioribus relinqui.] Uti refert Cicero in libel- lo ad M. Brutum , qui inscriptus est , Orator .

tione refertarum, prona, pro Alexandro acriter pugnabat,¹⁴ excerptis a Budaeo nonnullis dictis, quibus sermonem suum condiebat; Nec desunt, ajebat, exempla, quibus fidem coimparo his, quae edissero, nam Viri doctrinae selectioris, cognitâ Fori indole, susceptam provinciam deserere non dubitarunt; inter hos¹⁵ sint mihi prae caeteris Franciscus Hotomannus, ac Petrus Pithoeus, de re civili, ac bonarum artium cultu optime meriti, qui, quam Foro primum locarunt operam, ad domesticum, ac magis pacatum Jurisprudentiae studium traduxerunt, statim ac perspectum habuere, alios sibi mores esse fingendos, si Forum sequi vellent, alium vultum, sermonem aliud, nec semper posse eos Verum constanti judicio tueri, sed aut Probabile versatili ingenio quaerere, aut Falsum solerti colore praetexere, ingratias debere; Quamobrem non male¹⁶ scripsit C. Plinius, *Nos, qui in foro, litibusque terimus, multum malitiae, quamvis nolumus, addiscimus.* Dum istaec recensebantur, plaudente Alexandro, cui mirum quantum ea arridebant, quae avide a suo Polione

ac-

¹⁴ Excerptis a Budaeo nonnullis dictis,] In Foro, sic Budaeus in annotationibus ad l.2. D. de Le- bus haerere, in labyrinthois di- lationum finibus consenescere; ve- gibus, multa flagitorum impuni- terotorias pragmaticorum imposu- tas, & rara praemia Virtuti, ubi ras, plurima Judicum saffidia, nulla arx bonis munita, nulla saftusque quorundam perpeti, mil- perfugia improbis obstructa, ubi lo indignitates devorare necesse tanta calumniarum licentia, tam fit.

¹⁵ Sint mihi prae caeteris Franciscus Hotomannus, ac Petrus Pithoeus,] Ut patet ex vita Pet. Pithoei, scripta a Josia Mercero.

¹⁶ Scripsit C. Plinius,] Lib. epist. 1.

accipiebat , vix se potuit continere noster Atilius ; Et pace vestra , inquit , si modo per vos liceat , libere dicam , quod sentio ; Incommoda Forum numerat plurima , non inficias eo ; quis enim obtegat , quae perspicue videntur ? saepe Judex non integer , non doctus , non suavis ; plerunque Adversarius , vafer , subdolus , audax , difficilis ; non raro Socii invidi , obtrectatores , maligni ; Sed quid ? vitia sunt haec hominum , non forensis instituti ; nec enim res sancta , ac tam humanae vitae necessaria , quam aliqui immerito conspurcant , aut tam injuste contemnenda , aut tam incaute deserenda est ; ¹⁷ Ille idem Plinius , quem mox , Pollio , laudaveras , ad Catilium Severum scribens de Tito Aristone Jurisconsulto , nullâ aliâ potiore laude hunc ornat , quam istâ ; Non quidem , en Plinii verba , gymnasia sedatur , aut porticus , nec disputationibus longis aliorum ocium , suumque deleat ; sed in toga , negotiisque versatur ; multos advocatione , plures consilio juvat ; nemini tamen istorum castitate , pietate , justitiae , fortitudine etiam primo loco cesserit . Et sane non video , quonam pacto sustineri legum facultas possit , si Fori usum , ac consuetudinem demas ; ¹⁸ Perpendite , quid emunctae naris Vir , Duarenus judicet ; Is sine forensis exercitationis praesidio nec satis percipi , nec recte , commodeque doceri Jus Civile existimat ; ¹⁹ alia quidem non est Bodini , scriptoris sane

¹⁷ Ille idem Plinius] Lib. Compilatoribus , superius allatum epist. 1. profert judicium .

¹⁸ Perpendite , quid emunctae naris Vir , Duarenus judicet] Ad Franci- ni , scriptoris sane doctissimi sententia] In praefatione method. scum Balduinum scribens de Plagiariis , & scriptorum alienorum Histor.

sane doctissimi, sententia : Ait enim Ille, qui sine forensi disciplinâ Juris scientiam se adeptos arbitrantur, illi sunt profecto similes, qui seipso in palaestra exercuerunt semper, viderunt tamen acies nunquam, nunquam militiae tulerunt labores. Quare in media Reipublicae luce vivendum est, ²⁰ ut in rem nostram Quintiliani praecepta traducam, & qui Jurisprudentiam colit, assuecat jam a tenero non reformidare homines, neque illâ solitariâ, & veluti umbratili vitâ pallescere; excitanda mens, & attollenda semper est, quae in hujuscemodi secretis aut languescit, & quendam veluti in opaco situm dicit; aut contra tumescit inani persuasione; necesse est enim, nimium sibi tribuat, qui se nemini comparat; ²¹ hac viâ Petronii querela declinabitur, qui clamat, *Adolescentes in scholis fieri stultissimos, qui nihil ex iis, quae nos habemus, vel audiunt, vel vident; sed hoc tantum proficiunt, ut cum in Forum veniunt, putent se in alium terrarum Orbem delatos.* Pollio ad haec; non me his dictis frangis, Attili, sed ad respondendum acriter excitas, ac impellis; ²² En quae habet Cujacius de Fori studio, ac Forensis disciplinae sectatoribus : *Saepe me adierunt Advocati Fori, male, aut parum in jure versati, qui, ut in tragoeidiis legimus, clamosi rabiosa Fori iurgia vendunt improbi, iras, & verba locant; & adierunt per contemtam, atque ita comparati, ut quidquid interrogantibus illis responderem de ju-*

V re,

²⁰ Ut in rem nostram Quintiliani, mentis, quae supersunt, Satyr.
Ec.] In Institutionibus Oratoriis. ²² En quae habet Cujacius]

²¹ Hac viâ Petronii querela In Consultatione vigesimatercia.
declinabitur] Quae extat in Frag-

*re, rejicerent, atque damnarent, prolatis fituſcen-
tibus in ore eorum consiliis, opinionibus, decisionibus
Doctorum innumeris, quas ego non minus, quam
ipſi, contra quam existimabant, multa nimis, diu-
turnaque lectione triveram, adolescentiā pene omni
meā in ea re consumtā male; & proinde, melius
quam ipſi, noveram, quam minimā, quamve maximā
decisiones illae Jurisprudentiā constarent; & vix un-
quam accidit, quin, quae illi scriptis Doctorum prodi-
ta affirmabant, ego in medium, prolatis eorum libris,
vero praeſentibus, concicerim, aut non eſſe, aut ali-
ter eſſe prodita. Dic modo, Atili, ab his, quae Cujac-
cius affert, quibus te extricas argumentis? Atilius ve-
ro, Locum inquit, e Cujacio deſromptum, quem reci-
tas, memini olim legiſſe; Ille tamen, ut minus recte
putas, dexter tibi, ac opportunus, quantum tibi fin-
gis, profecto non eſt: Vide quaefo, ſi in rem meam
potius, quam tuam ille conducat. Cujaciū non ibi
adversatur Foro; in exagitandis totus eſt quibusdam
e Foro Advocatis; ſenſu caret omni, qui ita mecum
unā non existimat. Porro non Ille forenſem uſum,
ſed poffimum nonnullorum hac ſuper re ſcribendi
genus inſectatur. Vera haec omnia, & Cujacio di-
gna. Quod addit de male consumtā omni pene ado-
lescentiā in lectione forenſium librorum; quid di-
cam, incertus ſum, & veluti inter ſaxum, ac fa-
crum ſto; poſſem huic Cujacii querelae aſſentiri;
poſſem quoque, & fortaffe non ab re, confidentius
affirmare, nil mali comparafſe Cujacium ab ado-
lescentiā pene omni in his forenſibus tricis consumtā;
An non liceat ſuſpicari, lectione eorum, quae in
Foro uſuveniunt, quae concertatione animorum
diſcutiuntur, quae per judices ad trutinam revo-*

can-

cantur, ingenium fuisse ei redditum perspicax magis, prudentiam magis consummatam, ac luminosam? Cujacium minorem fortasse haberemus, si se ab hoc instituto abstinuisset; ita sane, ut opera ejus sterili meditatione, & inutili eruditione referta legerentur, non autem pinguia, & succi plena, & ad perfecte servandum vitae civilis commercium apta, ut nunc legimus, & admiramus. Habent sordes plurimas, qui de re Forensi scribunt, habent tamen & quod juvat, & quod instruit, & quod nos edocet, quae posita sunt ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum, & quod denique monet, ne de rebus sinistre judicemus, aut odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut errore, aut aliquâ permotione mentis. Sed quaeso a Cujacio non discedamus; an non is est Cujacius, qui maturiore aetate Fori studium coluit? argumento sunt quinquaginta, quas palam edidit, consultationes, quibus docemur, elegantiam, perspicuitatemque a Foro minime abhorrere; Has enim commendat brevitas in enarrandis, ordo in disponendis rebus, in argumentis vis, & acumen, in citandis legibus, auctoribusque mira proprietas, in confirmandis sententiis incomparabilis sollertia. Hic finem dictis posuit Atilius; credebatque luculenter rem omnem expendisse; & quod contra solide posset respondi, vix aliquid putabat superesse. Sed quia juvenes aut raro convincuntur, aut convicti habent, quo ferventius ingenio excurrant; iterum Pollio verba contra Atillium facere cupiebat; restitit tamen Huic Alexander; Et sat, inquit, superque de rebus hisce disputastis; sua sit unicuique opinio; & pro sua quisque animi inclinatione modum statuat studiis instituendis. Caeterum, ut mos inter nos invaluit, su-

mamus locum aliquem ex antiquis , seu Poetis , seu Oratoribus , sive Historicis , quem attente perscrutemur . Atilius ad haec visus est aliquantulum turbari ; putavitque , intercisâ ex inopinato per Alexandrum coeptâ jam quaestione , injuriam sibi subrustice factam ; proinde nobis suadet , ut discedamus ; nos statim paruimus ; & salutatis Alexandro , aliisque , domum repetimus ; ubi animum Atilii lenire multâ industriâ tentavimus .

Postérâ die tantisper ociosi domi consedebamus ; Atilius , homo non hebes , nec inexercitatus , nec politioris humanitatis expers , nos multa familiariter interrogat ; Et , ut est virorum hujuscemodi indoles , semper ad literas sermonem convertere ; rogat , an alias colere facultates , nobis placuerit , priusquam ad Jurisprudentiam animum adjeiceramus ; Nam , ajebat , turpe esse , ac periculosum , imparatos , aliisque adjumentis , praesertim Philosophiae , non instructos ad hanc Artem accedere ; quas enim ingenuas artes appellamus , in mutuam affinitatem conspirare , voluit Natura ; nec , ut se jungerentur , nobis tradidit ; inertia factum est , ut in partes dividerentur , quae corpus efficiunt integrum , & unum ; *Est etiam ,*²³ *monet Cicero , illa Platonis vera , & tibi , Catule , certe non inaudita vox , omnem doctrinam harum ingenuorum , & humanarum artium uno quodam societatis vinculo contineri . & paulo post ; Sed quoniam oppressi jam sumus opinionibus non modo vulgi , verum etiam hominum , leviter eruditorum , qui , quae complecti tota nequeunt , haec facilius divulsa , & quasi discepta contredant . T.*

Nu-

²³ *Monet Cicero] In libris de Oratore .*

Numicius ad haec, quantum, inquit, ad me spectat, aliquot annos, antequam limen Jurisprudentiae salutarem, Philosophiam, quam appellant Aristotelicam, non illam, quam Viri selectissimi, inter quos tuus est Praeceptor, Jenuti, non sine gloriâ, ac literarum incremento sunt amplexi, sed qualis a quibusdam minus exacti judicii Doctoribus traditur, senticosa, & hispida, & grava rebus infinitis, & non necessariis, edidici, ut obtemperarem iis, qui mihi in imbecilliori aetate praeerant, quod taedii, & vanitatis multum, utilitatis, & commodi attulit nihil; atque periculo meo cognovi, de hujuscemodi Philosophis dici rectissime posse, quod scribit Lucianus,²⁴

πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, μὲν ὅντες σκηνὰς μάχονται φιλοσοφοῦντες. Omnes, ut ita dixerim, de astini umbra depugnant Philosophi; ac proinde mei Juris factus, & paullum expolitus, & veluti homo redditus, dolorem transacti frustra laboris temperabam elegis, quos ad hanc rem olim, curis solutus, pro quadam animi remissione conscripti; non ut eos carperem, qui de Peripateticis rebus graviter, ac sapienter scripsere, quique, hac doctrinâ egregie usi, nobilissimas Scientias adornarunt, illustraruntque; sed ut illorum insipientiam contunderem, qui quisquilius, sensim in hanc Facultatem traductas, perdite amantes, meliora docere, cultu, ac elegantia, quâ decebat, sunt designati. Tunc Atilius; quaeso recita nobis hos elegos; nec enim dubito, quin lepidi sint, ac suavies, & politissimis facetiis ornati. Paratus sum, inquit Numicius, & omnes versus memoriam teneo, quamquam longo abhinc tempore exaratos, illos enim, Amicis requirentibus, non semel recitayi.

Sci-

* 24 Quod scribit Lucianus] In Septis.

Scimus, Aristoteles qui sit ; veneramur in Illo,
Quas natura dedit prodiga, mentis opes ;
Nostra sed insipiens hoc Nomen adulterat aetas ;
Nec tantum erubuit proflituisse Virum ;
Neglectis, quas ille refert ex ordine, rebus,
Fingit quae cerebro sunt male nata suo.
Ab ! pudet, ad nugas istas in flore juventae,
Majorum stimulis, incubuisse diu.
Ab ! dolet, ingenium studiis melioribus aptum,
Ridiculas damno res didicisse suo.
Hoc vitium est senibus : qui, quae calcata per ipsos
Est via, calcari a posteritate, jubent.
Recta sit, an fallax isthaec via, quaerere molunt ;
Facta a se, non quae sint facienda, vident;
His frustra tentes falsos evellere sensus,
Cum sit propositi dura senecta tenax ;
Horum me facilem imperio praeftare, decebat ;
Namque reluctantem non licet esse domi ;
Verbera, & elatae voces, vultusque minaces,
Ne mutire quidem cum ratione, sinunt.
Ergo communis miserum me luserat error,
Jussit & exemplo deteriore capi ;
Heu quoties jaetura mibi se temporis offert,
Atque triennales reprobrat illa moras,
Et nostri impensi male, jejunque labores
Clamat, qui sterili fructus ab arte reddit ?
Ipse malum nosco ; sed quid juvat ? excidit aezum,
Cujus non reparat nostra querela fugam.
Quapropter melius reputo deponere questus,
Ipsorumque loco substituisse jocos ;
Et bene succedit ; nam re solamen ab ista
Exerior semper non leve posse trahi.

Ri-

Ridentis fingo vultum , effusisque cachinnis
 Hisee super soleo rebus ubique loqui ;
 Quosque tegit , retego , male pertractata Facultas
 Sub falsa ignotos utilitate dolos ;
 Inque locum sociis mecum coëuntibus unum ,
 Non injucundos fundimus ore sales ;
 Aerumnasque , diu passus sub voce Magistri ,
 Depingo , & sermo non sine felle fluit .
 Saepe , inquam , opplebant ignota vocabula mentem ,
 Externos praeter nil habitura sonos ;
 Vox illa exanimis lacerabat Biltridis aures ,
 Vox nata infelix significare nihil ;
 Atque aliae , hanc praeter , sine re , sine pondere voces ,
 Quas facili arbitrii lege creare solent ,
 Et quas vera fugit Latii sermonis imago ,
 Grammaticique suas protinus esse negant :
 Vocibus his misere scriptorum crescit acervus ,
 A quo nunc nacli commoda multa sumus ,
 Pars horum , ante focum , morientes sustinet ignes ;
 Pars praesto , ut varius postulat usus , adeat .
 Saepe etiam lites , turbâ spectante , movebant ,
 Omnis & in voces lis resoluta fuit ;
 Quid referam , qualis clamando creverat ardor ,
 Non secus ac ingens res statuenda foret ;
 Aspera spumabant percussis dentibus ora ,
 Tam nimis accenso faecavit ira sinu ;
 Cumque animi non sit qui non caecutiat aestu ,
 Ventum est ad duras post mala verba manus ;
 Atque coronatum est certamen inutile pugnis ,
 Quod placide mitis cooperat ante pudor ;
 Nullaque conflictu redit victoria ab isto ,
 Reddita nec menti lax fuit alla meae .

At-

Attamen eruitur Verum e tot litibus, ajunt;
 Tot Verum occulitur litibus, ipse puto.
 Subjungunt; mens nostra viâ fit alacrior istâ;
 Juro, quod hac alacris fit minus illa viâ;
 Si coeno plenam bis, terque revolveris undam,
 Quae rimus, unda magis turbida nonne fluet?
 Si nubes nocti addideris, nox ista referre
 Quid poterit pejus, nonnisi nocte chaos?
 Clarior est, quam quae possit melioribus unquam
 Ostendi verbis haec lacrymanda lues.
 Saepe aditus Praeceptor erat; non sponte; jubemur,
 Id facere; in morem (quod male vertat) abit;
 Nos rigido tacti vultu, componimus oris
 Aspectum, atque oculos non removemus humo;
 Et timidi, & cauti nutu pendemus ab omni,
 Credidimus sensum nutibus esse suum;
 Dein Illum quaedam non intellecta rogamus;
 Afferat ut vivâ voce Magister opem;
 Quot struit ambages, quot fundit inertia verba,
 Quotque importunis uititur ille modis,
 Plenus rimarum, nunc buc, nunc diffuit illuc,
 Totum ventosâ se levitate replet!
 Res Physiscae, raceo, quantâ involvantur in umbrâ,
 Quantaque prae feso somnia vana ferant.
 Materiam, Formamque putant primordia rerum;
 Sed sibi quid velit haec, quid notet illa, latet.
 Materiam (quis nam risu non ilia rumpet?)
 Nec quid, nec quantum, quale nec esse, docent.
 Heu quot de Forma fatuas in mente chimerae,
 Illas vix uno percipiente, creant.
 Principii meret ipsa etiam Privatio nomen.
 Dicimus, haec nihil est, nil parit inde nihil;

In

JURISCONSULTORUM. 161

In farias abeunt; non hoc obstat, frementes;
Dant animam nihil, quod nihil esse, negant.
Dulce Nihil, quid sis, non assequor: Est mibi crassum
Ingenium; haud capio, quod nihil est aliquid.
Dic, oro, tibi quis color est? quâ vesceris aurâ?
Dic etiam, quid agis? Dic ubi forte manes?
Haec tu si doceas, Nibili miracula narrem,
Clamans, jam Nibilum desit esse Nihil.
Sed pergam ulterius; restant suavissima: nec sunt
Illa quidem seco praetereunda pede.
Quaere, quid est Motus? tot tu deliria disces,
Quot, si post velles enumerare, nequis.
Si Vacui, si scire Loci, si Temporis optas
Naturam, sciri nil tibi posse, scies.
Posce, rogo, cur sit Nix omnis frigida, & omnis
Ignis sit calidus, Flosculus omnis olens?
Nescio quid tenet occulti Nix, Flosculus, Ignis;
Jactant; Hinc gelat Haec; Hic olet, Ille calet.
Cur ferro Magnes, paleis se jungit Electrum?
Quaedam, ajunt, latitans vis in utroque subest.
Ac obscura per haec solvi obscurissima, credunt;
Quae per clara magis dissoluenda forent.
His studiis ergo addictos damnabimus omnes?
Non ita: Sunt ex his, qui meliora docent.
Semper enim nocuus rerum damnatur abusus;
Laude quidem dignus, qui juvat, usus erit.

Oblectatus quamquimaxime Atilius recitatione ele-
gorum, commendavit fusâ oratione sales, ac vene-
res, quibus eos conditos esse, affirmabat; postulavit
que, ut in papyro describeret Numicius, quod ipse
posset carmen tam acute, ac lepide, tantâque
elegantiâ compactum coram suis familiaribus perle-
gere;

gere. Tum Numicius; faciam libenter, vereor tamen, ne illud ad aures elegantissimi Viri, Antonii Goveani in hac Republica perveniat, quod mihi doleret maxime, proculdubio enim hostis evaderem ejus infensissimus; ²⁵ probe teneo, quantum ille Aristotelii faveat impense, qui olim pro hoc Philosopho partes contra Petrum Ramum, Aristotelicae auctoritatis expugnatorem, viriliter suscipiens, magno Peripateticorum plausu, palmam victor retulit, atque, uti Stagiritae assertor egregius, omnium ore fuerat ubique locorum celebratus. Parcas huic timori, inquit Atilius; studeam, ne ad Goveanum permeet hoc carmen; Fingas tamen, permeasse; quid? laudem non exiguum ab eo mercaberis; nonne tu profecto calles, quantum ille in Poëtices facultate visus est excellere ²⁶ tot editis selectissimis lucubrationibus?

quam-

²⁵ Probe tenes, quantum ille Aristotelii faveat impense, &c.] Invita Antonii Goveani, ex variis Scriptoribus collecta, & ejus operibus, quae ad civilem disciplinam spectant, praefixa, in edit. Neapol., haec leguntur; Quare primum levibus velitationibus, variis pro Aristotele adversus Ramum editis libellis, concertatum est; inter quos celeber fuit ille Goveani inscriptus, Responsio ad Petri Rani columnias pro Aristotele: Tum ea res processit, ut Rex Franciscus I. qui per ea tempora Galliam regebat, metuens, ne ex literaria pugna in magnum seditionis discrimen urbs tota abiaret, nisi nascenti male aliquâ rati-

tione occurreret, atque obstatet; Ramus, & Goveanum, qui in Ramum a Galandio, Peronio, Carpenterio, caeteraque Aristotelis familia dux factionis delectus erat, ad se vocavit, eisque potestatem, optionemque fecit, ut sibi quisque duos in utraque lingua eruditos, ac in Philosophia probatos Viros, Judices huic controversiae dirimendae, deligerent; quibus ipse alterum adderet: qui postquam usque disputantes audivissent, rem pro arbitris definirent, &c.

²⁶ Tot editis selectissimis lucubrationibus?] In eadem Goveani vita, nuper laudata, ita scribitur; Poëtices etiam primo aetatis tempore studiosum suisse, magna-

quamobrem inveniet in tuo carmine , quod genium suum vellicet , atque titillet ; Neque turbet te amor , quo ille in Aristotelem ferebatur ; Aristotelem enim tu non carpis , immo extollis , ac veneraris ; quod suggillas , sunt nempe verbosi illi Commentarii , in quibus , qui Aristotelici vocari gestiunt , nova , atque horrida vocum monstra configunt , ut de futilissimis nugis integros dies garriant , atque altercentur ; improbat hoc ipsum Goveanus , ac refellit , quod ex his constat , quae scripserat ; ²⁷ *Vidimus* , ait , *spinosaam Theologiam* ; *barburam* , ac *peregrinam Medicinam* ; *vanam* , *Et loquaacem Philosophiam* ; *Dialecticam ipsam , omnium artium effetricem , compurecatam , Et constupratam* ; *Grammaticam ridicule argutam* ; *bac omnes artes suo nitori restitutae bodie sunt* . Postquam Atilius his dictis omnem metum e Numicii animo expulit , & ad describendum carmen in papyro confirmavit ; Quoniam , inquit , de rebus Philosophicis loqui , coepimus ; teneatis , in hac Republica multum Stoicorum sectam a Jurisconsultis coli ; Immo non procul a pomeroio nobilissima Porticus constructa est , quo concedunt non raro , dis-

X 2 pu-

gnaque felicitate carmina cecinisse , accepimus ; idque demonstrant elegansissima illius epigrammata , magnis ab his usq[ue] artis studiosis laudibus commendata ; in qua quidem facultate quinquepere versatus fuerit , testes locupletissimi ef-

se possunt , tum docile in Virgiliu[m] castigationes , tum epistola ad Gulielmum Bellajum de Castigatione Comoediarum Terentiana[rum] , caeteraque in Terentium

lucubrations , quibus quamplu- rima horum Poetarum loca , vel corrupta , vel obscura ingeniosissime restituit , vel explicavit ; multaque ad hanc artem spectantia , animadversione digna , retinquit .

²⁷ *Vidimus* , ait , *Spinozam Theologiam*] Ita scribit Ant. Goveanus in fine lib. 2. de Jurisdictione in Comuent. i. Extra territorium 20. D. de Jurid.

putandi gratiâ , qui hanc disciplinam in deliciis habent ; Si animo collibitum est vestro , illuc gressus dirigamus , futurum id spero vobis minime injunctum . Tunc ego ; ab hoc loco quot passuum milia distat haec Porticus ? Atilius vero ; duo , & ni fallor , fortasse minus . Iterum ego ; bene est , non longum iter ; vereor tamen , ne , si sub meridiem sit redeundum , ab ardente Sole , qui vel tunc maxime vitandus est , percutiamur . Atilius vero ; parcite huic timori ; ubi me comitem lateri adjungetis , eritis huic incommodo plane subtracti ; nam redeuntes vos per obliquum callem , nec gravi , nec multâ itineris productione , ducam , quâ semper ab impendebitibus desuper arboribus prognatae molles umbrae , & faciles , consociatae Zephiris lente susurrantibus , etiam cum fervet aestivus calor , lassatos defendunt , recreantque viatores . Firmatis his omnibus ex compacto , iter suscepimus , successitque prospere , ac feliciter ; & , horâ vix lapsâ , pervenimus ad Porticum Stoicorum . Erat sane haec Porticus elegans , ac formosa : Ante ostium frondentes platani , annosaeque querens ; per muros vero sequaces hederae , & obliquo cursu salientes ; non deerat consita myrtus , & in variam figuram tonsa ; vidimus & lauros , Phœbo sacras , brachia sua ad umbram diffundendam extendentes ; aquae crystallinae tacite diffluentes a nativa vena vicini fontis , ex industria per confoscos lapideos canales traductae , aedificii dexterum latutus cingebant , ubi tutò sub matutinae lucis frigore passeres , hinc illinc ad utramque ripam , herbis minutis vestitam , per lusum saltantes , vicissim pipilabant . Ingredimur veneranda limina ; & in medio atrii , columnis circum ornati , surgebat e patio mar-

more pyramis , in cuius vertice Zenonis aerea statua , aureâ fulgens coronâ , spectabatur , ²⁸ quem olim ei honorem Athenienses praestitere . Ad basim vero haec legebantur .

ZENONI.

STOICAE. DISCIPLINAE. PRINCIPI.

DEBENT. CÙI. PLURIMUM.

DE. CIVILI. RE. PERITI.

NE. NIHIL. BENEFICIO. RESPONDEANT.

AUT. PARUM. MEMORES.

AUT. IMMERITO. INGRATI.

STATUAM. EX. AERE. CORONAM. EX. AURO.

P. P.

Humiliori situ , parte ab utraque , geminae aliae statuae conspiciebantur , altera Cleanthis , Chrysippi altera , Philosophorum hujus sectae . Praeterea laquearia picturis , cum ipsius naturae veritate certantibus , distincta , & nondum victa vetustatis injuria , alliciebant oculos docte , & mutâ animos eloquentiâ erudiebant . Ubi plurima de Zenone affabre descripta . ²⁹ Vidimus hic vivis expressum

co-

²⁸ Qualem ei honorem Athenienses praestitere] Thomas Stanlejus in hist. Philosoph. ex Laertio haec habet de Zenone in ejus vitâ part. 7. cap. 4. Philosophiae pariter doctrinâ , ac morum ei respondentे integritate , eam apud Athenienses auctoritatem consecutus est Zeno , ut Castellorum apud cum claves depонerent , ut cui solum publica libertus tutissime concrederetur ; Praeterea vero coronâ

aureâ , & aereâ imagine cum horarent .

²⁹ Vidimus hic ovis expressum coloribus] Quae hic pîcta singuntur , habent post se , versibus adfricta , aliquot apophategmata Zenonis , quae relata a Laert. Stob. Anton. Max. Adian. Cicer. , in unum colligit Thomas Stanlejus in historia Philosophiae , eaque conclusit omnia part. 7. cap. 5.

coloribus adolescentulum elegantem , ac concinnum ;
cui crines ex arte compositi , facies minio expolita , ve-
stis ad extreum luxum ornata , & membra cuncta
unguentis odoriferis affluentia ; injectis in hunc oculis ,
inter iram , & commiserationem , Zeno isthaec
ex ore effundebat .

*Tu vir es , an Mulier ? qui se mibi naribus offert
Tantus odor , sexum non obet ille tuum .*

Alibi juvenem conspicati sumus , qui petulanti ore ,
gestuque importuno , apud feriatorium hominum cor-
ronam , multa inepte , ad naufragium omnium , videba-
tur effutire ; ad quem accedens Zeno , monebat .

*Os unum , geminas Natura effinxerat aures ;
Namque audire jubet plurima , pauca loqui .*

Praeterea in angulo spectavimus ipsummet Zenonem ,
humi lapsum , qui ridenti cuidam subiracunde , ut-
pote Philosophus severioris disciplinae , id reponebat .

*Quidrides , quod sim lapsus ? ridebitur apte ,
Is , qui sit lingua , non pede lapsus humi .*

Non infacetum deinde illud oculis evasit , ubi se se-
hi converterant ad ventriosum , succipitenum , &
nimiam ob pinguitudinem tardo , ac difficiili gra-
du incedentem Virum , quem ita Zeno alloquebatur ;

*Non ut edas , seu forte bibas ; sed ut ipse beatus ,
Ac felix vivas , tradita vita tibi est .*

Aliâ

**Alià ex parte , humili quodam , ac demissò aspectu
Vir non asperae indolis ante Zenonein stabat , il-
lumque nescio quid videbatur interrogare , cui Phi-
losophus in haec verba satisfaciebat ;**

*Evitare cupis peccata ? facillima res est ;
Zenonem prope te semper adesse , puta .*

**Paulisper etiam immoramus , & lumina pascimus in
homine quodam , qui , sui veluti immemor , curam
omnem , industriam , vires , mentem , totum denique
se in cultura agri miserrime locaverat , quem sic
Zeno increpabat**

*Cur agro nimis es industrius ipse colendo ;
Ni perdas agrum , te cito perdet ager .*

**Hic , inquit Nautius , nobiscum velim interessent
nonnulli , ut inter isthaec interioris sapientiae mo-
numenta discerent , quantum eorum mores a recta
semita aberrent . Dum haec ab ore Nautii verba
excidebant , qui plura erat in hanc sententiam di-
cturus , ubi in alias hujuscemodi picturas , & sapien-
ter dicta incideret ; ad nos accessit Aedituus , is ,
cui demandata hujus sacri loci cura ; accepit nos
comiter , cui humanissime , ut par erat , mutuis offi-
ciis respondemus ; Noverat Ille ex habitu , incessu-
que , nos , praeter Atilium , hospites esse ; quamob-
rem ad totum perlustrandum locum , benigne , ac
suaviter invitat ; nos sumus dictis obsequentes ; & in-
ter deambulandum , rogamus Hunc eundem , ut ,
quisnam esset , qua urbe natus , doceret . Ille non ab-
nuit ; Et , Emundus Merilius sum , inquit , patriâ**

Tri-

Tricassinus . Oh salve , diximus , Vir clarissime , & cultioris Jurisprudentiae ornamentum , & decus ; sed nos certiores fac , quod hic agitur , quâ causâ hoc loci moraris , quae tui muneris partes , quod institutum ? Ad haec Merillius , non me piget , inquit , vobis hunc morem gerere ; Teneatis , ut opinor , quantum impense Stoicae veteres Jurisconsulti studuerint ; ³⁰ idque factum , ut vulgo dicitur , quia a rebus gerendis illa non abhorreat ; Fundatâ fauste , fortunate , ac feliciter hac Republicâ , hoc sibi praecipuum dedere Jurisconsulti negocium , ut haec Porticus construeretur . Confluunt huc Illi quotidie , cum a publicis curis vacant , praesertim Proculejani , quorum cordi magis insedit Stoicorum disciplina ; Hic ratiocinantur , contenduntque argumentis ab hac disciplina petitis ; & si quid , cum sece offerat occasio , inspiciendum in libris Zenonis , Cleantis , Chrysippi , itur ad me , mihi enim tradita horum custodia . Verum enim vero in eo commendandum maxime est nostrorum Jurisconsultorum exactum , atque acre judicium , quod non usque adeo huic sententiae faveant , ut omnia sine delectu incauti probent ; Damnant plurima , elegantiora excipiunt : Sapiunt quidem Graeci , sed delirant aliquando ; in Romanis constans semper , & nunc quam

³⁰ Idque factum , ut vulgo dicitur , quia a rebus gerendis illa busdam Stoicis : τεῖ Στοικῶν ἐνταπιατῶν , de qui-
busdam Stoicis : τῷ γάρ ἀρχεῖσσι , τῷ
δικαζόντος , τῷ συμβολεύοντος , τῷ νομοδε-
τέοντος , τῷ πολάρευοντος , τῷ τιμόδοντος : Ete-
intelligens , haec habet ; Civita-
tisque , & Rempublicam . (si nihil dicant causas , & consultant , &
prohibeat) constanter , & fortiter , leges ferunt , & puniunt , & ho-
& perite administrat . Plutarchus norant .

gram sibi dissimilis sapientia.. Sed de me aliqua ediferam. Biennum huic Portico per vices aliquis e numero Interpretum emundiae naris i praeponitur; Ipse nuper ad hoc munus fueram delectus, viamque huic honori facile mihi straverant ³¹ ea, quae accuratius, quam Scriptorum alius quisquam, ac longiore calamo, de Stoicorum doctrina, in opera Juris consultorum trans fusâ, exaraveram. Obstitit multum mihi Cujacius, sed immerito; Nam ex quo intellexerat, ³² variantes suas interpretationes in unum me collegisse, calumniari me quotidie, & famam meam coepit, ubique daretur, proscindere; nec ei saucium animum leniverant, quae longâ oratione in sui nominis gloriam praefatus sum; ³³ Saepius enim sperram testatus, me summâ illum veneratione prosequi, utpote Virtutem, qui caeteros Juris Interpretes superaverit, aequaveritque primos Juris Auctores, & fortasse etiam vicerit; dissidiumque suorum dictorum me unice palam efferre, ne, qui legerent, improvide fallerentur, hoc addito in Viri doctissimi laudem, quod duarum inter se collustantium opinionum, utramlibet quis sumferit, auctorem habebit Cujacium. Quid plura? nonne etiam, ut Cujacio minus,

Y essem

³¹ Ea, quae accuratius, quam Cujacii ex libris Digestorum, libris tribus conclusum, quorum Mætillius a capite septimo usque ad vigesimum septimum lib. 1. Aurelius, edito libello, quem insuarum Observationem fuse tractat scriptit Dispuncor ad Merillium.

³² Variantes suas interpretationes in unum me collegisse] Mætillus in fusâ Dissertatione in Celebre est opus Emundi Merilli, libro tres ex Cujacio.

esset acerbus ; notavi , non Ipsum solum variaſſe , sed primos Juris Auctores , praecipue eos , qui a Stoicis stabant , ipsosque Principes in suis Constitutio- nibus , atque omnes fere Interpretes ? Porro , non ne docui , pauciores Cujacii , quam Bartoli fuſſe va- riationes , cum has Nigellus quidam ad tercentum , & viginti collegerit ; Cujacii autem ſexaginta , & novem dumtaxat obſervaverim ? Sed , ut Cujacium coeptae in me criminatio- nis poeniteret , hac viā ef- feci , & bene ſucceſſit ; Cum primum enim adversari palam huic , quo fruor , honori , viſus eſt , ſtati- ego in medium ferre , ³⁴ quae Cujacius contra Stoicos non ſemel vulgaverat , illos nimirum fuſſe licentiores , & ineptos in deducendis nominum originibus ; quod quamquam Ille ex Tullio deſumferat , moleſtius fe- rebat , ſi forte id praefentirent Labeo , Papinianus , Ulpianus , aliique , originis vocum ſtudioſiſſimi ; nam facili negocio iis , cum quibus multa in- tercedebat familiaritas , evaderet aliquantulum infeſtus ; quadere , ſeſe ab incepto abſtinuit , & me ad munus hoc ampliſſimum eyehi , vel ingratialiſ paſſus eſt . Dum haec recenſebat Merillius , ita orſus eſt dicere noſter Atilius ; Emunde , habet ſane Cujacius , quod non parum de te doleat ; te ex- culatum , vellem ; ſed quo id fiat paſto , plane non ſuppetit ; nimis aspera te illius dignitas laeſa , ac di- minuta eſt . Bona verba , quaeso , ait Emundus , dic , oro , quid ego contra Cujacium ? Plura hic po- ſem , inquit Atilius , ſi cupis , in hanc rem afferre ; ſed huic tantae narrationi parcām ; illud memoria- reco-

³⁴ Quae Cujacius contra Stoicos non ſemel vulgaverat] Comment. lib. 11. Digeſt. ſuper I. Lib. mutuum dāmus 1. D. De rebus 31. Observationum , cap. 36. Et in cred.

recolas, quod fuse differis de Florentinâ lectione, in Digestis retinendâ; ubi Cujacii fatuae non nimis honorifice consulis; & pro Antonio Contio, & Joanne Roberto, acerrimo Cujacii hoste, stare, aperte ostendis; quodque Cujacio familiare est, studium immutandi lectionem, emendandique libros Juris, truci vultu, ac severo damnas, ac constanter improbas. Foret e re tuâ, si haec omnia silentio praeterires; cum tot jam contentiones, hinc ortae, tandem aliquando deferbuerint; ³⁵ Quem enim latet acerrimum Joannis Roberti cum Cujacio praelium? nec enim Roberto, antiquas lectiones retinere vehementer labranti, prospere successit; retulit palmam Cujacii d'Estrina, ac ingenium; ³⁶ & Franciscus Marsius Gorponius, Cadurcensis JC., qui emendationibus bel-

Y 2 lum

³⁵ Quem enim latet acerrimum Joannis Roberti cum Cujacio praelium?] Fridericus Jacob Leickherius in notis ad vitam Jacobi Cujacii, a Papirio Massino conscriptam, haec habet; Sed infestiorem laudum suarum obtestatorem non habuit Cujactus, quam Jo: Robertum, Aurelianensem JC., qui cum receptarum leglionum libros duos Aurelii ann. 1567. edidisset, atque invalescentem tuno ex quavis conjecturâ commutandae, & convertendae Juris Auctorum receptae, & exemplarium fide comprobatae lectionis, licentiam reprebendisset; simulque Cujacium in corrigendis, & emendandis textibus occupatum notasset; Hic novas, & emendatas lectiones defendens, Rober-

tum vicissim in observationum libris tetigit, & quod in primis male Robertum habuit, transpositis literis SERO IN ORBE NATUM, 15. obseruat. 23. nominavit: Quibus Robertus ann. 1579. Animadversionum lib. 3. opposuit, & conviciandi initium fecit; & postea indigno doctis, & bonefis Viris modo, acerbissimisque maledictis certari coepit; Cujacius enim sub nomine Antonii Mercatoris ann. 1581. Biturigibus notata sua ad Animadversiones Roberti promulgavit; & Hic iterum notas ad Jac. Cujac. Mercatoris notata, Aurel. 1582. in publicum dedit.

³⁶ Et Franciscus Marsius Gorponius] In Praeternissorum Juris Civilis libro

lum indixerat, tenax electionum antiquarum assertor, temperare sibi non potuisse fertur; quin Robertum causam non tam egisse, quam prodidisse, diceret: ³⁷ Ipse etiam Jacobus Gothofredus, etsi scripsierat caute nimis, & raro emendationibus locum fore dandum, partes tamen acriter pro Cujacio olim ³⁸ contra Joannem Stekium suscepit, qui ausus est, quidquid medicae manus, & opis per emendationes Cujacius admovit, temere impugnare, *Cujacianum morem* vocans, infelici successu affirmantem legem in negantem; negantem in affirmantem transmutare; sed invenit hic homo infortunium, & sibi tot maledicta accersuit, quae pro honesta causa, pro egregio, ac incomparabili Viro ³⁹ bilis exasperata Jacobi Gothofredi cumulaverat. Quadere neque te, qui idem testaveras, laudo; neque aliquid, quod apud Cujacium purges, video. Et, quod caput est, non benigne excipit Cujacius, quae erga ipsum honoris significatione congeris; simulate id a te agi, compertum habet; & non falsa suspicione ducitur, te impensis favere Gulielmo Marano, auditori olim suo, a quo didiceras, auctoritatem vel summorum Virorum parvipendere, nec pati ab ea unquam abduci. Jam Merillius ad haec omnia refellenda, tacito suspectus rubore, fese parabat; Sed nos, ne ultra quaeſo has lites producere, diximus; discordiae ubi ab ingenio manant, etsi facillime subo-

³⁷ Ipse etiam Jacobus Gothofredus, etsi scripsorat, caute nimis, &c.] In Diatriba de Cenotaphio.

³⁸ Contra Joannem Stekium suscepit, qui ausus est, &c.] In observationibus anticriticis.

riantur, componuntur quoque facillime; non: hac de causa. huc vénimus, ut arbitri sédeamus in his controversiis; inter vos jurgandi hac super re, neque locus deerit, neque tempus; liceat nunc pace frui, atque ocio. Interea superveniunt aliquot novi hospites, elegantissimi juvenes, qui nos festivissimo vultu consalutant, & invicem a nobis pari gratiâ consalutantur; varius sermo instituitur; tandem ventum est, ut occasio loci ferebat, ad Philosophiam; & quidam ex his novis hospitibus Merillio, quem iam antea forte noverat, inquit; Rumor, qui inter eruditos est jamdiu diffusus, pervenit etiam ad aures nostras, Emunde Merilli, antiquos Jurisconsultos multâ fuisse imbutos Philosophia; id passim scribitur; id vulgo creditur; nonnullis tamen visa est mera sycophantia; nec enim mihi diutius revolventi Jurisconsultorum libros obviam fit illa tam abdita, & arcana Pilosophia, quam isti sagacissimi exploratores praedicant; ⁴⁰ nec adeo mihi obscurus est inveteratus, ac nunquam consenescens Interpretum mos, qui eotsque licentius conjecturis suis excurrunt, ut ea videant, ea demonstrent, ea obstinate contendant a quodam Scriptore tacite intellecta, quae is ne per somnium quidem unquam cogitaverit; ⁴¹ Ridentur a Platone, qui totum Philosophiae penum crediderunt Homerum, forte quia alicubi in ejus Poëmate philosophicum quiddam emergit. Quamobrem, ut propins attingamus hanc disputationem, ajo, non deesse, qui putent, Philosophiam, ejusque partem potissimum, Dialecticam,

^{40.} Nec adeo mibi obscurus est mos, quem inscripsit Scœvula inveteratus, &c.] Videndum Al-

^{41.} Ridentur a Platone,] Libericus Gentilis in Dialogo pri-

de qua in primis loqui placet , si minus inutilem , certe necessariam Jurisconsulto non esse ; annon optimi floruerunt ante Servium Sulpitium Jurisconsulti ? ⁴² & tamen is primus Dialecticam e Graecia in Jurisconsultorum scholas advocavit . Praeterea annon , judicio Ciceronis , post Aristotelem Dialectici spinosiora multa pepererunt ? & inter tot , tantasque difficultates Jurisconsultos voluisse involvi , nos , nullà tacti scrupulositate , incauti credemus ? In Jurisconsulto quod desideratur , illud praecipuum , ac unicum est , ⁴³ quod apud Ciceronem deprehendimus , ut is multa auribus accipiat , multa videat , multa animo , *&* cogitatione , multa etiam legendo percurrat ; neque ea , ut sua possideat , sed , ut aliena , libare studeat . C. Trebatius Testa habitus ab Alciato est sagax , ac egregius JCtus , prius etiam , quam M. Tullius ei Topica nuncupasset , deque rebus hisce illum instruxisset : An est , qui a tanti Viri judicio improvide discedat ? Jurat in hanc ipsissimam opinionem Duarenus , is , qui non e trivio est scriptor , & prorsus officere nihil Jurisconsulto existimat , si & artes reliquas , ipsamque Dialecticam non percalleat . Dissentient Hotomannus , Vigellius , & alii plerique , non me latet ; inveniant isti Scientiarum praecones , quibus haec persuadeant , me vero nequaquam movent . ⁴⁴ Albericus Gentilis rem acu tangit ; A Schegkio , inquit ille , haec tanta in Jurisconsulto Dialecticae supellex requiritur propter haec tria , ut defi-

⁴² Et tamen is primus Dialecticam , &c.] Ex Bernar. Rutlio , & aliis in vita P. Servii Sulpitii ; meminitq[ue] J. Vin. Gravina in orat. 3.

⁴³ Quod apud Ciceronem deprehendimus] In libris de Oratore.
⁴⁴ Albericus Gentilis rem acu tangit] In Dialogo quarto , cui titulus , Trebatius .

definitiones acute constitutae, expeditat divisiones accurate, argumenta facilius inveniat, & mature disjudicet; Sed in his maxime tribus non indoctam Jurisconsultorum negligentiam idem ostendit Albericus; Placuit enim illis, definire apte potius, ac diligenter, quam nimis subtiliter, ac laboriose, dividere autem propriæ, ac perspicue, non scrupulose, ac minute; arguere tandem serio, ac prudenter, non per ambages, & cavillos; In Porticorum umbrâ palescere solitaria Dialecticorum praecepta pauci sunt, quam in lucem Fori ad turbandum civilem usum traducere. Mitto hic, exempla recensere, quae ab Alciato mutuo sumta, in medium Albericus afferat ad comparandam suis dictis fidem; In propatulo sunt; qui velit, ea, cum lubet, perpendat. Unum intactum praetermittere, minime e re meâ puto; & hoc ad Papinianum spectat; Quis est, qui aut infirmae doctrinae, aut diligentiae parum probatae Virum tantum accuset? ⁴⁵ Is tamen validum, ac efficax argumentum, a contrario sensu ductum, judicat; Cave, id sciant Dialectici, turbas concient importunas, & audaces ibunt ad contumelias; nos non tutum Papinani argumentum caute amplectimur; ⁴⁶ Scimus enim ex Gerardo Noodt, quantum fallacie in eo insit, quod peculiari capite non illepidè palam facit; nec displicet, pedibus ire ⁴⁷ in Alciati, & Bachovii sententiam, qui putant Papinianum ibi per auxesin, & hyperbolēn locutum. Sed quid plura?

Ni-

⁴⁵ Is tamen validum, ac efficax argumentum] In lege prima, D. de offic. ejus, cui mand. est Jurisdict.

⁴⁶ Scimus enim ex Gerardo Noodt] In ejus tractatu, quem

nuncupavit Julius Paulus cap. 7.

⁴⁷ In Alciati, & Bachovii sententiam] Id est, Alciati, lib. 4. de verborum significatione cap. 10. & Bachovii ad primam partem Pandectarum pag. 425.

Nicolai Everardi libellum, ubi Topica pertractat, si manus, nisi taedio afficimur, sumamus; quae enim a purò, incorruptoque Jurisconsultorum fonte hauferat plena, ac simpliciora; profecto sunt optima, & saniore padato digna; nihil involutum, obscurum nihil; caetera ab interpretibus primae aetatis post reiatam Jurisprudentiam deponita, olent Arabum doctrinam; ubi tot barbarae confictae ad arbitrium voces, sustinendis quibusdam dissēctis in tot frustra distinctionibus miserrime natae. Atque adeo id verum est, quod generatim de Dialectica exposui; ut etiam post saeculum XIII. quando longe, lateque apud Interpretes illius aetatis summa incaluit libido docendi jus per hasce cavillationes, Cremonae caput extolleret doctissimus omnium, qui per ea tempora in Italia floruerunt, ⁴³ Richardus Malumbrae, qui irridere illos consueverat, quibus mos fuerat, arte sophistica, & dialecticis subtilitatibus jura tradere. Sed de Dialectica satis. Quid vero de ceteris Philosophiae partibus? sunt aeque ridiculi, qui hic quoque inepte ariolantur; Tota Philosophia est Zasio lex in venditionibus D. de contrah. emt., Alciato lex rerum mixtura D. de usucap., in quibus legibus de variâ corporis naturâ nescio quid forte fortuna indicatur; Nonnullis aliis Interpretibus Philosophicus, & Medicus est de aedilitio editio titulus

⁴³ Richardus Malumbrae.] Ita aliis ultramontanis Doctoribus e-Guidus Panziolus lib. 2. cap. 5. 4. manasse, ferunt; laudabat autem, de Richardo Malumbrae: Irride-re consueverat illos, qui arte sof-tistica, ac dialecticis subtilitati-bus a forma, sustinique argu-entes Jura doceant, quem ri-tum a Jacoto de Rovaniis, &

ut ex puris legum fontibus, atque adeo vivis rationibus quisque institueretur, ut Albericus Rosae eius discipulus testatur in pri-mcip. Digest.

Ius totus; & quia Ulpianus alicubi scripserat, *Partus, antequam edatur, mulieris portio est, vel visceraum*, extollitur jam, quorundam hominum exsiccati spiritus praeconio, uti Philosophorum Princeps absolutissimus. ⁴⁹ Fichardus olim scriptis tradidit, Bartolum Hebraicis, & Mathematicis, quorum usum ad Jus quoque civile in commentariis suis induxerat, studuisse; Non sum animo tam parum defaecato, ut haec inconsulte credam; Multo minus, quae sumtuosiore apparatu habet ⁵⁰ Everardus Otto, observator, splendide minutus, morum, & studiorum Papiniani, qui eundem facit Mathematicum egregium, duarum legum exemplis; ⁵¹ In priore fingit JC. (recito verba, ni fallat memoria) *Ex mille jugeribus traditis, cc. flumen abstulit si postea pro indiviso cc. evincantur, duplae stipulatio pro parte quintâ, non quartâ praestabitur; nam quod periiit damnum emtori, non venditori attulit.* In hac supputatione quintae, ac quartae partis mirum quantum delassant se, ac pene enecant Scriptores; Hic recondita mathesis latet, exclamat Everardus, ⁵² laudatque Carolum Molinaeum, qui propositâ ante oculos Fundi tabulâ, quidquid Papinianus excogitaverat ingeniose, affabre depingit; Fateor, legem non esse perviam; Bartolus, Mangilius, Guzmannus, Balduinus, Waechtlerus multa commentati sunt, & fortasse ea non ignoror; Sed absconditam in lege mathesim non video; Peto bonâ

Z fide

⁴⁹ Fichardus olim scriptis tradidit] Cum vitam describit ⁵⁰ centiorum Jurisconsultorum.

⁵⁰ Everardus Otto] In ejus Diatriba, quam inscripsit, Pap-

⁵¹ In priore fingit JC.] Lex est 64. D. de Evist.

⁵² Laudatque Carolum Molinaeum] In extricatione Labyrinthi numeri. 115. 116. 117.

fide ab Everardo , cur , cum legem explicat , in observationibus Cujacium citet , in commentariis ad Papinianum non item ? quod non legerit , non suspicor ; quod sibi faveret parum , hoc quammaxime suspicor ; & profecto ita se res habet ; nullà enim ibi Cujacius expectatà Mathematicorum ope de plano Jurisconsulti locum enodat , jurans in Accursii interpretationem , & inquit , *Omnino praecipuam hujus logis vim intellexit Accursius* ; nec potuit tandem post longam disputationem , quam ab hie me usque in hunc diem traxi tecum , doctissime Gregori , in sententia Accursii non manere ; & tamen ab Accursio invenies neminem , adaeque aridum , & jejunum in mathematicis , & is intelligit legem , gravidam , si Everardo credimus , Mathematicorum arecanis . 53 In posteriore lege ita scribitur , (modo locus integer menti suppetit) *Ait Papinianus , divorcio facto , fruendus dividi , non ex die locationis , sed habitu ratione praecedentis temporis , quo mulier in matrimonio fuit ; Neque enim , si vindemiae tempore fundus in dominum datus sit , eumque vir ex Kal. Novemb. primis fruendum locaverit , mensis Januarii supremâ die facto divorcio , retinere Virum & vindemiae fructus , & ejus anni , quo divorcium factum est , quartam partem mercedis , aequum est ; alioquin si , coactis vindemias , alterâ die divorcium intercedat , fructus integros retinebit . Itaque si in fine mensis Januarii divorcium fiat , & quatuor mensibus matrimonium steterit , vindemiae fructus , & quarta portio mercedis instantis anni confundi debebunt , ut ex ea pecunia tertia portio Viro relinquatur . Quod hic involutum est , plane videt unusquisque ; illud torquet ingenia , cur in*

53 In posteriore lege ita scribitur] Lex est 7. D. solut. matrim.

in confusione totius vindemiae cum quarta parte
mercedis , utriusque partem tertiam Vir accipiat ?
54 Treutlerus , 55 Hilligerus ad Donellum , 56 Jo:
Dominicus Martucius , multa , nescio bona , an mala
sint , scriptis mandarunt ; Paulus Castrensis ultra
progreditur , & Papinianum iniquitatis aperte arguit ;
Jo: Antonius Lescurius , (videte leporem hominis
suavissimi) habet eam legem *damnatarum* numero ,
quae quia nolunt , ut ipse loqui amat , intelligi ,
non intelliguntur : O felicissima , accurati Interpretis
solicitude ! noster Everardus de misera nostro
rum temporum conditione conqueritur , quae velu-
ti in gremio desidiae jacere Mathesim , patiuntur ; it
propterea 57 ad Cujacium in observationibus , e qui-
bus haec transcripsit : *Haec est sententia Papiniani ,*
& verba sunt clara ; nec est , quod eam mutemus ,
vel cavillemur ; ut , qui prudentiores Papiniano vi-
deri volunt , partim eam cavillantur , partim mu-
tant male , atque corrumpunt . Consulantur Mathe-
matici ; respondebunt , nihil esse aequius distributio-
ne Papiniani ; Est Job. Buteo doctissimus Mathemati-
cus , qui eam fortiter defendit adversus Accursium ,
& Alciatum ; nec sibi temperat , quin stomachetur ,
& ingerat convicia utrique , motus opinionum inci-
*pitudine ; servat Papinianus proportionem Geometri-*cam , quae in distributionibus servari debet . Haec**
Cujacius ; mitto , an huic magnificae praefationi re-
spondeat legis explicatio ; tanti non sum , ut dijudi-

Z 2 cem,

54 Treutlerus] Part. 2. Dis- Lib. 2. variarum explanationum
put. 7. Th. 12. cap. 71.

55 Hilligerus ad Donellum] Lib. 14. cap. 7. 57 Ad Cujacium in Observa-
tionibus] Lib. 14. cap. 22.

56 Jo: Dominicus Martucius]

cem , an Ille nodum solvat ; Multi in id non consentiunt ; caeterum , utut res se habet , plane affirmo , nihil Cujacii locum Everardo favere , ut sibi falso persuadet ; Cujacius Papinianum non facit Mathematicum , sed ita animatus est , ut , quod Papinianus aequitatis normâ statuit , eam sapiat rectitudinem , ac rerum proportionem , quae a Mathematicorum praeceptis , ac institutis minime abhorreat ; Neque inde fortasse eruitur , quod Mathesis ope id factum sit , quod Mathematicorum regulis videtur esse conformatum . Falluntur sane , qui putant , eam in Scriptoribus egregie , ac absolute sitam esse rerum peritiam , quas vel leviter , vel fuse aliquando ipsi pertractant ; Constat inter doctos , ⁵³ Cicerone ita monente , hominem ignarum Astrologiae , ornatissimis atque optimis versibus Aratum de Caelo , Stellisque dixisse ; de rebus rusticis hominem ab agro remotissimum , Nicandrum Colophonium , poëticâ quâdam facultate non rusticâ , scripsisse praecclare . Restat , ut aliquod attingamus de ea Philosophiae parte , quae ad mores attinet ; Fateor , illam non debere a Jurisconsultorum munere reputari alienam ; sed non ideo opus his fuerat , in id tam viriliter incumbere , ut Graecos Philosophos omnes evolverent : Proh Superum fides ! quid ? an vel minimum temporis Arti Juris colendae foret dandum , si vacare tot libris illi voluissent , in quibus super hoc argumento spatiari videmus disputantium Graecorum ingenia ? Tanti non sunt nostri humeri , ut utrumque valeant onus egregie subire , & totos se Philosophiae , totos se Jurisprudentiae tradere ; ⁵⁹ perbellè ajunt Graeci ,

⁵³ Cicerone ita monente] Lib. 3. de Oratore. | ⁵⁹ Perbellè ajunt Graeci] Di-

gum

cl, Οὐ διώχσατε Τέθιδὸς πε, χρὴ Γαλατείας ἐρῦν. Non potes simul & Thetidem, & Galateam amare. Illud praeterea nescire, fateor ingenue, ad vitam, seu perfecte sibi instituendam, sive aliis recte formandam, conducatne magis, an impedimento potius sit, illorum tam arduae, ac involutae, tamque difficiili lectioni sese toto conatu dicare; In Philosophos veteros, ⁶⁰ de Graecis loquitur Antonius apud Ciceronem, si quando incidi, deceptus indicibus librorum, quod sint fere inscripti de rebus notis, & illustribus, de Virtute, de Justitia, de Honestate, de Voluptate, verbum prorsus nullum intelligo, ita sunt angustis, & concisis disputationibus illigati. Quamobrem ita de veteribus Jurisconsultis statuo, ipsos neque tam sengniter hoc studii genus secutos, quasi illud immerito negligenter, neque tam impense, quasi vellent otio, & literis pessime abuti. Arridet, quod ⁶¹ habet idem Antonius, & ad Jurisconsultum traduci potest; Acuto homine nobis opus est, & naturā, usuque, callido, qui sagaciter pervestitget, quid sui cives, iisque homines, quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent, sentiant, opinentur, expectent; Teneat, oportet, venas cuiusque generis, aetatis, ordinis, & eorum, apud quos aliquid ager, aut erit acturus, mentes, sensusque degustet. Philosophorum autem libros reserver sibi ad hujuscemodi Tusculani requiem, atque otium; nisi, si quando ei dicendum

ārum Graecorum suspicantur eru-
diti haustum & vulgi faece; Caete-
rum illud declarat Luciani dia-
logus inter Galateam, ac Dori-
dem.

⁶⁰ De Graecis loquitur An-
tonius apud Ciceronem] Lib. 2.
de Oratore.

⁶¹ Quod habet idem Antonius
Apud eundem Ciceronem de Ora-
tore lib. 1.

dum erit de *Justitia*, & *Fide*, mutuetur à Platone, qui cum haec exprimenda verbis arbitraretur, novam quandam fixit in libris *Civitatem*; usque eo illa, quae dicenda de *Justitia* putabat, a vita consuetudine, & a *Civitatum moribus* abhorrebat. Haec habui, quod tibi, Emunde Merilli, contra receptas vulgo opiniones de Philosophia veterum Jurisconsultorum exponerem; Cave credas, me illorum famam, dignitatemque his dictis minutam velle, qui sermone meo sane non alio resperixerim, quam ut illepidas, audacesque recentiorum Scriptorum conjecturas in fingendis, quae sibi gratiora accidunt, pessimum dare; Caeterum me facilem tibi praesto ad induendam saniorem mentem, si objectis satisfacias. Emundus Merillius suspenso supercilio cuncta attente notaverat, passus, diutius hospitem loqui, nullo responsō interposito, sive humanitatis, & officii causā, sive ut sensus suos, post plene compertam illius sententiam, aperiret. Quare ita exorsus est. Laudo, adolescens ornatissime, ingenium tuum, & rerum copiam, quas attulisti, & sermonis leporem, quo usus es; ac magnopere in deliciis haberem, tuae huic opinioni favere, nisi manifestā proditione injuriam inferrem Veritati: res non ita sese habet, ut falso credis; dicam ego, quod sentio, eundemque in dicendo sequar ordinem, quem proposuisti. Exploratissimum in primis illud procul dubio est, neminem Jurisconsultum profiteri se posse, nisi Philosophi simul una munus in se suscipiat: *Philosophus is est*,⁶² Antonio ita apud Ciceronem definiente, qui studiebat, omnium rerum divi-

⁶² Antonio ita apud Cicero- [qua Philosophi munus explicanem definitio] Haec definitio, tur, extat eodem lib. 1. de Oratore.

divinarum, atque humanaarum vim, naturam, causasque nosse, et omnem bene vivendi rationem tenere, & persequi. Quaeſo, annon his verbis proprie, ac singillatim ipsissimus est depictus Jurisconsultus? Pergo nunc ad Philosophiae partes, & praecipue in Dialectica consisto: Sane quo pacto tu, Dialecticae expers, ac ignarus, ſcias mihi, sine obſcuritate, ac fallaciā genus, & ſpeciem cuiuscunq; rei cernere, atque eam definiendo explicare, inque partes tribuere, & judicare, quae vera, quae falsa ſint, & obſervare consequentia, repugnantia videre, ambigua diſtinguere? tolle ab Jurisconsulto haec praesidia, quem mihi proponas, niſi fungum, & aſſum? Ad naturam, ad indolem non excurras; optima ea ſit, ut voles; errabit, decipietur, ubi cultura non accedit; natura incipit, ars perficit; ſupplent praecepta, quod indoli deefit: Quis agricola pinguem, & succiplenam non avide quaeritat tellurem? videbit tamen illam aut ſqualidam, aut vitioso gramine turpiter vefitam, ſi iners, & laboris impatiens non affidue vefet, & curioſe expoliat; ⁶³ Annon ex illo ipſo Cicerone, quem ſaepius mox laudaveras, emanarunt voces illae; Non ex Edicto Praetoris, nec ex Tabulis, ſed penitus ex intimâ Philoſophiâ Juris artem effe hauriendam? Venio nunc ad ea, quae ex Alciato de Topicis Ciceronis, ad Trebatium ſcriptis, nuper retuleras; Alciatus ait, optimum fuifſe legum interpretem C. Trebatium, priuquam Topica a Cicerone disceret; Ei fidem non adſtringo, & hoc aperite nego: Quid? ⁶⁴ Trebatiumne, qui in Tusculano cum Cicerone degens, forte fortunâ nactus in

Bi-

⁶³ Annon ex illo ipſo Cicerone, i. de legibus id exponit.
Cicero ex persona Attii lib. ⁶⁴ Trebatiumne, qui in Tu-

Bibliothecâ Aristotelis Topica , commotus eâ sibi in-
cognitâ inscriptione , quid hoc Philosophi opus sibi
vellet , nesciebat , faciam ego legum interpretem e-
gregium ? non ita mihi animus est occupatus , ut
fraudationem dictorum Alciati non olfaciam . Te-
neo , quod mihi ex ipso Cicerone ille obiiciat ; ⁶⁵
Trebatio enim ait Cicero ; *non potui igitur ti-
bi faepius roganti, & tamen verenti, ne mibi gra-
vis esses, (facile enim id cernebam) debere diutius,*
*ne ipsi Juris interpreti fieri videretur injuria ; ete-
nim cum mibi, meisque multa sacpe cavarisses, veri-
tus sum, ne si ego gravarer, aut ingratum id, aut
superbum videretur . En , inquit Alciatus , Treba-
tium , judicio Ciceronis , interpretem Juris . Bene est ;
sed non video illud additamentum optimi Interpre-
tis ; Nec enim inficias eo , Jurisprudentiae Trebatium
vacasse ; quod prius , quam Topica disceret , inter-
pres esset optimus , a me negatur apertissime ; id-
que Cicero , modo inconstans videri nolit , affirma-
re nequaquam poterit , is , qui praedicaverat , ut nu-
per praemonui , Juris artem ex intima Philosophia
esse hauriendam , quae tota , quanta est , Trebatio
decerat ; ⁶⁶ Quod si se vertat Alciatus ad epistolam ,
a Cicerone in commendationem Trebatii scriptam
Cae-*

Tusculano cum Cicerone degens, &c.] scriptione commotus , continuo a
Haec habet Cicero in vestibulo me eorum librorum sententiam re-
Topicorum , Trebatium alloquens : quisisti .
Cum enim necum in Tusculano esse, & in Biblioteca separatum ⁶⁵ Trebatio enim ait Cicero]
uterque nostrum ad suum stu- Ibidem .
dium libellos , quos vellet , evolve-
ret , incidisti in Aristotelis Topica
quaedam , quae sunt ab illo plu-
ribus libris explicata ; qua in-

Epistolam , a Cicerone &c.] Id est ,
ad epistolam §. lib. 7. epistola-
rum ad Familiares .

Caesari , ubi habet , Trebatium familiam ducere in Jure Civili , singulari memoria , & summa scientia ; responsum a me accipiat multiplex ; Primum , jam in Topicis fuisse Trebatium excultum , dum haec Cicero scribebat , existimo ; nec a vero aberrat conjectura , quippe haec studia juvenis coluerat Trebatius , perfeceratque , cum in Gallias , Cicerone adjuvante , in partes Caesaris profectus est : Suspicor praeterea , id , honoris , & benevolentiae causâ , a Cicerone dictum , ut , quem Caesari commendabat , illi esset acceptior , non a moribus solum , quos valde extulerat , sed etiam a legum scientia , quam ornaverat magnifice : Credam denique non abs re , Ciceronem Trebatio , hujus gloriae , plusquam par erat , avido , blandiri voluisse ; compertum abunde quod mihi est ex epistolis ejus plurimis ,⁶⁷ praesertim cum scripsit ; Moriar , ni , quae tua gloria est , puto , te malle a Caesare consuli , quam inaurari . Percenseat haec omnia Alciatus ; & ipsum suae confidentiae fortasse poenitebit ; non enim temere , & inconsulte sunt isthaec statuenda , multo minus per vim , fraudemque ingenii trahenda ad confirmandas fallacias Veterum testimonia , ut nostrae opinioni intemperantius faveamus . Postquam haec de Dialectica strictissim delibavi , nam fusi omnia comprehendere , esset infinitum , in Physicis immoror non multum ; Sane existimo , his in rebus veteres Jurisconsultos prorsus

Aa

sus

⁶⁷ Praesertim cum scriptit] Epist. 13. laudati nuper lib. 7. Id , quod patet etiam luculenter ex epist. 10. ejusdem libri , ubi ita Cicero ; Legi tuas literas , ex quibus intellexi , te Caesari nostro valde Jurisconsultum videris est , quod gaudeas , te in ista loca venisse , ubi aliquid sapere vide rere : quod si in Britanniam quoque prefectus esses , profecto ne mo in illa tanta insula peritior te fuisset .

sus jejunos non fuisse ; quaeris , quibus moveor argumentis ? hoc uno ; quia perfecti , consummatique judicii Virum dedecet , ea nosse parum , vel prorsus nihil , quae fatuitatem , si necessaria sint , si utilia , imprudentiam , rusticitatem denique arguunt , si sint delectabilia : misera est , & infelici macritudine collabescens doctrina , quae in suo ambitu arcta se continet , & ad alienos fines timida non excurrit ; sicca enim , & pallida languescit , nullo unquam usu commendabilis ; ⁶⁸ Quam apte Cicero de Oratore , quod ipse ad Jurisconsultum converto ; *Quem etiam , quo grandior sit , & quodammodo excelsior , (ut de Pericle dixi supra) ne phycorum quidem esse ignarum volo ; omnia profecto cum se a caelestibus rebus referet ad humanas , excelsius , magnificentiusque & dicet , & sentiet . Sed tandem de nobiliore , & proprius ad Jurisprudentiam accedente , Philosophiae parte , quae ad mores spectat , pauca addam , cum omnia sint per se notissima . Mecum una convenis , Adolescens optime , eam non esse a Jurisconsulto negligendam ; negas tamen , in id esse viribus totis incumbendum ; Tuâ pace dicam , non restam instas viam ; acerbunne tibi videtur responsum ? Nolo sane , meo haereas judicio ; quod a te , in contrariam sententiam inclinato , expectare , est difficile ; a me peti , tuae opinionis adversario , sane temerarium :*

⁶⁹ Accipe tamen isthaec ex Cicerone ; Neoptolemus quidem apud Ennium philosopbari sibi , ait , necesse esse , sed paucis : nam omnino , baud placere . Ego au-

⁶⁸ Quam apte Cicero de Ora- | Cicerone] Haec omnia persequi-
tore] In libello ad M. Brutum , tur Cicero in laudem Philoso-
quem inscripsit , Orator. phiae , in libello nuper citato.

⁶⁹ Accipe tamen isthaec ex

autem, Brute, necesse quidem mihi esse, arbitror, philosophari: nam quid possim, praesertim nihil agens, agere melius? sed non paucis, ut ille; difficile est enim, in Philosophia pauca esse ei nota, cui non sint aut pleraque, aut omnia: nam nec pauca nisi et multis eligi possunt, nec qui pauca percepit, non idem reliqua eodem studio persequetur. Postulas exempla, non eorum dumtaxat, qui otio, sed qui vita occupata usi sunt?⁷⁰ En quaec idem habet Cicero; Magiore enim studio Lucullus cum omni literarum generi, tum Philosophiae deditus fuit, quam, qui illum ignorabant, arbitrabantur: Nec vero ineunte aetate solum; sed et proquaestore aliquot annos, et in ipso bello, in quo ita magna rei militaris esse occupatio solet, ut non multum Imperatori sub ipsis pellibus otii relinquatur. Cum autem ex Philosophis ingenio, scientiâque pataretur Antiochus, Philonis auditor, excellere, cum secum et Quaestor habuit, et post aliquot annos Imperator. Cumque esset ea memoria, quam ante dixi, ea saepe aliquando facile cognovit, quae, vel semel audita, meminisse potuisse. Maxime tamen haec vera sunt, ubi tu omnibus absolutum numeris fingere, ac in lucem proferre mihi velis Jurisconsultum, cuius unice interest, caussas tenere omnes de Religione, de Pietate, de Caritate Patriae, de bonis rebus, & malis, de Virtutibus, ac Vitiis, de Officio, de Dolore, de Voluptate, de perturbationibus animi, & erroribus, quae saepe cadunt in Juris sive publici, sive privati controversias. Neque opus erat, ut opinaris, excurrere ad immensa Graecorum volumina, ubi hae disputa-

A a 2 tio-

⁷⁰ En quaec idem habet Cicero, tum locis superius laudatis.
Idem pertractans argumen-

tiones mirum quantum luxuriantur ; habebant inter Latinos Jurisconsulti veteres non contemnendos Scriptores , a quibus uberrime acciperent , quae ad hanc doctrinam optime conducebant ; *Cum omnium artium* , ⁷¹ inquit Cicero , a quo in hac disputacione non discedam , *quae ad rectam vivendi viam pertinerent , ratio , & disciplina studio sapientiae , quae Philosophia dicitur , contineretur : hoc mibi latinis literis illustrandum , putavi : non quia Philosophia Graecis & literis , & Doctoribus percipi non posset : sed meum iudicium semper fuit , omnia Nostros aut invenisse per se sapientius , quam Graecos , aut accepta ab illis , fecisse meliora , quae quidem digna statuissent , in quibus elaborarent : nam mores , & instituta vitae , resque domesticas , ac familiares nos profecto , & melius tuemur , & lautius ; rem vero publicam nostri Majores certe melioribus temperaverunt & institutis , & legibus . Praesertim cum ipse met Cicero hanc Philosophiae partem , suâ adhuc tempestate aliquantulum squalidam , & inconditam , non tam rebus , quam parvo cultu , & elegantia scriptio[n]is , magnificam , splendidamque vi , ac lepore eloquentiae suae reddiderit , ⁷² ut ipse testatur ; *Philosophia jacuit usque ad hanc aetatem , nec ullum habuit lumen literarum latinarum ; quae illustranda , & excitanda nobis est , ut , si occupati profuimus aliquid civibus nostris , prosimus etiam , si pos-**

⁷¹ Inquit Cicero , a quo in hac disputatione non discedam] Cicero , quodammodo Graecorum gloriae invidens , suos extollit ; restene , an secus , aliorum sit iudicium .

⁷² Ut ipse testatur] Intra modestiam Cicero , nec sine aliqua ambitione , de se isthac praedicat .

possimus, otiosi; in quo eo magis nobis est elaborandum, quod multi jam esse Latini libri dicuntur scripti inconsiderate ab optimis illis quidem Viris, sed non satis eruditissimi; fieri autem potest, ut recte quis sentiat, & id, quod sentit, polite eloqui, non possit. Haec ipse, per summa veluti capita, in medium attuli, ut eam refellerem opinionem, quam vel tu, Adolescens ornatissime, vel si qui sunt alii, quorum auctoritate, & judicio moveris, parum caute amplectuntur, quaeque non sine injuriâ omnem amovet a Jurisconsultis Philosophiae cultum, ac ornatum; Quod si mihi velis esse aequissimus hujus disputationis aestimator, ac Judex, rejetis omnino iis, quae mox exposuisti, non aliud a me poteris aut solidè dicere, aut rectissime sentire. Hospes aut persuasus, aut ulterioris controversiae impatiens, neque victus cessit, neque obstitit inurbane; sed grato vultu orationem Merillii exceptit, ac laudavit. Noster vero Atilius Hospiti, & Merillio gratias egit de tam eruditâ concertatione, inter eos motâ, & ab utraque parte neque segniter, neque illepede expletâ; & consalutatis omnibus, quoniam iam dies altius fuerat progressus, discedendi veniam a Merillio petiit, & nobiscum una domum se contulit; quâ lassi pervenimus, interpositâque ad levamen corporis parvâ morâ, prandio vires, solito tardius, refecimus. Sed vix e mensa consurreximus, en tibi, nefcio quis ad ostium; Famulo praecipimus, ut, qui sit, cognoscat; si ex familiaribus, intromittat; secus, dicat, nos in lecho consopitos esse, & ipsum in mandatis habere, neminem admittere. Dictis famulus est obsequens, fert sese ad ostium, deprehendit oculis, ante foras Torquatum adesse, qui Atilio erat conjun-

junctissimus ; statim sinit , illum ingredi . Atilius vero ubi Amicum p[re] caeteris carum aspexit ; Torquatus, inquit, dulcissime, cur tam inopinato huc advenis? Ut vos, ait ille , ad mecum unà lento gradu deambulandum invitam . Ap[er]e quae[m] hoc consilium , inquit Atilius ; tenesne , unde nos redivimus ? Minime quidem , ait Torquatus . Tunc Atilius ; e Porticu Stoicorum ; profecto non te latet , quanto illa spatio ab hac aede distet ; & putas tam obfirmatos nos pedes habere , ut pares simus novo itineri instituendo ? Torquatus vero , nolo , inquit , hujus vobis esse novi incommodi auctor ; maneam vobiscum , ni fastidio sim ; & doceri cupio , quid in illa Porticu egistis ? Lepida , inquit Atilius , fese obtulit occasio ; disputatum est enim inter Hosptem quendam non rudit[er] , nec inelegantis Minervae , & Emundum Merillium , illius loci Aedituum , utrum Philosophiae studium fuerit diligenter , ac p[re] caeteris a Jurisconsultis veteribus excultum ? Torquatus ad haec ; pulcherrima sane disputatio ; vellem quamquimaxime , in ea interfuisse ; sed rogo , an aliquis incidit forte fortuna sermo de nova ista , quae jam tanto plausu , nescio an jure merito , circumfertur Renati Cartesii Philosophia ? nam cum ea tantopere passim extollatur , mihi fit verisimile , nullum acrem , limatumque existimari Jurisconsultum , nisi is in Cartesii fidem , ac clientelam fese dedat . Atilius vero ; de hoc , ne verbum quidem ; sed ex hoc tuo sermone planissime video , quanto odio , uti jamdiu cooperas , hujus novi Philosophi doctrinam persequeris . Torquatus , probe , inquit , tenes animi mei sententiam ; Immo , ut aliquā ex parte indulgerem cuidam invito furori , quo in illam trahor , nactus paucis abhinc

hinc diebus paullulum ocii , hos compegi elegos ,
 quos in tui , tuorumque Hospitum gratiam , ad ex-
 hilarandum hunc nostrum confessum , placet recita-
 re ; Dabitis ne veniam ? Tunc unanimes diximus , fa-
 cies rem gratissimam ; incipe ; en taciti , ut par est ,
 ab ore tuo pendemus .

*Rideo , cum jactant aliqui , debere Renatum ,
 Hunc unum , doctus qui velit esse , sequi ;
 Qui secus indocilis faxit , vulgaribus ille
 Instruetus nugis , serpent ineptus humi .
 Ergone tam rarus discendi manat in orbe
 Rivus , ut hoc uno e fonte bibantur aquae ?
 Ingeniis tam pauper erit Natura fovendis ,
 Ut lac tot Natis una papilla dabit ?
 Fallax judicium : Quid enim ? quia multa Renatus
 Captu prona docet , sint meliora , putem ?
 Si res pro captu melior , seu pejor habenda est ;
 Dic mibi , quac mala res , quae nequit esse bona ?
 Si capias , dic esse bonam , quae pessima res est ;
 Optima te fiet non capiente mala .
 Immo si cupimus justâ res pendere lance ,
 Vera minus possunt , quam bene ficta , capi ;
 Finge aliquid ; fictis , qui conuenit , adde leporem ,
 Et captum invenies , inveniesque fidem ;
 Vera nec augeri , minui nec posse , necesse est ;
 Quare insudandum , quo capiantur , erit .
 Qui non ista probas ; i , quaere facillima captu ,
 Nil veto ; quae disces , dedidicisse , voles :
 Quod pulchrum solidumque putas , avideque requiris ,
 Labi sponte suâ tale videbis opus .
 Sed summis veluti labiis tua dicta , Renate ,
 Gustemus ; proprius rem tetigisse , juvat .*

Pri-

*Primum nos dubios vis rebus in omnibus esse ;
 Deque ipso dubios non minus esse Deo .
 Sint suspecta , jubes , quae tangimus , atque videmus ;
 Saepe solent oculi fallere , saepe manus .
 Idque parum est ; ultra mox pergis ; Et omnia haberis
 Pro falsis , quamvis sint ea certa , doces ;
 Falsum , quod minor est Toto Pars insita . Falsum ,
 Quina quod efficiant , bis numerata , decem .
 Quam misere tete involvis ; non ista cohaerent ;
 Peccas ingenii mobilitate nimis ;
 Omnia pro falsis qui judicat , amplius ille
 Non dubitat ; nequeunt , haec duo stare simul ;
 Quo pacto res vera potest , seu falsa videri ,
 Quae dubios partem nos in utramque tenet ?
 In quas obscuras nos coniicis , improbe , tricas ,
 A quo confusi repperiemus opem ?
 Haec prae vestibulo ; Quae sint , quæ deinde sequuntur ,
 Carptim e praecipuis sunt relegenda locis .
 Exponis ; quod tot Dubiis luctantibus una ,
 In lucem , Verum , quod prius exit , id est ,
 Si meditor , jam sum . Meditantem existere , nulli est
 Obscurum , nulli non sac ubique patens .
 Sed , rogo ; Pro falso si quis , quod dicis , habebit ;
 Hoc , quod sit verum , qua ratione probes ?
 Praeceptis si forte tuis tentaveris uti ,
 Praeceptis noscere te implicuisse tuis ;
 Inmemor es ? quid enim , non praecipis , omnia haberi
 Pro falsis ? ergo proderis arte tua .
 Dices , quod Verum hoc , Naturae lumine , notum est ;
 Esto , inquam ; at fallax lumen an esse potest ?
 Si facile , ut jactas , nos falli possumus ; anne
 Hoc etiam falli lumine posse , neges ?*

Hinc

JURISCONSULTORUM.

193

*Hinc oritur, quod Lex, nescendo tradita Vero,
 Quam struis Ipse, labat, nec bene tuta sibi est,
 Hac Tā lege caves, quod mens tunc conscientia Veri est,
 Cum rem distinet, perspicueque videt;
 Felix inventum! quo quisque decentius erret,
 Perque artis leges despiciisse sciāt;
 Adde, quod ima palam Veri Plebs arbitra ficit,
 Teque sui arbitrii jaet habere ducem;
 Sitque ita vera putet, (quia clare nescere, dicet,)
 Plurima, quae falsi forte timore ruunt.
 Ex hoc fonte, probas, quod Mens a Corpore differt,
 Hac ope demonstras, quod sit in Orbe Deus;
 Rectane sit ratio tuæc, an sit minus apta probandi;
 Nescio; quod multis sit laniata, scio;
 Et scio, quod solidis te urgent rationibus hostes;
 Hisque refellendis non satis esse potes.
 Nunc ad Naturae cupimus penetrare recessus;
 Hic, qui te rident, qui venerantur, habes.
 Multi dementem, multi te ex omnibus unum
 Sublimem faciant, egregiumque Virum;
 Horum cui sit habenda fides? ni fallor, adhaerent
 Qui sapiunt, parti, quae tibi grata parum est;
 Et merito; videamus enim, quot somnia fingis,
 Et delirantis quam bene munus obis.
 Si petimus, quaenam sua sint exordia rebus;
 Ipse magistrali talia voce refers.
 Materia est, auctore Deo, divisa minutus
 In partes, & pars quaelibet aqua fuit.
 Circa se, centrumque suum pars quaque movetur,
 Praeter & hunc, motus partibus alter inest,
 Quippe aliae, atque aliae massam glomerantur in unitā,
 Et se praecepites, vorticis instar, agunt;*

B b

Pub-

Pullulat hinc grave certamen ; partesque vicissim
 Frangi contadu proximiore , solent ;
 Atque ita conspectus non est his partibus unus ,
 Non eadem moles , & neque pondus idem ;
 Haec longa , illa brevis ; haec aspera , & illa rotunda ;
 Haec parva , illa ingens ; haec grazia , illa levia ;
 Et quia particulis dispar est indita forma ,
 Dispar est etiam in vortice cuique situs .
 Pergunt ad centrum tenues ; sunt inde rotundae ;
 Crassae circumstant exteriore loco .
 Atque omnem gignit , sub imagine vorticis , Orbem
 Materia haec triplex , Crassa , Rotunda , Lewis .
 Vorticis in medio , flagrans qui lumina spargit ,
 Est e materia Sol leviora satus ;
 Partibus efficitur spatium caeleste rotundis ,
 Quod vastas ambit Solis utrasque vias ;
 Terra fit e crassis , nec ita est minus apta duobus
 Motibus , unde Annum dividit , unde Diem ,
 Namque movens se , proprio revoluta sub axe ,
 Labentes horas nocte , dieque notat ;
 Cum Solem circa , rapidâ vi vorticis , acta est ,
 Cursu metitur annua signa suo .
 O nimium lepida , & multo mercabilis aere
 Fabula ; cui melior confienda foret ?
 Fortunate nimis ; dic , oro , arcana , tot annis
 Abdita quo ribi nam sunt reserata Deo ?
 Si facis auctorem Te ipsum , quaecunque negabo :
 In te nulla sita est , sed ratione fides ;
 Quae ratio est , nisi forte loco rationis habetur
 Sectandi leges caeca libido tuas ?
 Sit caeca hac , cupiat quicunque , libidine dulcis ;
 Duci semper ego vi rationis , amem .

Parce

*Parce igitur, nova tam multo reperire labore,
Ni repperta probes, quid reperiisse juvat?
Ista tibi obiicimus, nec certe objecta refelles;
Vix aditum, quo nunc egrediaris, babes.
Si faxis; Par, exclamem, tibi nullus in Orbe est.
Sin secus; excutiam, quo premis ipse, jugum.*

Plausu non defraudavimus elegantissimum Torquati carmen, a quo summam percepimus voluptatem; Torquatus vero laudes suā modestiā declinabat, &, veluti in invitum, conferri commendationem, non sine suā majore gloriā, pudibundus ostendit. Caeterum, inquit Atilius, Vitia Cartesii placuit audire, ejus tamen commendare Virtutes, quas 73 vel ipsi

B b 2 ho-

73 *Vel ipsi hostes magnifice extollunt,] Inter quos Petrus Daniel Huetius in censurā Philosophiae Cartesianaæ haec habet;* Ad Cartesium vero ipsum quod primum artes magnâ cum laude, attinet, longe modestior fuerat se- & ad Philosophiae deinde studia quacibus suis, ab hisque vitiis contulit; cuius animadversis vi- haud paullo alienior; et si non tiis, cum instaurandam suscepit plane expers. Atque de eo, quod set, repudiatis primum praecudit sentiam, si quis ex me quaerat, catis opinionibus, a paucissimis, & iterum dicam, magnum suisse, simplicissimis, & aristimis principli excellentem Virum: quod qui piis exorsus, universam naturam negaverit, carebit is utique vel explicare instituit, quod fuit summo Philosopho dignum. Rationis ad penetrandas res, a naturâ reconditas, ingenio acri, & peracu- rum. In maxima copia brevis est to; adiuncta erat eximia vis, quae in summa brevitate, & subtilitate nec obrueretur magnitudine rete dilucidus. Quibus postremis rum, neque meditationis conti- laudibus eum vel veterum, vel nuatione frangeretur; tum & in recentiorum Philosophorum aequi- gens capacitas, & amplitudo, parat nemo, &c. quidquid libuisse, facile comple-

hostes magnifice extollunt, non dedignamur; Fuit enim Cartesius, Vir egregius, qui quandoque ex ipsis inaniis, ingenio ornatis, gloriam, quam merebat exiguum mercatus est plurimam, & philosophandi vitia ita Virtutibus miscuit, ut, propter utrorumque affinitatem saepissime in Vitium Virtus, in Virtutem Vitium sese converterit. His ab Atilio dictis, alio traductus est sermo; & Torquatus a nobis postulat, uti certior fieret, quo pacto Mortales Philosophiae vacarent. Nautius respondet; certum, quod statuam, non habeo; Vix est, qui huic non vacet; compendium temporis fieri, desideratur maxime; Invenias, cui trium mensium accessus ad Praeceptorem Philosophi nomen indat; & ille est Doctorum doctissimus, qui post semestre auditores a se dimittat; Proinde in diligendo Praeceptore non quaeritur, qui doceat recte, sed qui brevius; & is, qui scientiam in angustias redigit, scholam habet affluentiorum; Amor est non tam discendi facultatis arcana, quam vocabula, ut in hujuscemodi sermonibus sciant cum impudentia delirare; Qui in veteres Philosophos incumbunt, nil nova degustant; haec qui amplectuntur, ita veteres odio exagitant, ut piaculi loco habent, ad horum libros accedere; & invicem hostes, & mutuo ignari pugnantium inter se sectarum, nesciunt, quae spernunt; & sese alternatim aculeis pungentes, minime vident, quo feriant: eo fit, ut in ambitionis speciem quidam haec studia persequantur, ne in vulgus permeet, ipsos Philosophiam carere; & nullum genus hominum est, qui hoc pruritu non teneatur: e Gallis prodit liber, in quo auctor ad commodum Aulicorum Philosophiam pertractavit; faxint Superi, ne qui aliis liber prodeat, qui Taber-

bernariis Philosophiam obtrudere velit , ut cum thus , aut scombrum emtum eamus , de Philosophicis rebus magis , quam de pretio disputemus ; Medicorum nullus est , qui non philosophetur ; multi graviter , ac prudenter ; sed praeter hos , alii , qui leviter Philosophiā sunt tincti , longiorem curam in his tricis ineptam praedicant , & parum utilem arti medicae , quae , ut ajunt , experientiā comparatur exactior ; alii ita perdite hoc sibi negocium dant , ut , misero aegrotantium fato , frigide disputant ad captandum inanis gloriae fucum , ubi periculum imminet gravius , & ad ornandam speciosius mortem futilis Philosophia conducitur . Ii , qui foro vacant , summis labiis hoc studium attingunt (semper excipio meliores , & solidā doctrinā praeditos) , seu quia illam Philosophiae partem potius deosculantur , quae ad lucrificiendum mentes acuit ; seu exemplo quorundam retracti , qui ad exosam subtilitatem usum fori traducentes , tandem pretio diuturni laboris , in hanc rem impensi , nil praeter contemnum , & egestatem sibi infeliciter emerunt . Nautii judicium visum est non illepidum ; & in hanc sententiam addita vicissim sunt plurima , quibus suaviter condivimus familiarem confabulationem usque ad noctis exordium , quo adventante , a nobis Torquatus discessit .

Illis postea , qui insecuri sunt , diebus , Atilio duce , urbem lustravimus , cupidi cognoscendi Incolas , ac Magistratus . Populum omnem divisum novimus in Senatorium , Equestrem , Plebejumque ordinem ; Senatoriā dignitate primores Reipublicae fruebantur , veteres illi egregii Jurisperiti a Sex . Papyrio ad Modestinum usque , cuius aetate , retro collapsa jam Jurisprudentiā , obmutescere Jurisconsultorum oracu-

la

la coepere. Inter Equites numerabantur, qui, post extinctam Jurisconsultorum successionem, nudam publice docendi, ac profitendi Jus provinciam suscepere Romae, Constantinopoli, ac Beryti; Hisque adjungebantur, qui ab Andrea Alciato ad nostram usque tempestatem, ingenio, & cultu bonarum artium, interpretandi munus non sine elegantiâ, ac lepore, obierunt. Plebs denique Accursium, Bartolum, & qui eos secuti sunt, concludebat; sed hi honestiore loco habiti, neque observantia Optimatum, neque honore Magistratûs defraudati sunt, multis tamen aegre id ferentibus, qui palam jaçabant, omnem ab his Scriptoribus leporem abesce; usque adeo, ut ipsorum aliquos pudeat, Grammaticam profiteri; ⁷⁴ Baldus enim de Pomponio jocatur, quod fuerit *Grammaticus speculatorius*, ⁷⁵ ridetque se ipsum Odofredus, cum ait, *Grammaticemus aliquantulum*, & Azonem reprehendit, quod voluerit esse *Magister Grammaticae*; Sed horum privata dissentio, leviter suborta, nec multum evulgata, parum, aut nihil his Scriptoribus obfuerat. Erant tamen qui in ordinem plebejum collati, passim negligebantur, Proletarii nimirum, Congerrones, Inanilogi, Nugivendi, ac quartâ Lunâ nati, quibus foetet anima, ridiculis enutrita opinionibus, quiue superbâ ignaviâ misere occalluerunt, & suis ineptiis sunt cuicunque hominum generi incommodistici; Hi in omnium contemnum devenero, & nulla est unquam de istorum operibus habita ratio; nam, ut Graecum est dicterium, *τίς οὐδεία*

⁷⁴ *Baldus enim de Pomponio* [dus] In l. si quis stipulatus sit, *jocatur*] Utī refert Albericus D. de verb. oblig. in l. Cognitio, Gentilis in Dialogo 2., Paulus. D. de off. ej. in l. 1. D. de Just., ⁷⁵ *Ridetque se ipsum Odofre* & Jur.

χρέα τυθούσις χρουμύς? Quis usus putrefacti cepis?
 His cognitis, ad Magistratus illius anni sermonem
 convertimus: Rogamus primum, qui sint Consules.
 Respondet Atilius; Domitius Ulpianus, forte quia,
 cum de officio Consulis libros tres scripsisset, non
 impar huic muneri creditus est: Ulpiano datus col-
 lega, Aemilius Papinianus. Mirum id visum est C.
 Nautio, & inquit, cur Consul Papinianus? ⁷⁶ annon
 repugnat lex annaria, qua cautum, annum tertium
 supra quadragesimum Consulis fore legitimam aeta-
 tem? Papinianus enim in hanc venerat Rempubli-
 cam annum agens xxxvi, qui fuit suae vitae po-
 stremus; Sane, ut mea fert opinio, aetatis defectum
 a Populo in gratiam Viri egregii, & de Jurispru-
 dentia optime meriti, benigne remissum, existimo.
 Non ita se res habet, inquit Atilius; Papinianus sa-
 ne non in hoc juvenili flore e vivis discessit, ut ti-
 bi, aliisque Viris adunca quidem nasi, quales sunt
 Hotomannus, Lectius, Corasius, Myslingerus, Strau-
 chius, ⁷⁷ imposuere duae inscriptiones; e quibus hic
 spe-

⁷⁶ *Annon repugnat lex anna-
 ris, &c.*] Consularis actas erat
 annorum quadragintatuum ex
 laudata lege annaria, uti refert
 Cicero pro Muraena; & epist. lib. 7.

⁷⁷ *Imposuere duae inscriptio-
 nes*] Ex his priorem inscriptio-
 nem temporibus Sixt. Pontificis
 a rustico quodam inventam pro-
 tulit Socinus junior ad l. 102.
 D. de Condition. & Demonst.; In
 urna enim argentea, cineres Pa-
 piniani continente, haec verba
 legebantur;

AEMILII. PAPINIANI.

JVRISCONSULTI.
 ET. PRAEFACTI. PRAETORIO.
 REQVIESCUNT. HIC. OSSA.
 CVI. INFELIX. PATER.
 ET. MATER.
 SACRVM. FECERVNT.
 MORT. ANN. AET. XXXVI.
 Altera extabat Romae in Pala-
 tio Cardinalis Genuensis, quam
 Gruterus e Mazochio, & Metelli
 schedis in opere suo exhibet,
 pag. 349. n. 8. in hunc modum;
 AEMILIO. PAVLO. PAPINIANO.
 PRAEF. PRAET. IVR. CONS.
 QVI. VIX. AN. XXXVI. M. IV. D. X.

speciosus error in vulgus manavit : Verum , quod omnium istorum fugit diligentiam , ⁷⁸ Galvani reperit solertia , qui quidquid de tam angustâ Papiniani aetate circumfertur , velut supposititum , & adulterinum , viriliter explodit ; Reque exactius perpens evincitur , septuagenarium , vel certe sexagenario majorem , Illum obiisse . Tunc Nautius ; videte , inquit , quot plerumque nugae , vel testimonio probatissimorum Interpretum evulgatae , in animum sensim illabuntur , ibique altius noxias agunt radices ; gaudeo , Atili , te isthaec indicasse , ut exuerem falsam hanc opinionem . Sed ultra progrediamur ; & quoniam Consules qui sint , jam tenemus ; dic , quae-
so , quis Praeturâ fungitur ? Jacobus Cujacius , inquit Atilius ; sed quid referam , quanti hic honos invidiâ suorum hostium ipsi constiterit . Nautius vero , & nos omnes , incensi cupiditate cognoscendi haec omnia , petimus ab Atilio , ut rem hanc totam ordine suo recenseat . Ille , facilis in nostra vota , redeamus , inquit , domum , jamdiu enim absuimus , & per iter , quo magis ab incommodo relevemur , de his verba faciam , ut jubetis . Nos obtemperamus , & gressum erga teatum dirigimus ; Interea Atilius sic narrationem exorsus est . Hospites carissimi , aduersus hanc Cujacii dignitatem occultas moliri infidias ausi sunt veteres hostes sui , Duarenus , Donellus , Hotomannus , Balduinus , Bodinus , Joannes Robertus Aurelianensis ; Eorum tamen nemo ingenitem , constantemque Cujacii famam valuit infringe-re ;

HOSTILIUS. PAPINIANVS. EVGENIA. GRACILIS. TVRBATO. ORDINE. IN. SENIO. HEV. PARENT. INFELICISS.	FILIO. OPTIMO. P. M. FECERVNT. <small>⁷⁸ Galvani reperit solertia] Cap. i; Dissertationum de usu fruc.</small>
---------------------------------------------------------------------------------------------------------	----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------

re ; ⁷⁹ Insignis Vir , quanto humili natalium sorte neglectior , tanto ingenii , laborumque gloriâ supra omnium invidiam excelsior , eam sibi in Orbe toto gratiam , ac benevolentiam conciliavit , ut qui illi forte adversari tentarunt , vieti , ac spreti , cedere coacti , a certamine plus ignominiae , quam laudis sibi comparaverint : Intactum in Jurisprudentia reliquit nihil , & quae scribit , non tam ex aliis excerpta , quam a se inventa , sane fatentur omnes ; ita omnia suo loco posita , non nimis protracta , quae nauseam creant , non arcte , ac jejune tractata , quae explicationis paullo diffusioris pariunt desiderium ; Candidâ perspicuitate brevis , elegans sub amabili simplicitate , caute eruditus , quantum patitur occasio , ubique docens , ne aliquâ parte arguatur ociosus ; tam nihil habet inane , nihil inconditum , nihil curtum , nihil claudicans , nihil redundans : amoenus in Observationibus ; subtilis in Tractatibus ; uber , ac planus in Commentariis ; generosus in refellendis objectis ; accuratus in configendis Notis ; in Paratitlis brevis , ac succi plenus ; rectus , prudensque in Consultationibus . Et licet in illius contemtum obicietur , ⁸⁰ Tolosae in honorum contentionе Ipsi praelatum fuisse Stephanum Forcatulum ; mirum id nemini visum , cum foret jamdiu compertum , adeo plerumque corrumpi sive gratiâ , sive odio homi-

Cc num

⁷⁹ Insignis Vir , quanto humili natalium sorte neglectior ,] Cujus Pater ignoratur , uti scribit Guindus Panzirolus de Clar. leg. Interpr. lib. 2. cap. 90.

⁸⁰ Tolosae in honorum contentionе Ipsi praelatum fuisse Stephanum Forcatulum] Verum , ait

Massonus in vita Cujacii , malo quodam Teclosagum , Volcarumque genio accidit , ut ibi in petitione cathedrae repulsam pateretur , praelato , &c. Stephano Forcatulo Leorensi , &c. quae prima ei , & principia relinquendae Patricie , ut ingratae , causa fuit .

num judicium , ut , posthabitis melioribus , deteriora eligat , ac probet ; ⁸¹ Annon Pindarus , quem imitari , neminem posse , canit Horatius , coactus est , improbab̄ Thebanorum sententiā , cedere victus , atque inglorius Corinnae ? Sed Cujacium , hunc tantum Virum , quem ipsi hostes , nuper recensiti , et si carpebant , satis tamen nunquam mirabantur , unus prae caeteris audacior , & indomabili superbiā ferox , veneno , & aculeis armatus , impetrere , adortus est ; quem putatis ? Albericus Gentilis ; hic Cujacii famae , hic honoribus obstatore , hic excitare turbas , hic per jocos , & facetias , saepe frigidas , nonnunquam etiam stomachosas , nomen deridere ; sive domi , sive in trivio nihil habere in deliciis magis , quam in Cujacium spicula vibrare . ⁸² Quis Cujacius ? (sic enim obmurmurabat) Quis ille Lex legum , & Dominus Dominantium , Princeps Jurisconsultorum , Doctorum Phoenix , Sol , Anima Juris Civilis , Vir plane divinus ? Habeo contra illum multa in *Anticujacio* , quem librum exercitationis gratiā confeci . Nescio quid praestet hic Jurisconsultus tam egregius , ut laudes , quas ab aliis caecutientibus furatur , a me repeatat ? medius disrumpatur , velit , nolit , non est mihi major Wesembecio in Paratitlis ; ab Hoc superatur , in quo facilitas , in quo elegans , jucunda , nobilis , totaque legitima

⁸¹ *Annon Pindarus* , quem imitari , neminem posse , canit Horatius , &c.] Corinna eādem , qua Pindarus , tempestate floruit , quem ne quinques vicit , quamobrem *Tanagraei* ejus imaginem in gy-

posuerunt , ut scribit Pausanias . ⁸² *Quis Cujacius?* (sic enim obmurmurabat) &c.] Quae hic dicta contra Cujacium ab Alberico Gentili memorantur , excerpta sunt ab ejusdeni Alberici sex Dialogis , praesertim a sexto , cui titulus , *Antipater* .

tima dispositio; Cujacius vero morosus, durus, & repletione, ex aliis Aucttoribus quaeſitā, abundans, quae minus tantulo libello apta est, ac conveniens. Pluris Accūſium, & Jafonem facio, quam Cujacium in interpretatione legum Africani; nihil de ſuo no-tat; omnia quae ſcribit Iſte, docent Illi doctiui, ac plenius. Libri Observationum ſunt floſculi reliquarum omnium lucubrationum; in illis maximam partem fa-ciunt emendationes: librariam plerumque operam praefat, exſcribendo paginas e Basilicis, & aliis alia-rum artium Aucttoribus. Quamvis impetum mihi fa-ciam, non potest mihi Cujacius non videri, nunc miser, nunc humiliſ, nunc male intelligens, nunc ſaepe ridiculous. Dum iſtas ſolennes ineptias, furen-tis in morem, Gentilis effutiebat; ex omni ordine Vi-ri graves, & honesti fremere, atque maledici homi-nis insolentiam execrari; Ajunt, audaciam poenis contundi debere, Cujacio ſatisfieri, Reipublicae pro-spici. Cujacius vero deridens imbelles conatus Gen-tilis, Amicos ſuadebat, ut homines hujus farinae, qui, cum pudoris egeant, non ſumunt mutuum, ſi-nerent in insania, & furore ſuo ad naufeam ſpectan-tium, ſive audientium bacchari: Viros doctos, ac con-summatos injurias, ab alieno livore tarpiter conflatas, curare nihil; non deeffe in numero Literatorum, qui-bus haec generoſius pati, fuerat neceſſe, quod ſibi tam lectione veterum, quam aliorum ſermone planiſſi-me compertum eſſe, memorabat. §3 Athenis Demo-

C c 2 the-

83 Athenis Demosthenes exagitatus est, ut putidus] Cicero ad M. Brutum in libello, inscripto Orator, haec habet; Quoniam igitur modo Mylus, aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur, ut putidus?

Isthenes exagitatus est, ut putidus; ⁸⁴ Caligula Virgilium damnavit, eundemque divinum Vatem Jo: Andreas Lascaris epigrammate proscidit; ⁸⁵ Palaemon Grammaticus M. Varro nem Porcum appellavit; ⁸⁶ Aristotelem Petrus Ramus, ⁸⁷ Platonem Georgius Trapezuntius indignis plane modis exceperunt; ⁸⁸ Gaspar Scipio pius Phaedrum Thracismi, ⁸⁹ & ipsum, Romanae eloquentiae patrem, Ciceronem Barbarissini postulavit; ⁹⁰ Livio Patavinitas objecta est ab Afinio. Et, ut haec omnia firmaret Cujacius, ⁹¹ Graecos illos versus recitabat

A^λκμων

⁸⁴ Caligula Virgilium *dammavit*, eundemque divinum Vatem [Jo: Andreas Lascaris, &c.] Vidend.

⁸⁵ Palaemon Grammaticus M. Varro nem Porcum appellavit] Et illud praeterea ja^ctahat, *natas minirum secum literas, & secum morituras*. Sueton. de Clar. Gramm. n. 22. & Quint. lib. 1. cap. 4.

⁸⁶ Aristotelem Petrus Ramus] Patet ex ejus operibus, quae ab anno aetatis suae trigesimo coepit contra Aristotelem effingere, ut ex Scalig. 1.

⁸⁷ Platonem Georgius Trapezuntius] Paul. Jovius in Elog. de Trapezuntio haec habet; *Uisque adeo superbè aure fuit, ut ne divini quidem Platonis ingenium laudari, pateretur; cuius etiam dogmata, & mores peracerbe, ac insenserter, edito famoso volumine, laceraret.*

⁸⁸ Gaspar Scipio pius Phaedrum Thracismi] Is non solum praestantissimos aetatis suae Virōs, Scaligeros, Lipsum, Thuanum, Possevinum, Vollium, Stradam, Casaubonum, Mornaeum carpe re studuit, sed cum Phaedro veteres alios plerosque.

⁸⁹ Et ipsum, Romanae eloquentiae patrem, Ciceronem Barbarissini, &c.] Non immerito Scipio pius propter has invidas calumnias *Canis Grammaticus* appellatus est.

⁹⁰ Livio Patavinitas objecta est ab Afinio] Lud. Vives de trad. Discipl. ait; *Livii Patavinitatem, quam gustabat Pollio Afinius, nos non gustamus; scilicet non habemus jam palatum usque adeo eruditum, aut certe morosum.*

⁹¹ Graecos illos versus recitabat] Quos exscribit in suis adagiis Paullus Manutius.

Αὐτοις μέγιστος και φοβεῖται της ψόφης

Και νους οχερων πάσιν ελαχιστην βίην.

Strepitum, ac tumultum maxima incus haud timet,

Constans nec animus quamlibet violentiam.

His dictis, quamvis ex Amicis multos in sua vota Cujacius traheret, minime tamen effecerat, quin Claudius Mareschallus, Senator olim Parisiensis, & Papirius Massonus, Cujacii gloriae studiosissimi, contra Albericum Gentilem viriliter non assurgerent. Curiosi inquirunt, qui sit, qua gente ortus, quibus studiis exercitatus homo truculentus, ac seditionis, & audacter inverecundus. Habebat Gentilis non paucos in hac Republica favoritos, Rainaldum, Nonium, Oddonem Eugenium Lancelotum, Cantuccium, Galiffum, Severum, sive quia olim hos coluit Praeceptores, sive quia fuisus commendavit in oratione suâ de laudibus Academiae Perusinae; ex Anglis non defuere, qui pro eo starent, apud quos vivens summum nectus fuerat patrocinium, quando ad eam regionem paterno jussu se contulit. Quamobrem Mareschallus, & Massonus de rebus hisce facti certiores, declinarunt horum judicium, dederuntque Amicis negocium, ut reperirent, qui de Alberico Gentili omnia, quae sciret, candide, & bona fide referret. Interim Juvenis quidam, obscurae famae, sed severioris studii tenax, & Cujacii amantissimus, cui nihil de Gentili erat incognitum, sive quia in eadem, in qua is, patriâ natus, siue aliâ quâvis de causâ, cupidus satisfaciendi desiderio Mareschalli, & Massoni, eos adit, salutat; Et per me, inquit, Viri clarissimi, tenebitis, qui sit Albericus Gentilis. Mareschallus, & Massonus laeti vultu, & in plausum effusi, utpote voti compotes, grates agunt;

agunt ; in amplexus , & oscula Juvenis irruunt ; hortantur , ut libere omnia exponat , spondent prae-
mia , quaecunque velit , omnemque ipsorum , & Cu-
jacii gratiam , ac benevolentiam . Albericus Gentilis ,
(Juvenis incepit) Anconae natus , audax supra vires ,
ac aetatem , inter alia , Dialogos , trigesimum annum
agens , conscripsit ; Alciatum , Cujacium , Donellum ,
Hotomannum , & hujus notae alios , proh Superum
fides ! quos homines , immo verius , quae Jurispru-
dentiae ornamenta , acriter , & instar insipientis , per-
stringit , mordet , dilaniat : Totus est in laudandis
antiquis Glossatoribus ; in his suae deliciae , suus
amor , sapientia sua ; Hos recentioribus Interpretibus ,
Viris , mirâ eruditione pollutibus , impudenter ante-
ponit ; quot somnia fingit , quas sectatur inanias , ut
solemniter , & cum plausu ridiculum se praebat : &
tamen insolens est , ac tumet , ⁹² & uti est in Grae-
corum adagio , Μέγα φρονεῖ μᾶλλον ἢ Γράλες εἰ τῇ
μαχαιρᾷ ; magis sibi placet , quam Pelcus in machaera .
⁹³ Sunt , qui sentiunt , Albericum haec non serio scri-
psisse ; cum ipse calluerit , quae improbabat . Lepida
res hercle , & digna pleniore cachinno ; nugas hi
tentant persuadere , & nobis palpum obtrudere ; non
placet , non credo ; Illud verum est , illud certissi-
mum , familiarem Alberici genium , invidiam fuisse ,
hac perdite teneri , & , hujus stimulis actum , hoc per-
tractandum suscepisse argumentum . In his dialogis ,
ubi

⁹² Et uti est in Graecorum adagio] Quod colligitur ab Ana- existimat Christianus Godofr. Hoff-
creonte , ac Pindaro . mannus in praefatione , praefixa
collectioni operum Guid. Panzi-

⁹³ Sunt , qui sentiunt , Albericum haec non serio scripsisse , &c. } Utibentium , Lipsiae ann. 1721 editae.

ubi formandum sibi Jurisconsultum instituit , ambi-
gitur , utrum impedimenta promoteat , an expellat .
Videte quaeſo , quid hoc ſuavis iſaniae ſit ! ⁹⁴ Le-
ctio , inquit , Eruditorum nocet , demus ergo nos an-
tiquis Glossatoribus . Linguae cultus latinae laborio-
ſum eſt Grammaticorum negocium , nobis mora pror-
fus inutilis ; nihil enim intereſt , etſi barbare loqua-
mur . Graeca locutio omnino praeter JConsulti mu-
nus . Dialectica officit . Historiae proſunt parum . Cri-
tice ars ſutilis labor . Sana , ac ſolida profecto pree-
cepta ! ubi invenias meliora ? colat iſthaec juventus ;
habebimus brevi Jurisconsultos , omni aevo memo-
randos . Moneat Albericus , quid reſtat , quando haec
auferet ? O novus , & magnus Jurisprudentiae Re-
formator ! bona fide dicat , num anno trigesimo , in
ipſo adolescentiae flore , antiquos omnes evolverat
Interpretes ? Si ait , veriſimilia narrat nequaquam , fi-
dem praefto nullam , etſi conceptis juret verbis . Sin
vero negat , quo pacto , quos ne noverat quidem ,
laudat , extollitque ? Porro dum recentes comparat
Eruditos antiquis cum Interpretibus , doceat , an diu ,
multumque Eruditorum opera , ut par erat , diligenter , &
accūrate triverat ? ⁹⁵ Respondebit , ut ſcribit ,
octodecim menses , per id tempus , quod a docendi
munere ſuperfuit , quodque fuit minimum ob publi-
cas , privatasque lectiones tam componendas , quam
recitandas , his recentioribus vacaffe , praefertim Cu-
jacio ; laudo fatuam felicitatem hujus praecocis in-
genii ; quam miſerae , angustaeque temporis reliquiae
tan-

⁹⁴ Lectio , inquit , Eruditorum
nocet] Hos , & qui inde sequun-
datur , ſensus Gentilis ſufe aperit in

⁹⁵ Respondebit , ut ſcribit , octo-
decim menses] In Dialogo ulti-
mo , inscripto , Antipater .
ſuis ſex Dialogis .

tanto operi dicatae ! Miror , quod octodecim mensium horae subsecivae tam grande peperere miraculum , ut ea omnia calleret Albericus , quae tot vastis Eruditorum continentur voluminibus . Quid si addam , eo illum fuisse furore abruptum , ut pugnatio praedicet ? Animum advertite , an meum sit , nungari : ⁹⁶ Refert , adiisse tractatum Cujacii ad Africanum , atque ita offensum suisle ipso scriptionis exordio , ut praeter ea , quae vestibulum ante ipsum se se obtulerunt , legerit profecto nihil : Clamat postea , nihil de suo Cujacium notare ; Accursium , & Jasōnem , aliosque docere haec omnia doctius , ac plenius . Rudi minervā praeditus sum , quomodo ista , inter se dissita , ac contraria , cohaereant , non intelligo . Non totum legerat opus , & quid in eo concludatur , sciebat , videbatque ab aliis & doctius , & plenius tractari ? Vel nos haec arcana non intelligimus , vel Albericus incomparabilis est sycophanta . Finierat Juvenis : Mareschallus , ac Massonus iterum gratias reddunt maximas , ac uberrimas ; & , prae quodam animi impetu , exclamant , magne Cujaci , sume superbiam , quae sitam meritis , usque tu posterā cresces laude recens , & vietiis hostibus , immortali gloriā , ac famā triumphabis . Tum rectā pergunt ad Socios , ad Collegas , ad Amicos ; referunt , quae de Alberico accepterant ; rident adversarium futilem , ac inanem ; statuuntque , hominem , dignum helleboro , non publice odiis proscindere , non ad Magistratum deferre , sed spernere , ac suaviter deludere . Ita res agitur ; si quis Illum videret , audiret , statim ad haec dieteria excurrere ; O egregius rerum absurdarum magister , O pe-

⁹⁶ Refert , adiisse tractatum Cujacii ad Africanum] Eodem nu-

O peritissimus artifex ineptiarum! Quid miselli hominis Cujacium impetit! Quam exiguum animal tam magnanimo insidiatur Leoni! Cujacius is est, si nec sit, qui vivens, vidensque ⁹⁷ nullo alio nuncupabatur nomine, quam hoc gloriosissimo, *Jurisconsultus*; tantâ ubique exceptus reverentiâ, ut in publicis Germaniae gymnasiis, ⁹⁸ si quis Cujacium nominaret, statim omnes, honoris causâ, caput aperirent, ac pileum deponerent. Faciat se huic parem Albericus; faciat hoc sc̄ majorem; mediam Illi capitis veniam contundemus; ita plausum, quem meret, dabis; ita, qui sit, apertissimo, & solenni testimonio ostendemus. His vocibus Albericus Gentilis territus, ac pene enectus, si minus de sua sententia dimoveri, visus est; a maledictis tamen tam publice, quam privatum abstinuit, nec amplius animos impudenter sustulit, timens, ne maiores in se excitaret tumultus. Ex eo coeperunt omnes de Cujacio vel nihil, vel magnifice loqui; caeterique aemuli, alieno periculo facti cautiores, potius cum eo gratiam inire, quam ulterius fovere simulates, studuere. Hac de causa jam Ille Praeturâ, quam tantâ contentione est consecutus, placide nunc, ac prudenter fungitur; redditurque ea ipsi gravior, utpote non sine labore, ac gloriâ feliciter comparata.

Hoc sermone, qui iter maxime levavit, domum pervenimus. Ita ferme quamplures dies transgeminus, sive domi inter amicos multis de-

Dd re-

⁹⁷ Nullo alio nuncupabatur statim omnes, honoris causâ, &c.]
nomine, quam hoc gloriosissima, Stephanus Pasquier, Perquisitio-
Jurisconsultus] Ut passim, qui num lib. 7. cap. 8., & lib. 9. cap.
de Cujacio scribunt. 29.

⁹⁸ Si quis Cujacium nominaret,

rebus non illepidē disputando , sive per Urbem non insuaviter deambulando ; & nunc varios Jurisconsultos , seu veteres , seu recentes de facie cognoscemus ; nunc alios , atque alios Magistratus , ipsorumque observabamus curam , & institutum . Tandem diu immoramur in Censoribus , quos , ritu Majorum , nuperrime creatos accepimus . Sub vespere cum Atilio sedebamus ante domū Viridarium , eundemque rogamus , doceret , eā in regione ⁹⁹ quinquennalisne foret Censura , an annua ac semestris ex lege Aemilia³ Relatum vero ab illo fuit , in hoc servari antiquum morem , ne prisci aevi religio violaretur , & quinto quoque anno hūic locum fieri Magistratui ; Quanquam plerisque , ingenii paullo severioris , non displicere , & viriliter quandoque eos tentasse , ut menstrua essent , eā opinione ductos , & fortasse veriore , quod singulis diebus in re Civili materies adoleceret , quae gravem , ac recentem novi Magistratū desideraret censionem . Illud vero novimus , non esse ex veteri instituto , ¹ quod gemini , qui creati fuerant , Censores , non ex Patribus ambo , ut antea obtinebat , sed alter patricius delectus , plebejus alter : Id tamen non ex libidine invaluit , verum necessitas expressit ; nam Patriciis plebis mores , ac studia , aut omnino obscura , aut digna erant , quae a Viris honestissimis de industria negligerentur ; pudebat enim egregios Jurisconsultos , ineptis , ac exosis Scriptoribus vacare , & operam suam in futili ministerio ignaviter perdere ; quadere , ne suus deesset ordinis

⁹⁹ Quinquennalisne foret Censura , an annua ac semestris , &c.] Initio Censura Patriciorum ambo ,] tantum erat Magistratus , Liv. lib. Livius lib. 4. cap. 24. & 9. cap. 33. 27. Anno tamen Urbis CDII. plebeis etiam patuit ; Plut. in Cat. r. Quod gemini , qui creati fuerant , Censores , non ex Patribus Cens.

dini infimo castigator, Unū plebejorum, qui caeteros acri judicio antecelleret, Censura demandabatur. Ex Patriciis collatum hoc munus in M. Porcium Catonem; quod visum multis salutare, conjectantibus, fore, ut homini, de bene acta alias Censurā optime merito, res nonnisi prospere succederet. Sed sua non defuit leviter serpens invidia, quam Josephus Scaliger, nescio qua occasione, huc adiectus, nisi forte ut Cujacum, amantissimum olim Praeceptorem suum salutaret, excitaverat, ² eo, in gratiam Catonis, vulgato rumore, quod praestaret, amisisse totum Jus Civile, ut hodie haberetur sine integris Auctoribus, quam Catonem: laus profecto grandis, quae, ut solet, odio proxima est. M. Antonius Muretus, qui post infeliciorem aetatem primus Romae, elegantia tradendi Juris, famam Interpretis optimi sibi conciliavit, (³ licet nescio cui aut nullus, aut obscurus admodum videatur Juris consultus, ut non ineptus orator, vel scriptor epistolarum,) hanc Rempublicam per id temporis colebat, is animos, invidiā Catonis reluctantēs, lenibat, & praeferit Amicos in haec verba alloquebatur. Nihil est, quod judicium Scaligeri tam graviter mormini, hominem esse palati hujuscemodi, ut prae fuliginoso, corrosoque fragmento, quod oleat antiquitatem, statim alia stomachetur omnia, illud perdite studeat, ac pereat, volvat, amplectatur, deosculetur; ⁴ Ipse non semel illi palpum obtrusi, nunc

D d 2 sup-

² Eo, in gratiam Catonis, vul- [Jurisconsultus, &c.] Alberico Gen-
gato rumore, quod praestaret, &c.] tili in suis Dialogis.
Patet ex Scaliger. i.

³ Licet nescio cui aut nullus, aut obscurus admodum videatur [obtrusi] Josephus Scaliger, cui Muretus imposuit, hoc illi acre distichon,

supposito vetusti Comici loco , nunc imposturâ versus , sub Pacuvii nomine conficti ; quibus postea fraudibus retectis , pudore suffectus Scaliger , atque animi impotens , contra me ad contumelias ivit , ulciscendi cupidus risum , & cachinnum , quo me pinguius alti , & ad lumborum impatientiam satiatus sum . Haec Muretus . De Censore plebejo creando non levis fuit concertatio ; dignus videbatur , cui honos deferretur , Irnerius , princeps in interpretando Jure , quique ad scribendum in re Civili manus admoverat , nullo praeente .⁵ Sed adversarium natus est Peponem , qui palmam primi Interpretis sibi deferendam , obmurmurabat , & injuriâ vulgi factum , ut restaurator legum Irnerius haberetur . Sed non inde fluxit Irnerii repulsa ; duo potissimum erant , quibus difficilis ei ad Censuram patuit aditus ; Alterum , quod notas breves , quas unicuique legum , accurate alioquin , appinxit ,⁶ glossas appellaverat , eoegeratque posteros eodem prorsus uti vocabulo , & illius sequi errorem , cum glossae non interpretationes sint , sed voces ipsae obscurae , interpretis operâ , & industriâ egentes ; Alterum deinde ,⁷ quod ex duabus Novellarum Graecarum versionibus , nitidam , elegantiorē que , uti spuriam , rejecerat , et retentā , quae corrupti sermonis faecem olet putidissimam . Parum absuit , quin Joannes Imola Cen-

chon , se ulciscendi causâ , reposuit .⁸ dissentibus parum gratus extitit .

Qui rigidæ flammæ evaserat Guid. Panzir. lib. 2. cap. 13. de
ante Tolosæ Clar. leg. Interp.

Muretus , fumos vendidit ille 6 *Glossas appellaverat] Vid.*
mibi . Quintilian. lib. 1. cap. 1.

Sed adversarium natus est 7 *Quod ex duabus Novellarum*
Peponem] Pepo ante Irnerium eam- *Graecarū versionibus , nitidam , &c.]*
dem provinciam suscepit , sed Holoander in epist. ante Novellas.

Censor designaretur; ⁸ Viri diligentia non erat utique obscura, ac neminem latebat, quantum in addiscendâ Civili prudentiâ impendisset laboris, is, qui post nocturnas in longum duratas vigilias in ipsa diei luce vel inter edendum, ac sustentandas cibo vires, sese a legendo minime abstinuit. ⁹ Sed Bartolus, qui obliquis illum oculis spectabat, non immemor sui ab eo laesit nominis, tot gravissimis, quas concessit Joannes in sua scripta, animadversionibus; metuensque, ne quid pejoris exempli immineret sibi, si quem semel expertus est hostem, suâ sponte factum, postea Censorem ex instituto ferre debuisset, sparserat in vulgus, Joannem hunc, eo esse a natura comparatum spiritu exili, ac imbelli, ut non semel acciderit, quod ad respondendum in Jure quae situs, factâ veluti extemplo suorum studiorum jaeturâ, in morem multa meditantium, nil que postea vultu, aut voce redditum, obmutesceret; Porro illum melius aptum ad colendos domesticos recessus, commemorabat; ¹⁰ nam, quos amiserat, commentarios, fatali ejus tabernae librariae incendio, quosque magnâ ex parte vivens conatus est reparare, animo secum revolvebat, ad umbilicum perducere. Ventum est denique ad Martinum

Fa-

⁸ Viri diligentia non erat utique obscura,] Interrogatus Jo: Imola (ut resert Panzirol.de Clar. leg. Interp.lib.1. cap. 88.) a Francisco Murcia; An multum in discendo laboraret? respondit; Se nocturnis vigiliis, matutinisque studiis non contentum, etiam statim post sumptum cibum, ac plerumque in ipso prandio, posthabitâ sa-

lutis curâ, Jurium lectioni vacasse. ⁹ Sed Bartolus, qui obliquis illum oculis spectabat,] Vid. id. Panzirol. eodem nuper laudato loco.

¹⁰ Nam, quos amiserat, commentarios, fatali ejus tabernae librariae incendio,&c.] Imol.in ult. ante n. 10. D. de hered. instituend.

Fani fortunae , qui non indignus magistratu creditus , eoque honore tandem , ne res in longum traheretur , donatus est ; Indolem in homine conspi- cati sunt , neque ad reiiciendas res alienas invidam , neque ad probandas inconsulto , facilem ; duo , qui- bus literae premuntur , vitia , quae & crescunt quotidianie , & cogimur tolerare ; Conjecturam inde di- ligentiae , & acris judicii faciebant a duobus , quos effinxit , libellis , ⁱⁱ de recte instituendis studiis , quos licet fati vis eripuerit , ea , quae in his habebat Auctor , non omnino erant usque adhuc obscura ; monebat , operam illi dandam Praeceptor , qui , quae usu rece- pta sunt , doctisque viris probata , curet docenda ; libens auditores , de dubia re quaerentes , excipiat , patiatur contradici , solidaque dicendi vi satisfa- ciat postulationibus , qui que fidus interpres veritati unice det se inquirendae , non inanibus cavillatio- nibus , quibus adolescentium animus irretitur , ne- que ambitioso ornatui , quo , velut meretricio fuco , tenera ingenia effoeminentur : Optima sane institu- tio , quae & desiderabitur semper , & raro invenie- tur . Postquam haec narraverat Atilius ; quoniam nox impendebat , coenatum pergimus , & in crastini- num sermonis progressum de Censoribus differimus .

Postera vero ubi illuxit dies , placuit , domi nos continere , & ad captandas matutinas auras in Xy- sto consedimus , coeptamque narrationem prosegu- tur Atilius in hunc modum . In eo primum , ca- ri Hospites , sita Censorum cura fuit , ut Sena- tūs Principem , de more , constituerent ; hac ho- noris significatione Servium Sulpitium affecerunt ; in quo

ⁱⁱ De recte instituendis stu- | stor. , & ibidem in §. quibus ; ubi diis ,] Alber. in proemio Dige- | Fulgosius.

quo non latuit animi Catonis magnitudo , ¹² qui , licet olim in petitione Consulatus Sulpitio postpositus , forte quia prendere , aut compellare quemquam , fuerat pro more deditus ; jus virtutis praeferens vindictae , aemulum dignitate , cui par erat , noluit defraudatum . Verum enim vero , ut est plerumque humani ingenii vitium , optima quaeque in deteriorem partem trahendi , non defuere , qui delatum hoc Sulpitio decus vulgarunt in solarium moeroris , quo maxime de Postumia uxore sua tenebatur , ¹³ quam , rumor fuerat , a Cajo Caesare adulterio pollutam : Alii opinabantur , Censores in Sulpitium inclinasse , ut ei principatus cederet praemio laborum , quos Auctor doctissimus ita accurate impenderat in libros Censorios , ut suā non contentus , M. Varronis operā usus esset , quem rogavit , ut rescriberet , quid notaret quoddam verbum , quod in hisce libris arcanae cujusdam significationis invenerat ; Sed neque haec conjectura convenit ; res est profecto altius repetenda , ut palam fiat , quo patre Sulpitium Senatus Principem placuit constituerre ; quod ego vobis libenter aperiam . Hoc honoris genus iis deferri , mos fuit , qui auctoritatem , & gloriam maximis in hanc Rempublicam meritis forent consecuti ; hujus notae videbatur Sulpitius , is erat , qui paucis abhinc annis , tumultu per Laurentium Vallam excitato , a P. Mutio Scaevola , ¹⁴ captatis inter nocturna silentia auspiciis , Dictator renun-

¹² Qui , licet olim in petitione Consulatus Sulpitio postpositus , &c.] Caesare adulterio pollutam :] Idem

Vidend. Ber. Rutilius in vit. Ju- loco superius laudato §. 13.

risc. cap. 33. §. 7.

¹³ Quam , rumor fuerat , a C.

¹⁴ Captatis inter nocturna si- lentia auspiciis ,] Livius libro octavo.

nunciatus ; cui mandatum , curaret in re trepidâ , ne quid detrimenti caperet Respublica : Ille , re bene gestâ , pacem restituit , & maximum sibi nomen comparavit . Verum , res uti acta est , referam bonâ fide . Laurentius Valla , quem optimum Grammaticum plerique , alii neque mediocrem , omnes vero plus aequo confidentiorem faciunt non immerito , ad hanc Rempublicam appulit , quo animo , iis obscurum non est , qui illum probe norunt , cupidum in unaquaque facultate miscendi sese , & , quacunque daretur viâ , omnia subvertendi ; ¹⁵ In Dialectica , caeterisque Philosophiae partibus boni molitus est nihil ; ¹⁶ in Theologicis , teste Pontano , usque ad impietatem audax ; Restabat Jurisprudentia , huic turbandae sibi negocium dedit ; ¹⁷ adduxerat secum libellum Elegantiarum , in quibus habet multa contra Jurisconsultos , & factus in re non suâ impudens moderator , ac arbiter , ubique locorum ore palam serebat , quae scripto olim in medium attulerat , & Virorum illustrium egregiam famam carpebat inverecundus circulator ; immemor , quod sibi parat malum , qui alteri parat , ¹⁸ ut monemur illo versiculo ,

Oīτ'

¹⁵ In Dialectica , caeterisque Philosophiae partibus boni molitus est nihil ;] Ludovicus Vives de causis corrupt. Art. lib. 3. ita scribit ; Laurentius Valla aggressus est concinnationem facere Dialecticam , in quo dissentit ab Aristotele , & Peripateticis veteribus , ac novis . Monet inquitdam neutiquam prave , et si ea sint perpaucā ; in plurisque labitur , ut sit vir ille vehemens , & ad faciendum iudicium praecipitatus . Non solum in

Dialectica falsus est , sed in Philosophia , nam banc quoque attinet , &c.

¹⁶ In Theologicis , teste Pontano , usque ad impietatem audax ;] Lib. 2. de Sermone , cap. 18.

¹⁷ Adduxerat secum libellum Elegantiarum , in quibus , &c.] Valla xxix capitibus lib. 6. Eleg. exagitat Jurisconsultos .

¹⁸ Ut monemur illo versiculo ,] Qui ab Aristotele citatur Rhet. 3. titulo Democriti Chii .

Οἰτ' αὐτῷ κακὰ πεύχεται δηνός ἀλλω κακὰ πεύχων,
Ipse sibi mala cudit quisque, alii mala cudens.

Quoniam vero nihil eo apud homines antiquius, quam impensis iis favere, qui alienae famae, ac auctoritati detrahunt, statim conciliavit Valla sibi se-
statores, formavitque novos Collegas in suos mo-
res; Et jam per suos excusores, & emissarios quoti-
die plarima in Jurisconsultos veteres, quos constu-
pratae Grammaticae audacter accusabat, in publicum
manabant. Illatam a Valla, ejusque favitoribus inju-
riam graviter, & indigne ferebant non tam ipsi Ju-
risconsulti, qui contemtu, & risu majestatem suam
sine irâ, ac molestiâ tuebantur, quam Viri pleri-
que, res aequâ lance pendentes, ¹⁹ quorum nume-
rum augebant Servius, Donatus, Priscianus, cele-
bres Grammatici, ipsi etiam Macrobius, Agellius,
Nonius, Asconius, eruditi Scriptores, pessime a Val-
la, impudenterque lacerati, ac proscissi, qui in hac
regione versabantur, forte, quia ipsorum aliqui, de
re civili optime meriti, huc, Sociis comitantibus, be-
nigne excepti, advenerant; & eâ potissimum de cau-
sâ querebantur, ²⁰ quod, cum elegantiora quaeque
ab ipsis Valla didicerit, accepti proditor beneficij,
quos, Praeceptorum loco, prosequi obsequio, ac re-
verentiâ debuerat, hos non secus ac inimicos tru-
cidare crudeliter, tentaverat. ²¹ Holoander olim scri-
pserat; Laurentii Vallae criminationibus, caetero-

E e rum-

¹⁹ Quorum numerum augebant que ab ipsis, &c.] Patet ex o-
Serius, Donatus, &c.] Vid. De- peribus Grammat. Vallae.
fensor Veter. Juriscons. adversus Laurent. Vall. reprehensiones in ²¹ Holoander olim scripserat;
principio. &c.] In Dedicatoria ante Pan-
dectas.

²⁰ Quod, cum elegantiora quae-

rumque calumniis, quibus tam Jureconsultos veteres, quam ipsum Justinianum conviciis impetunt, alio tempore, cum plus ocii naestus ero, & firmiore valetudine fuero, respondere conabor; quia vero vivens huic in Vallam odio non plene indulserat, adjutus in hac Republica Amicorum operâ, vulgarbat, ut multitudinis furorem in eundem excitaret, eo audaciam hominis devenisse, ²² ut vel M. Varro, Romanorum omnium eruditissimum, ac doctissimum, exagitare ausus fuerit. Fregerat otium pacatae Reipublicae isthaec non levis orta controvèrsia; cooperatque crudescere in dies seditio, quam graviorem effecit jocosa, & ridicula res, quae Vallam, ejusque Collegas ludibrio plebeculae minutae exposuit. Accipite, si lubet, lepidam narrationem, quam non duco, silentio praetereundam.

Forte fortuna, amoenissimo post aliquot pluvios exerto die, Valla, seu ea fuerat consuetudo, sive relaxandi animi gratia, pedem domo extulerat; cingebant latus complures; Ipse princeps in medio, subridens ²³ cum Francisco Florido Sabino loquebatur, reliquis verba, & nutus utriusque attentâ curiositate colligentibus: Devenerant ad praedium, hercle, non inelegans, ubi sub vite, juvenilibus foliis per aetatem primam crescente, in circi formam confederant; Franciscus Floridus, Vir, plus aequo amarulentus, ²⁴ qui etiam Zafium, & Budaeum la-

²² Ut vel M. Varro, Romanorum omnium &c.] Id. vid. Defensor De Verb. Significatione.

Veter. Juris. loco superius laudato.

²³ Cum Francisco Florido Sabino &c.] Is pro Laurentio Val- da scripsit contra Andream Alciati. ²⁴ Qui etiam Zafium, & Budaeum la- cessiverat] Ut scribebat Claudio Minio in Vita Andreæ

laceſſiverat , certiorem faciebat Vallam , avide auſcultantem , de iis , ²⁵ quae ipſe in Andream Alciatum , ipſius Vallae gratiā , congefferat ; & oratione vi- nulā , ac venustulā oſtendebat , frigide , ac iuſſile Ju- riſconsultorum cauſſam Alciatum egiſſe ; ſuccum , ac nervos in eo deficere ; lepore hac in re , ut ſaepe etiam alibi , & quandoque in Emblematum opere , caetero- quin non indocto , carere ; res potius attigiffe leviter , quam exacte , ac diligenter : Addebat , ipſum Alcia- ti conatus fregiſſe , nec ſegniter Vallam a maledictis , quibus fuerat impetus , vindicaffe ; uſum fuiſſe in ſcri- bendo non ſolum rationum pondere , quas Veterum testimonio confirmaverat , ſed ſalibus , & aculeatis facetiis , ut Adversarius cederet viſtus , & taceret deluſus . Videres hic , Vallam hilari fronte gratum sermonem excipere ; identidem rogare , & expofcere , quomodo res proceſſerit , quid de hoc homines ſen- tirent , quo pacto Alciatus ſibi conſuleret . Interea temporis , e ſtabulo proximo egreditur tacite Aſinus , bene auritus , cui facies enormous , & os prolixum , & nares hiantes , & labiae pendulae , & oculi excavati , ac negligentes , & totus corporis habitus plane aſi- niſſimus ; Ille ignaviter , & in morem nihil agentis , aut potius neſcientis quid agat , hac , illac carpens herbas ſe ferebat , ut ventri obediret , cui ſponte prona ſunt muta animantia , & tardo , ſuſpenſoque gradu ad Vallam , velut improuide , accessit , atque a tergo locatus , explens ipſe etiam coronam , & nu- merum auditorum , humeros inflati Iudimagistri cu- ſtodiebat ; tum lente , ac paulatim caput ſuum ad aures Vallae , aliò flectentis mentem , & nihil tale

E e 2 me-

²⁵ Quac ipſe in Andream Al- dicentiā , qua erat praeditus , ciatum , &c.] Intolerabili male- ut idem testatur Claudio Minos.

meditantis admovit; arreptaque occasione, ubi magis servebat gloriosus sermo, insperato erectis sursum auriculis, dilatata oris caverna, corrugatis naso, & labiis, expansis fumigantibus naribus, & foras protracto utroque dentium ordine, omni, quo poterat, conatu ad laterum lassitudinem coepit horrendum in modum iterum, atque iterum rudere. Hoc repentino, & pudendo sonitu Valla cum Sociis exterritus, voci emittendae impar, deruncinatus, deartuatus, nec idoneus, qui e confessu surgeret, utroque labante genu, pene diffractas, ac laceratas aures suas, geminâ appositâ manu, fanare, miser tentavit; & spectans lugentibus, ac obliquis oculis Asinum, Hunc, miraculo metum incutiente, conversum vidit in L. Apulejum Madaurensem, qui induerat asininam formam, sibi non insuetam, & deposuerat, vi magicae artis, ab ancillula Fotide a se amatâ, quondam acceptae. Tunc Apulejus, recepto paullum spiritu ab effuso risu, & cachinnis, quibus illi intermissio animae inducta est, inquit, quid times, aut quid doles, Valla, Calumniator egregie, volui in tui gratiam rudere, ratus, nihil fore tibi jucundius; is enim sum,²⁶ qui, te auctore venerando, ac maximo, nonnisi rudere scio. Non infaceta L. Apulei fallacia, nec immemoritus Vallae despectus extemplo in vulgus manavit; aucta subinde est animorum diffentio, sed disparate fortunâ; coepit Valla cum Collegis partes suas tueri (qualis mos victae gentis est) irâ, contumeliis, & furore; qui contra stabant, non serio, sed per jocum, & lusum (pejus, & acerbius insectandi

ge-

²⁶ Qui, te auctore venerando, Tale est Judicium Vallae de Amico maximo, nonnisi rudere scio. Apulejo in suis Elegantiis.

JURISCONSULTORUM. 221

genus) adversarios repellebant; & nescio quis hos versiculos, ex ipsa re lepide natos, in medium protulit;

Valla, quid est? etiam tecum pugnabit Afellus?
 O lux doctrinae, cerne, quid hostis habes!
Ne doleas: Ni ridiculus videaris ubique,
 Hostem non ferres ridiculum hoc animal.
Ecce pari, ut jus est, hosti par traditur hostis;
 Ne posses de aliqua vique, metuque queri.
Unam est discrimen; paribus non pugna fit armis;
 Tu pugnas calamo, vocis at Ille sono.
Mirum! tu certe melioribus uteris armis,
 Ut sorte tamen non meliore potes.
Vox vincit, cedit calamus; si rudit Afellus,
 Ipse times; si audes scribere, nemo timet.
Aut stupida est, reddaque carens vittoria lance;
 Aut stupida ambitio, Valla superbe, tua est.
Scribe minus, si vis minus Illum rudere; ni tu
 Te flectas, multo flectitur Ille minus:
Durius Huic corium est, nolis si cedere, nolet
 Cedere Et Ille, loco qui potiore manet.
Immo alios Afinos contra te coget in unum.
 Tuque ad tot reputas bella afinina parem?
Effuse rudent, nunc hic, nunc alter in orbem;
 Postremo incipiet deficiente prior.
Quid facies? clausas aures vel semper habebis;
 Vel debes semper substituisse novas;
Primum difficile est; miraclo proorsus egebis,
 Confilio si uti posteriore velis.
Nec Tu tot cum afinis pacem, si poscis, inibis.
 Unus si concors, nescio, an alter erit.
Cum multis certatur; in unum flectere cunctos
 Propositum, res est ardua, credere vibi.

Quare,

Quare, si sapias, meliores indue sensus:

Nonne vides, quo nunc praecipitanter eas?

Plura time, & pejora; licet pejora timere,

Pessima qui expertus jam fuit ante, nequit.

Haec contra Vallam , nec sine suo pene infinito cruciatu , per jocum palam acta . Nescio quis alius tamen , ²⁷ forte Jacobus Cappellus , Nicolai Vallae gener , Vir in humanis literis , & studio legum politissimus (ut non inanis conjectura est Caroli Andreae Dukeri) clam , & per Amicos , silentio obstrictos , fecerat , ut libellus , a se pro Jurisconsultis in Vallam lepide conscriptus , in manus multorum concederet ; Ipse interea ignotus spectator gaudio afficiebatur , cum Vallam operâ suâ vexari majore nisu , & illius audaciam acrius retundi , cognosceret ; Erat profecto hic libellus , hercule venustulus ; oratio flosculis sparsa ; Auctor quandoque fervide amarulentus , saepe cum risu suavis , non raro docte disertus , semper varietate suâ jucundus , & ni tuendarum partium nimio studio , ac disputationis calore abreptus a recto tramite aberasset aliquando , ²⁸ ut ejusdem Dukeri judicium est , Scriptor omnibus numeris plane absolutus . Non levis libello conciliata gratia est ; & fere omnes incesserat libido Scriptorem cognoscendi , summaeque modestiae tribuebant , quod sui copiam in publicum non

²⁷ Forte Jacobus Cappellus , rum opusculorum De Latinitate Nicolai Vallae gener... (ut non Jurisconsultorum Veterum inanis conjectura est Car. And. Dukeri &c.] In Praefatione , cium est ,] In libello mox laquam præfixit collectioni vario- dato.

non faceret , & plausum , ingenio , industriaeque debitum , palam non acciperet . Sed Ille se in medium ferre , reformidabat , sui conscius , nec ignarus discriminis , quod facillime subiret , si innotesceret ; quippe is erat , qui , ut atrocior Vallae hostis evaderet , ²⁹ quos prius extulerat Jurisconsultos , laeserat postea , obliquo tamen vulnere , atque alio intentus , nimirum ut Vallae inscitiam in Jure detegeret , qui , ut ajebat , versatus parum in Digestorum lectione , apud Jurisconsultos multa non satis probatae latinitatis , quedam durius constructa , pleraque insolita , neque ab aliis Auctoribus usurpata , non viderat ; Verum Scriptor hic ³⁰ super hac dissertatione natus est adversarium ipsum Carolum Andream Dukerum , in quo bona multa sunt , non pauca mediocria , qui molli quadam oratione plerisque in locis partes agit excusantis potius , quam defensoris . Jacobus Cap-

pel-

²⁹ Quos prius extulerat Jurisconsultos , laeserat postea , obliquo tamen vulnere ,] Ignotus hic JCTorum veterum Defensor , potquam causam eorundem egerat contra Vallam , haec subnexit ; Et haec quidem suffictura confido ad defendendos Consultos nostros a Laurentii Vallae reprobationibus . Vereor , ne cui etiam nimis longa videantur . Quod nisi otiosus , & in recessu Sedainen- si positus haec scripssem , non recusarem , quin me quis otio abuti , & bonas horas male colloquere , criminaretur . Caeterum , negare nolim , multa in Pandectis reperiri non satis probatae latinitatis , quaedam durius con-

structa , pleraque insolita , neque ab aliis Auctoribus usurpata . Ut omittam ea , quae Jurisprudentiae propria , & ipsius artis vocabula dici possunt . Quae neque Valla omnia observare , & in unum colligere , potuit , ut pote in Digestorum lectione non satis versatus , nec a me , qui diutinâ lectione collegi , praetempmitti debuerunt , &c.

³⁰ Super hac dissertatione natus est adversarium ipsum Carol. And. Dukerum] Qui notas apposuit ejus opellae , cui titulus ; Verba non satis probatae latinitatis , aut non ex recepta significatione , vel contra Grammaticorum regulas , a Jurisconsultis usurpata .

pellus , sive is quicunque alias sit , sciverit hoc , an ignoraverit , aequo , an iniquo animo tulerit , incertum est . Haec tenus res utrinque ducta per verborum altercationem : Ingentis tamen mali non modo suspicio , sed aperta species ante oculos obversabatur ; timor que Viros cordatiores invaserat , ne armata vis jurgiis coronidem imponeret ; Valla enim , & paedagogi sectatores , profecti e rigida Grammaticorum natione , quae in cruciatum puerorum minas in vultu , in ore clamores , ferulam in manibus ex magistrali imperio gerit , ad pugnos , alio desperato remedio , facile accedebat ; Jurisconsulti vero , qui ex arte , quam profitentur , suum cuique tribuere , probe sciunt ; & praeceptum illud , alterum non laedere , eosque ex eorum interpretatione servant , quo laesi prius non sint , aliâ tuti regulâ , qua cavetur in Jure , se defendere , injuriâ carere ; sibiipsis profecto non ignaviter consulebant , confidentiores facti numero , & auctoritate conspiratorum hominum , condicione loci , & meliore causâ , quam tuebantur . Quamobrem , ut Reipublicae incolae in concordiam redirent , neve in longum pessimis exemplis dissensio protraheretur , Servio Sulpitio Dictatori negotium datum , ut increbescenti malo se se opponeret ; Nullus sane melior visus est , qui hisce verborum nugatoribus sanam mentem injiceret , ³¹ quam Servius , qui ingenuae proprietatis verborum ad eruendam ex Jurisconsultorum instituto primævam eorum significationem fuerat prudenter studiosissimus . Servius inter Dictaturaे initia Magistrum equitum , imperii veluti socium , dixit Domitium Ulpianum , non

^{31.} Quam Servius , ingenuæ accurate monet Agellius lib. 2. proprietatis verborum , &c.] Ut cap. 10.

JURISCONSULTORUM. 229

non sine animi consilio , ³² nam pervulgata erat Ulpiani nimia de priscis vocibus , & originibus verborum , atque primaevis significationibus anxetas : quamvis , cum grammaticas quaestiunculas aliquando suscitaret importune , spinarum conqueritor ab aliis sit nuncupatus . Altera Sulpitii cura fuit , ut orationem ad Populum , stipatus Magistratus insignibus , in Vallae audaciam pro virili parte haberet , qua palam ostendit , Vallam , & quem etiam memoravi , Franciscum Floridum , propugnatorem illius acerrimum , non desiderio teneri perscrutandi res ex aequo , & justo , sed furiis agitari pessimae , ac pudenda libidinis frustra argutandi , injuste reprehendi , & verba Jurisconsultorum audacter calumniandi ; miseros literatores nescivisse , unde ducatur , & quo tendat Peritorum mens , ac loquendi vis ; legum inscriptiones aut parum perpendisse , aut omnino assicutos non esse ; quo factum , ut non secus hi se gererent , ac illi , qui in umbrâ pingunt , aut inter somniandum philosophantur ; Porro de Laurentio Valla idem Servius , multis imbutus notitiis , avide conquisitis , & ad ipsum perlatis , praesertim a Poggio Florentino , infensissimo Vallae inimico , haec alia praedicabat , ³³ hominem esse , teste Ludovico Vive , vehementem nimis , & in dijudicandis rebus praecipitem , tradendisque latinae linguae praecepsis falsum ; ³⁴

F f ap-

³² Nam pervulgata erat Ulpiani nimia de priscis vocibus , &c.] Verlorum adeo erat Ulpianus religiosus , curiosusque investigator , ut Theodorus Cynulus apud Athacneum superstitionem hominis , & inutiliem subtilitatem fastidierit.

³³ Hominem esse , teste Ludovico Vive , vehementem nimis &c.] De Caus. Corrupt. Art. lib. 3.

³⁴ Appellari ab Huetio oscitantem] De claris Interpretibus.

appellari ab Huetio oscitantem saepe , & ad Aucto-
rum sententias parum attentum , atque in scriben-
do pene barbarum ; ³⁵ a Paullo Jovio sui diffini-
lem , cum res gestas a Ferdinando Aragonensi non se-
cus digesserit , ac si is non foret Elegantiarum latini
sermonis severus praceptor ; ³⁶ nec defuisse , qui eas-
dem Elegantias inelegantes praesenti animo denomi-
naret . Non pepercit dictis aliis Sulpicius , quae singuli
latim si referrem , otio abuteret ; eo denique res per-
venit , ut in extremâ tegulâ stare fortuna Vallae ,
& Sociorum videbatur ; sed quia non raro comes
audaciae timor est , & quos fatuus tumor inflat ,
incussus postea deprimit metus , effusus in preces
Valla , seu ficte , ut periculo se subtraheret , seu ex
animi voto , ³⁷ quippe accurate Graeci monent , Ηδε
μετάνοια γίγνεται θρησκευτικοῖς , *Tum judicant homi-
nes , ubi jam poenitet* ; amicitiam Jurisconsultorum sibi
reconciliandam curabat , Urbem ambiendo , & prensan-
do manus , vultumque ad supplicis modestiae imaginem
componendo , ac recensebat , quae ipse scripserat in Ju-
risconsultorum commendationem , ³⁸ adeo , ut pene ne-
sciret , diligentiane in illis , an gravitas , prudentia , an
aequitas , scientia rerum , an orationis dignitas praesi-
stiterit , & digna majore laude visa fuerit ; nihil reperiri ,
suâ sententiâ , quod addi , adimive possit ad latinum
dicendi genus , & elegantiam spectans , sine quibus cae-

ca

³⁵ A Paullo Jovio sui diffini-
lem] Hoc Jovii judicium refer-
tur a Thom. Pope Blount in Cen-
sura celebr. Auð.

³⁶ Nec defuisse , qui easdem
Elegantias inelegantes &c.] Huetius de claris Interpretibus .

³⁷ Quippe accurate Graeci mo-

nent ,] Et hic Senarius in-
ter Graecanicas Sententias cele-
bris , ut monet Manutius in A-
dagiiis .

³⁸ Adeo , ut pene nesciret , &c.]
Ita Valla in prooemio tertii E-
legantiarum libri .

ca omnis doctrina est , & illiberalis , praesertim in Jure Civili . Sed sero sapiunt Phryges ; Excusatio isthaec tardiuscule allata , & in sinistram partem accepta , parum Vallae profecit ; credebantur enim vulgo , ipso monente Dictatore , haec olim per Vallam dicta , ut valentiores , illustrioresque adversarii majorem Ipsi parerent honorem , & palmam , victoriāque , quam de illis superbis sperabat , ubique gentium redderent speciosiorem ; in utroque pessimus , dum laudavit , dum carpsit ; laudare enim , quem carpsit prius , impudentis est ; antea laudatum carpere , inconstantis . Quamobrem Dictator edidit , illum perduellionis reum haberi , qui Vallam publice nominaret , extolleret , excusaret ; Elegantiarum libellos , quotquot conquiri possent , statim non sine ignominia comburi ; ipsum vero Vallam cum Sociis in exilium agi . His recte , sapienterque per Sulpitium gestis , Magistratu se , more Majorum , abdicavit , meruitque Principem Senatus hac de causa delegi .

Delecto Senatus Principe , vacarunt Censores notandis Scriptoribus ; & libertate , qua decuit , quamque nec exasperabat odium , nec gratia relaxabat , retegere studebant , in quo Illi magis peccarunt . Hospites omnes , nos praesertim , in magnum erigimur desiderium , omnia minutatim cognoscendi , ut hunc tam periculosa , ac diurnae peregrinationis fructum , profecto futurum non inutilem , nec injucundum colligeremus ; existimantes , ad hanc rem unice factum 39 prudens Quintilianus consilium ; *Audiet multa quotidie probari , multa corrigi ; proderit alicujus ob-*

F f 2

jur-

39 *Prudens Quintilianus consilium ;] Institutionum Oratoriarum lib. 1. cap. 2.*

*jurgata desidia , proderit laudata industria ; excitabitur laude aemulatio ; turpe ducet , cedere pari ; pulchrum , saperasse majores ; Ascendent haec animos ; Et licet ipsa vitium sit ambitio , frequenter tamen causa virtutum est . Sed nescio quis tempori prae- monuit , ne importune curiosi videremur , emissitos oculos , suspensas aures , aduncum nasum nobiscum una gerentes ; Addebat , nonnullos , quos forte redarguisserent Censores , dignos non minus esse cultu , & veneratione ; paucos noxiam carere , illosque magni faciendos , quos minor labes afficeret ; displicere etiam in hac Republica eorum hominum genus , quod ve- luti in molestiam , ac perniciem bonarum Artium na- tum , *sine populi suffragio* , ut inquit lepidissime Plau- tus , *aedilitatem gerit* , totamque locat industriam in perquirendis iis , quae ex humanae mentis imbecilli- tate praeterlabuntur , Auctorum negligentiis , & con- tractis inde superciliis , inflatis buccis , contorto ore , aut sermone interrupto , aut apertâ nauseâ de summis Viris non sine ignominia loquitur ; & immode diclatur , ⁴⁰ non secus , ac Graeci dicunt , Ως τλὺ ἡγετέας ἀστίδα καθειλῶν σεμνόνεται , Su- perbit , tanquam Argivum clipeum detraxerit . Ad haec Atilius ; ita sane est ; & utinam solos Gro- novios , Politianos , Petros Aretinos , Paullos Benios , Scaligeros , Arnaldos , Viros caeteroquin in studiis ap- prime consummatos , pati deberemus , longe , lateque in*

⁴⁰ Non secus ; ac Graeci di- possit , vel ut alii opinantur , cunt ;] Graecorum dictum ex eo quia apud eosdem ordo , ac de- videtur duci , vel quod apud lectus juvenum , viribus antecel- Argivos , ut nonnulli existimant , facer quidam erat clipeus , clavis lentium , *dorze* , idest , clipeus ap- adfixus , ut facile detrahi non pellaretur .

in arte maledicendi luxuriantes; & non immo quotidie emergere viderentur semibarbari quidam, inanilogi, qui nihil dignum homine eruditio esse, credunt, nisi caecam illam, & fatuam rabiem allatrandi alienos labores, utut saniore plausu ab aliis exceptos. O putidi homines, qui futili pruritu ostendendi repositam sapientiam, produnt saepe ignorantiam, qua infelicitate laborant. Haec Atilius ingenuo animi fervore percitus. Interea, quid per Censorem patritium hac super re actum sit, passim explorare, curabamus. Et nescio quo die, ipsomet hortante, ac impellente Atilio, ad Suburbanum Gn. Lentuli, pulcherrimum sane, ut rumor erat, ac praedeliciis absolutissimum, ducimur; quod, renunciabant plerique, convenire vel maxime solere Viros, probe de rebus, ac negotiis Reipublicae instructos, a quibus facillime de Jurisconsultorum censione facturos nos certiores, sperabamus. Secundo ab Urbe lapide distat Rus hoc lectissimum: Longe, lateque in prospectu primo, industrie compressa, & latere ex omni aequata excurrit planities; ubi objecta rerum ingenua varietate oculorum acies pacitetur dulcissime; & hinc ad marinos deflectitur scintillantes fluctus, illinc ad collinas modice assurgententes vineolas, moratur hac parte in amoenissima frondosa convalle, alibi in graminea rupes, candidis capillis, pictisque capreolis identidem illustrata. Succedunt inde extimae fores, in quarum vertice ista haec visebatur inscriptio.

QUAERIS,
UBI BEATE VIVITUR?
SCITO,
AUT HIC, AUT NULLIB[.]

Ab

Ab hisce foribus in longum extensa incipit via , tonsili cyparissō , in morem sépis , utrinque ingeniose ornata , in qua e lateritia base passim consurgit aut ridiculus Satyrus , aut Nympha ludibunda ex ope- re fictili , loci genium hisce molliculis distinguentes blandiciis : Ulbi via desinit , eunt in circi speciem ad pariendam delicatulam umbram constatae arbores , quae frequentiā spissarum frondium rusticas sedes circumpositas , & ad recreandum animum aptissimas , suavissime opacant : In medio fons nitidissimus erumpit , cuius unda crystallina ludit mirifice , seu ducitur in praeceps , seu rursum reducitur , turbatque non insuaviter amica vicini nemoris silentia ; Videres argenteos hic humores seu in concha nitida jocose crispari , seu e viridi muscoso margine sputantes cadere , sive per pumiceos sponte factos canales serpere irrequietos , seu per occultos tubos insperatā aspergine circum diffundi , seu ingeniosā vertigine in altum tolli ; In gremio fontis candidum marmor , ac levigatum hos servabat insculptos non infacetus versiculos

*Hic fons , hic umbrae , hic herboſa ſedilia ; curae ,
Ab curae ſi abſint ; cerne , ſede , fruere .*

A dextera nitet Hortulus jucundissimus , non ibi infelices dominantur herbae , non malvae tristes , non tribuli graves , sed bellissima topiaria , & versicolores areolae ; flavet ibi , dum annus fert , in pallido narcissus auro ; obnubit ſeſe viola amictu ferrugineo ; hyacinthus languidulo viret colore ; & superbae tulipae , & graciles ranunculi , & non ingratia pictus maculis cariophyllus , & purpureā veste ridentes rosae , & tota , qua humus

JURISCONSULTORUM. 231

mus luxuriat , florum familia , illis distincta coloribus , quos adverso Sole pluvia accipiunt nubila , in prato formosissimo pompas explicant divites , ac uberrimas . Sedet p[re]a vestibulo custos Dea Flora , quae digito haec in fronte januae scripta indicat ,

*Ob ! sicut pulchra est , acque foret ista perennis
Florum pompa , pares quis mibi monstret opes ?*

Respondet a leva alterius generis , sed non minoris elegantiae viridarium ; ibi nil praeter cedrum , ac myrtum , regiamque laurum , quae in variam vertuntur non illepede figuram ; componuntur in orbem , in pyramidem assurgunt , figunt porticum , parietes vestiunt , hic serpunt , illinc sese circinant , hac viam dividunt , illac claudunt ; Circum Musae , suo quaque in cubili , affabre compactae & gestu amabili , & eleganti ornatu , & lepore non fucato sedent ex ordine , in medio duplex hoc inscriptum est carmen ;

*Non sumus agrestes , quia forte moramur in agro ;
Urbanae , quamvis absumus Urbe , sumus .*

Non procul aedes sese offerunt , commodaे , ac personae , & unice ad delicias factae : in ipso ingressu haec legebantur .

AMICI.

PAX. GAUDIUM. SALUS. OCIMUM.

DIU. HOSPITES.

HIC. FACTI. SUNT. CIVES.

HORUM.

So-

R E S P U B L I C A

SOCIETATEM . QUI . VELIT .

HABEAT . NEC . ROGET .

NAM . FASTIDII . CUM . HIC . SIT . NIHIL .

HOC . IPSUM . FASTIDIUM . EST .

SI . ROGET .

Postquam haec omnia attente , nec sine ingenti voluptate lustravimus , scandimus nullâ prorsus molestiâ aedes , salutamus Gn. Lentulum , & ipso invitante , sedimus inter alios ibi collectos , ut tempus fallderent eruditâ confabulatione . De iis , quae per M. Porcium Catonem gerebantur , coeperant loqui ; & gravis quidam Vir , cui nomen , T. Herminius , isthaec recensebat ; ⁴¹ In Q. Aelio Tuberone (sequor , Amici , coeptum h̄eri sermonem) doctrina nequaquam a Censore notata est , cui detrahere audet nemo , fidem enim praefstant plures , quos scripsit de privato , ac publico Jure libri ; sed illud creditur Jurisconsulti vitium non leve , & censure dignum , ⁴² quod verbis uti antiquis , perdite amaverit ; nihil enim magis absonum in Jure est , quam disputando sequi dictionem improprie conquisitam , ingeniumque a seria rerum tractatione ad aliena flectere ornamenta ; quo fit , ut legentis animus , tum ut assèquatur Scriptoris sententiam , tum ut vim , potestatemque verborum accurate percipiat , misere gravetur , ac pene opprimatur . Hoc loco Atilius , ⁴³ quam sapienter , inquit Cicero , Ea vi
sua

⁴¹ In Q. Aelio Tuberone . . . do- | perdite amaverit ,] Et ideo minus
scrina nequaquam a Censore notata | gratiae libris suis a posteris con-
est ;] Hic a causis dicendis ad Jus | ciliavit .

Civile transiit ; & A. Offilio operam | ⁴³ Quam sapienter , inquit Ci-
dedit , doctissimumque habitus est | cero ,] In libris de Oratore sub
Juris publici , ac privati . | persona Antonii .

⁴² Quod verbis uti antiquis ,

sua verba parient, quae semper satis ornata mibi quidem videri solent, si ejusmodi sint, ut ea res ipsa peperisse videatur. Sed, nescio quâ ducti inclinatio-
ne, quidam sermonis longe ab usu remoti sectato-
res, vel invitis gratiis, esse voluerunt; *Sisenna au-*
tem, ipso teste Cicerone in Bruto, quasi emendator
sermonis usitati cum esse vellet, ne a C. Rusio qui-
dem accusatore deterreri potuit, quominus inufi-
tatis verbis uteretur: Minime tamen inficias eo,
leporem plerumque inesse in illo scriptionis gene-
re, in quo voluptati aurium decenter morigera-
mur, ornatumque dictioni ab antiquitate concilia-
mus; sed non aliâ id exequi possimus diligentia;
nisi eâ, quam perbelle ante oculos ponit ⁴⁴ Quintili-
anus: Verba a vetustate repetita, non solum ma-
gnos assertores habent; sed etiam afferunt orationi
majestatem aliquam, non sine delectatione: nam \mathfrak{E}
auctoritatem antiquitatis habent: \mathfrak{E} quia intermis-
sa sunt, gratiam, novitati similem, parant: sed opus
est modo, ut neque crebra sint haec, neque manife-
sta, quia nihil est odiosius affectatione... Oratio ve-
ro, cuius summa virtus est perspicuitas, quam sit
vitiosa, si egeat interprete? ergo ut novorum optima
erunt maxime vetera, ita veterum maxime nova.
Haec tenus Atilius; cuius digressio, satis quidem do-
cta, non parum arriserat; Nos vero ad caetera ob-
servanda animum convertimus. Coccejus Nerva fi-
lius (ita orationem suam prosequitur Herminius)
⁴⁵ jussus est, minus argute Jurisprudentiam colere,
Gg is,

⁴⁴ *Quintilianus*] Inst. or. l. 1. c. 6. nimiam argutiam fortasse co-

⁴⁵ *Jussus est, minus argu-* luit ob eam ingenii felicitatem,
re Jurisprudentiam colere;] Is qua anno aetatis xvi. publice
est Coccejus Nerva filius, qui de Jure respondit.

is , qui hac in re plus aequo sibi indulgens , ⁴⁶ merito a Paullo derisus est ; Dedece^re enim , publice Censor edicit , in Facultate , ad inutiles concertationes minime natâ , sed ad commune bonum populorum , ingenio habenas laxare , ut potius ambitiose luxuriet , quam solide disputet . ⁴⁷ In Claudio Saturnino dis- plicet Censori mens , alienas nimis fastidiens senten- tias , & singularibus facillime adhaerens opinionibus : Falso plerique , famam sibi hac viâ conciliari , pu- tant ; cum sane , alterutrum eveniat , necesse sit , ut , aut exosi proscindantur ab omnibus , aut spernan- tur illepidi , ineptique . Julius Paullus , & Domit. Ul- pianus notam & ipsi subeunt censoriam ; ⁴⁸ Ille , quia nimio abreptus carpendi studio , egregios impetere Viros , non sine ambitione summâ flagravit ; ⁴⁹ Hic vero , quia magis familiare habuit nihil , quam ar- gutari , & cavillis uti ; quamquam plerisque in locis copiam afferat , facilitatemque , quas virtutes non- nulli vel pre ipso Papiniano magis extollunt .

Cen-

⁴⁶ Merito a Paullo derisus est ;] *Interpretes , qui soli sunt in ali- In leg. 9. D. in quib. caus. Pignus , qua sententia , Saturninos vo- vel hypotheca &c. ubi ita Juris- consultus ; Et derisus Nerva Ju- risconsultus , qui per senestram monstraverat Seruos , detentos ob pensionem , liberari posse.*

⁴⁷ In Claudio Saturnino dis- plicet Censori mens , &c.] Gui- dus Panzirolus de Clar. leg. In- terpr.lib.1. cap. 49. scribit ; Clau- dius Saturninus sub Antonino Pio vixit , & Romae Praeturam gessit ; Vir singularis quandoque opinio- nis , l. remunerandi §. Marius , D. mandati . Unde nostri legum

Interpretes , qui soli sunt in ali- qua sententia , Saturninos vo- cant.

⁴⁸ Ille , quia nimio abreptus carpendi studio , &c.] Everardus Otto in suo Papiniano praeter alios id notat ; additque , Paullum inimiciorem fuisse in vedivae suae in calumniosos illos annotatores in l. pen. D. Ad exhibendum & l. § 2. §. 2. D. de Legatis lib. 2.

⁴⁹ Hic vero , quia magis famili- re habuit nihil , quam &c.] Quem properea olim appellarunt *opifex* , & *invictus* .

Censura Scaevolae ad illud redit, visum multis asperum, ac parum civile, ⁵⁰ quod Connanus Censori suggerit; *Per multa alia Scaevolae responsa notare licet, aequè absurdā, &c., ut dicam, quod sentio, factua, & inepta;* Fuit hoc Scaevolae proprium, responsis ambiguis tela reprobatorum eludere, ut, si qua parte premeretur, declinaret in aliam, & commodo suo responsa sua interpretaretur; *In quo illum ego non reprobatione modo, sed etiam poenâ dignum fuisse, judico.* ⁵¹ Franciscus Duarenus huic ipsi olim favit opinioni, & ita scripsit; *Scaevolae respondit hic more suo, non satis exprimens, quod ad factum pertinebat;* ⁵² Sed, mutato deinde consilio, & re melius perpensi, in Scaevolae laudes sese diffundit, illosque insectatur, qui tantum JCtum stultitiae arguunt, quaeque non intelligunt, responsa damnant impudenter, suamque mirabiliter inscitiam produnt, dum alienam falso insimulant; interpretandamque suscipit leg. qui Romae 122. §. Agerius filius familias D. de verb. oblig. quae inter caetera, ab imperitis acriter reprehensa, ut ipse ait, recensetur; addens, nulla adhuc scripta suorum aequalium extare, ex quibus ad depellendam hanc calumniam arma satis idonea suppeditari, queant; quamobrem & Ipse in numero aliorum erat, qui Censoris de Scaevolae judicium, a Connano mutuatum, aegre tulerant.

Gg 2

⁵³ In

⁵⁰ Quod Connanus Censori sug-
gerit.] Ut habet in Communi-

⁵² Sed, mutato deinde consilio,
& re melius perpensi, &c.] Cum
nimis favisset Duarenus Scaevo-

⁵¹ Franciscus Duarenus buic
ipsi olim favit opinioni.] In Comm.

lae, prius acerbe reprehenso, plus
aequo inconstans poterit aliqui-
leg. 132. D. de Verbor. Obligat.
bus videsi.

§3 In Hermogenianum Censor videtur iracundior; opinor, quia sub Diocletiani imperio non erubuit Ille, barbara usurpare vocabula, & Jurisprudentiam, ab aliis omnibus prioris, posteriorisque aetatis legum sapientibus pure, & pro maiestate latii sermonis tractatam, exoticâ dictione turpiter maculare. Sed vitia veterum Jurisconsultorum, vel paucitate tolerabilia, vel majoribus compensata virtutibus, a nimia reprehensione Catonem cohibuere. Recentiores eruditi, quorum cura etiam Censori Patricio data est, in eadem versantur fortunâ: Prudentia tamen Censoris, ac modestia profecto est in hoc summa, qui sese tam humaniter continet; ut nihil de suo notet, sed unice id, quod ab aliis, aut dictum, scriptumve accipit; nec praeterea ad omnes suam Ille industriam convertit, tum ne tempus in ingenti hujuscemodi Virorum ordine plus aequo conterat, tum quia probe tenet, deterrei animos aliorum, ubi tam acerbe, tam fusce Scriptorum omnium melioris culturae vitia carpi, homines cognoscerent. Andreas Alciatus, is, qui omnium princeps Jurisprudentiam veluti ex umbra in Solem eduxit, notatur inter primos: quis non mirabitur, Jurisconsultum tot gravissimorum hominum laudibus uberrime, nec immerito, cumulatum, tantâque eruditione refertum, affici hoc infortunio? concilio proinde, integrum, ac absolutam, nullaque ex parte diminutam felicitatem, ut ea in humanis rebus caeteris deficit semper, in literis saepissime deficeret:

§3 In Hermogenianum Censor videtur iracundior, &c.] Gulielmus Grotius de Vit. Juriscons. lib. 2. cap. 12. §. 8. probat contra Cujacii sententiam, Hermogenia-

num hunc circa Diocletiani vi-
xisse tempora; & monet, hunc
eundem multa vocabula barbara
usurpare.

re: ⁵⁴ Haec igitur de Alciato palam ja&tantur, quod opus Dispunctionum , & Paradoxorum sub annum vigesimumsecundum ab ipso scriptum , maturiorem olim desiderasset aetatem , quando audacia minor est , exactius judicium , atque aliena colligendi selectio prudentior ; quod usque adeo vacasset impense rebus , etsi eruditis , sed a Jurisprudentia diffitis , ⁵⁵ ut meruerit a Decio Ciceronianus appellari , & dignus , qui ex albo Jurisconsultorum expungeretur ; ⁵⁶ quod denique , judicio Duarenii , in futilibus versatus magis , quam in subtilibus quaestiuculis fuisset . Sed Duarenus , qui Alciatum momorderat , eundem impingit in scopulum ; & suspicor , ad ejus aures illud jam pervenisse , ⁵⁷ quod de tractatu suo de Jure accrescendi Censor , a nonnullis probe edocitus , judicat , ita nimirum eum scripsisse , ut in quaestionibus stu-

⁵⁴ Haec igitur de Alciato palam ja&tantur , quod opus Dispunctionum , & Paradoxorum &c.] Ita Claudius Minos in vita Alciati . Duodecim post annos , cum Civilis , & Pontificii Juris professoris insignibus donatus esset , Paradoxa , & Dispunctiones in publicum emisit , opus , ut ipse dicit , elaboratum horis subsecivis , & a candidato adhuc , & tirone . Quoties enim ea , quae a suis Doctoribus acceperat , studio ipse secum perpenderet , siqua essent , quae probabilitibus argumentis digna refutatione viderentur , ne quod occurrebat , memoriam pratinus excederet , quibusdam quasi adversariis describere consueverat : quae omnia tum in manus ac-

cepta , cum paullo accuratius expoliisset , in Codicem , verasque tabulas referenda duxit , tandemque studiois omnibus communicavit .

⁵⁵ Ut meruerit a Decio Ciceronianus appellari ,] Refertur a Bodino in meth. Histor. cap. 4.

⁵⁶ Quod denique , judicio Duarenii , in futilibus versatus magis ,] In oratione ab ipso Duareno recitata die 15. Decemb. 1591. in cooptatione Nicolai Bunguerii .

⁵⁷ Quod de tractatu suo de Jure accrescendi Censor , a nonnullis probe edocitus , &c.] Franciscus Hottomannus in Antitriboniano cap. 6.

studium collocaverit totum, quae melius decuissent bonum Grammaticum, quam Philosophum politicum, de ratione, & aequitate loquentem. ⁵⁸ Non aliter idem est prosecutus argumentum Antonius Goveanus, & hac profecto de causa in eandem incidit censuram: sed Vir cum sit, ⁵⁹ de quo uno desideretur, plura scripsisse, de aliis vero, pauciora, forte quia, testimonio Antonii Fabri, *felix ingenio, naturae viribus tantum confideret, ut diligentiae laudem sibi non necessariam, minus etiam honorificam putare, videretur*; hac gratiâ, & favore plurimorum, vitium, siquod habet leviculum, obtexit. ⁶⁰ Barnabas Brissonius haec omnia vitaret, utpote eruditis apprime carus, ⁶¹ nisi jam vulgatum esset Josephi Scaligeri judicium, quo apud omnes constat, *nihil antiquius habere Brissonium, quam veterum testimonia congerere, ut volumen procederet, nihil tam metuere, quam ne liber brevis foret; plus laboris in libris suis deprebendi, quam industriae; Et nullo delectu bona pauca malis plurimis commisere.* ⁶² Claudio Salmasius, ut sese reprehensioni sub-

⁵⁸ Non aliter idem est prosecutus argumentum Antonius Goveanus,] Idem Hotomannus ibidem.

⁵⁹ De quo uno desideretur, plura scripsisse, de aliis vero, pauciora,] Jacobus Cujacius tanti fecit Goveanum, ut magnam ejus ingenii felicitatem, eximiamque doctrinam admiratus, a Jure tractando aliquando deterritus fuerit; magisque porro extimuisset, si plura diligentiae adjumenta

ad leges interpretandas Goveanus adhibuisset.

⁶⁰ Barnabas Brissonius haec omnia vitaret, &c.] Lipsius inter innumeros alias haec de Brissonio scribit lib. 2. Epist. quæst. epist. 17. *Quis Musas novit, & Brissonium non novit?*

⁶¹ Nisi jam vulgatum esset Josephi Scaligeri judicium,] Quod habetur Epistol. lib. 1. epist. 9.

⁶² Claudio Salmasius, &c.] Nicolaus Heinsius in Not. ad Ovid.

subtrahat, valde, sed frustra obnittitur, quippe qui immodicus sui aestimator, aliorumque contemtor, omnisque sententiae, cuius ipse auctor non sit, inimicus, odium sibi comparat quamplurimum, qui Censori mox denunciarunt, in quo per Salmasium peccatum sit maxime; & praeterquam tumultuarius sit ille in rebus suis, ostendunt, quantum argumenta, quae tractat, taedio legentium protrahat in immensum, in quot res, nullâ necessitate, diffluat nunc hac, nunc illac, actus intemperiis omnia dicendi, quae legerat, ut monstret, legis multa; quod vitium vel ipsummet olim adegit ad suscipiendas aliquando partes excusatoris suiipsius, quas frigidene magis, an ambitiose impletat, in incerto esse, hi palam efferunt; jaetantque, productiora isthaec, & quasi immoderatus excurrentia, sapere juvenilem redundantiam, & ab omnibus repudiari; ac proinde doctissime⁶³ a Cicerone scriptum legi; *Nimium quod est, offendit vehementius, quam id, quod videtur parum.* Nulla profecto erat de Petro Fabro suspicio; quis enim aliquid contra Virum letissimum effutiret? Sed inventus est idem, qui percit paucis, Josephus Scaliger, quique, quasi solus, ⁶⁴ ut a Graecis dicitur, Οπιθεν κεφαλης ομηρα εχη, in occipitio oculos haberet, si quam profert laudem, statim veneno conspergit; Is Fabrum, doctissimum nuncupare, non dubitat; displicet, quod ad-

vid. inquit; *Salmasius nemini suo-
rum temporum literato pepercit;
nemo omnium, qui aetate nostrâ
claruere, virulentum ejus dentem
evagis.*

⁶³ A Cicerone scriptum legi;

In libello ad M. Brutum, inscri-
pto, Orator.

⁶⁴ Ut a Graecis dicitur;]
Quod dictum a Graecis ad Latini-
nos traductum est; illudque usur-
pat Plautus in Aulularia.

addit, ⁶⁵ compilatorem esse merum, & praestare nihil in dijudicando: sed acre, rigidumque Scaligeri dictum, visum forte quibusdam non omnino falsum, Censor, ut mihi fertur, blandule temperat, ne quid summo tanti Scriptoris honori detrahatur. Utinam implacabilis Scaligeri rabies hic sisteret, nec in alios furens excurreret, forsan Franciscus Hotomannus, qui plures in admirationem doctrinae suae adduxit, illud in praesens, a Censore obiici, suis non audiret ingratiss, quod ex officina Scaligeri prodiit; ⁶⁶ latine scribere satis bene, pollere eloquentiam non parum, sed ei ingenium esse nimium vulgare, parumque, aut nihil perspicax. Eguinarii Baronis famam, uti conjecto, illud apud Censorem non leviter laedit, quod de ejus libro *de Jurisdictione* ⁶⁷ scripsit olim Goveanus, qui haec habet; *In prima parte tuam, Eguinari, in conquirendis, colligendisque Scriptorum locis, qui ad hanc rem pertinent, diligentiam probavi. In secunda vero, in qua sententiam tuam nobis exponis, dicam libere, & ingenue, nulla mibi litera visa tua est; hoc est, docti hominis, & eruditii. Ex tertia, & postrema parte, otio te valde abundare, non dicam abuti, intellexi, qui ab Accurso ordiens, omnium, qui quaestionem hanc vel explicavimus, vel attigimus, opiniones confutes.* Et sane praeter haec quid non congerit super hoc argumento adversus Baronem Goveanus, cum aut acerbe illum arguit, aut false deridet, aut solide oppugnat? Eguinarius accepta ab hoc Adversario vulnera, & a Censore palam exposita, parte ex aliquâ videtur lenire, cum ipsum

⁶⁵ Compilatorem esse merum, | pollere &c.] in Scaligeran. prior. &c.] In Scaligeran. posterior. ⁶⁷ Scriptit olim Goveanus,]
⁶⁶ Latine scribere satis bene,] In libro primo de Jurisdictione.

ipsum videat Goveanum censurae obnoxium ; & suas utriusque virtutes , quibus laudetur ; sua , quibus reprehendatur , vitia non deficere ; quodque huma- num est , in aliqua re peccare , ut omnibus , ita ipsis , esse commune . ⁶⁸ Antonius Augustinus , si , ubi est optimus , non foret nimius , in libris nimi- rum Emendationum , in quibus amplius centum & triginta loca , negatione additâ , vel ablatâ , corrigit , quod illi Censor obiiceret , haberet nihil : Quid , si in- tegri operis instauracionem , quam moliebatur , per- fecisset ? dareturne mihi , qui tanti patiens laboris , ac taedii parum osor , serenâ facie has lucubratio- nes evolveret ? Hugo Donellus Biturigibus docuit , non sine laude ; redigendoque in artem Juri Civili vacavit , & , uti contendunt plerique , haud infelici- ter : ⁶⁹ Struvius tamen vulgat , nescio an ex aequo , solere in eo saepe nervum , non raro acumen desi- derari ; non liquet , in quam partem inclinet Censor ; autumant non pauci , quae Donello objecta sunt , velle Censorem exactius perpendere ; & ab hac opini- one ego minime discedo . Franciscus Connarus , is , qui ex uberioribus Juris Civilis locis , ordine dige- stis , commentarios sapienter contexuit , a quam- plurimis honorifice extollitur , ⁷⁰ praeterquam a Cu- jacio , qui ejus doctrinam caeteris odoratur in re-

H h bus,

⁶⁸ Antonius Augustinus si ubi ta aestimes , dignus , ut sinuosis a-
est optimus , non foret nimius , liorum voluminibus anteponatur.
¶c.] Brencman. in hist. Pand. I. 4. ⁶⁹ Struvius tamen vulgat , ne-
c. 4. ait; Sunt tamen , quae in Augu- scio , an ex aequo , &c.] Cap. 5. §.
stino (in lib. Emend.) reprehendan- i 8. in historia Jur. Justinian.
zur ; adeo enim humanum est , labi. ⁷⁰ Praeterquam a Cujacio ,] Cu-
Andr. Scottus scribit , quod exiguus jacii judicium refertur ab Eve-
liber sit , si molem spectes ; si rerum rardo Ottone in ejus Papiniano
utilitatem , ponderumque momen- cap. 9. §. 3.

bus, in Jure non item; existimatque, prorsus ab iis tempus profundi, qui hisce operam dant legendis commentariis; huic acerbo aliquantulum judicio ⁷¹ Ludovicus Regius, propugnator acerrimus famae, ac gloriae Connani, sese viriliter opponit, &, quae olim in illius commendationem longa recensuit oratione, iterum affert; nec illud addere veretur, quod facile Scriptorum omnium, qui ante se floruerunt, nomen, dignitatemque non modo styli felicitate adaequasset, sed vicissim etiam diligentia, si, haud immaturo fato e vivis sublatus, tantam in opere universo curam, industriamque adhibuisset, quantam in tribus prioribus adhibuit libris, quos adeo limavit accurate, ut minime dignatus sit, & ter, & quater manu propriâ illos describere: Cenfor subortam hanc spe-
Etans contentionem, ne Cujacii judicium parviface-
re, videretur, neve ostenderet, Ludovici Regii defen-
sionem inconsulto reiicere, Franciscum Connanum
quasi imprudenter praeterit. Nulli profecto nego-
cium succedit felicius, ⁷² quam Aemilio Ferretto, nam
ex quo Simon Cravetta semel post illius obitum, suo
periculo, expertus est, quanto strepitum, ac tumultu
excepissent cuncti initium orationis suae, quo de-
functi Aemilii famam coepit perstringere, ita, ut non
modo schola, sed etiam urbe fuerit expulsus, ne-
que ipse, neque alii, eodem timore ducti, in hac
Republica aliquid contra hunc Jurisperitum audent
efferre. Jacobus Cujaci, sive quia omnes Praeceptoris
loco

⁷¹ *Ludovicus Regius, propugna-*
tor acerrimus famae, ac gloriae
Connani,] In ejus epistola ad Fr.
Olivarium, ubi vitam Connani
describit.

⁷² *Quam Aemilio Ferretto,]*
Quae hic de oratione Cravettæ
marrantur, habes apud Guid.
Panzirolum de clar. leg. Interpr.
lib. 2. cap. 167.

loco eum venerantur , seu demum quia aut raro peccavit , aut cum decore , si quando accidit , peccavit , terrorem incutit omnibus , ne de se , scriptisque suis maligne apud Censorem differant . Ceteri Jurisconsulti ex eruditis , seu verius , collectores rerum non inutilium , uti plerunque sunt pene omnes , si aliquos ex iis , quos recensui , excipias , vel palam , vel subtacite notati sunt , quos longum profecto esset , singillatim enumerare . Verum enim vero non est adeo parcus laudum Censor , ut illos a multis virtutibus non commendet , quos , pro munere suo , ubi deficiunt , objurgat ; testaturque magnifice , quantum posteritas debeat Viris hisce , a quibus suo est restituta nitori collapsa jam , & pene moribunda Jurisprudentia .

Hactenus T. Herminius . Quia tamen de iis , quae a plebejo Censore gerebantur , nullum ille verbum adjecerat ; C. Nautius , is , qui cruciatur libidine cognoscendi omnia , praesertim ubi sermo incidat sibi non ingratus , rogat Herminium , ut si quae de Censore plebejo teneret , pro sua humanitate in medium afferret . T. Herminius non abmuit ; & tibi satisfaciam , inquit , Hospes elegantissime ; atque e rebus quamplurimis , quas modo possem exponere , istas accipe . Collega Censoris Patricii , operâ suâ iners non est , quamvis alii precibus , donis alii , nonnulli gratiâ , & auctoritate Potentiorum judicium de se , scriptisque suis declinare , contendant ; sed hoc tentatur frustra ; quippe Martinus Fani Fortunae , ubi vidit , quam sese exactissime Cato gerat , suo dicit pudori , illius vestigia non sequi , & tanto exemplo non adhaerere ; Scriptorum tamen praeterit faecem ; nam , ubi putidarum rerum cloacam reperies , nonne ope-

Hh 2 ram

ram perdes , siquid velis perscrutari diligentius ? ⁷³
 Roffredus ante alios objurgatus est , qui praeter
 opus libellorum , aliud edidit , cui titulum insuavem ,
 ac illepidum appinxit , *Quæstiones Sabbathinae* . Pru-
 ritu speciosi , ac novitatem præferentis tituli forte
 tactus ⁷⁴ Bartholomaeus Brixensis fecit & suas
Quæstiones Venercales , & *Dominicales* ; fecit & *Mer-
 curiales* Joannes Andreæ ; Superis grates , quod non
 eo , si bene memini , progressa est insana libido , ut
 haberemus ab aliis *Quæstiones Lunares* , *Martiales* ,
 & *Jovianas* , queis totum impleretur , quantum est , cur-
 riculum dierum : sed ferendi essent isti homines cum
 his suis nugis , & ineptiis , ⁷⁵ ni Jacobus a Ravanis
 Lotharingus majorem bilem moveret illâ superbâ ni-
 mis , & ambitiosâ inscriptione , quam sub fronte sui
Dictionarii uncialibus literis apposuit , *Lumen ad re-
 gelationem gentium* . Tunc Atilius , datâ sibi occa-
 sione , inquit ; Profecto non pauci sunt isti deliran-
 tes , fumo , ac inaniis turgentes , qui hujuscemodi
 portenta titulorum in libris suis ridicule præferunt ;
 miseri , quam infeliciter nesciunt , inscriptiones Ope-
 rum ab effraeni arbitrio inventas , animi esse fr-
 gmenta , parum ad saniora intenti ; cum illae esse de-
 beant nos inanes pompa , non futilia ornamenta ,
 non etiam obscura aenigmata ; sed simplicissima re-
 rum tractatarum indicia . Ah pudor recentiorum ae-
 tatum ! quot in hanc Rempublicam nonnullis abhinc
 annis

⁷³ *Roffredus ante alios objec-
 tus est ,] De quæstionibus Sab-
 bathinis Silva Nuptial. lib. 3. sub
 num. 7.*

⁷⁴ *Bartholomaeus Brixensis ,*

*Vid. Guid. Panzirol. in cit-
 ato libello , lib. 3. cap. 7. & 19.*

⁷⁵ *Ni Jacobus a Ravanis Lo-
 tharingus , &c.] Ex ejusdem Pan-*

JURISCONSULTORUM. 245

annis libri fuerunt allati , in quorum vestibulo Au-
tor , quandoque etiam non inelegans ,

Proicit ampullas , & sesquipedalia verba .
 En tibi ; ⁷⁶ *Jus in nuce* : ⁷⁷ *Trismegistus Legalis* : ⁷⁸
Anatomia Juris ; ⁷⁹ *Alvearium Juris* ; ⁸⁰ *Argu-
tiae Juris Civilis* ; ⁸¹ *Necyomantia Jurisperiti* ; ⁸²
Jurisprudentiae Justinianae Sol resplendescens ; ⁸³
Parascevamata Prudentiae Civilis ; ⁸⁴ *Praedia Ju-
risprudentiae* ; ⁸⁵ *Justitia vulnerata , Christiane , Ju-
ridice , & Politice curata* . Sed quid plura ? An de
 hisce libris jure merito illud dici potest , ⁸⁶ quod
 ajunt Graeci , Σκιὰ ἀρτὶ τοῦ σώματος , *Umbra pro
corpore* ; ut praeter titulum , & spes meras nihil in-
 de auferas ? Istaec sane apud Veteres non legimus ,
 sed puros , putos , ac ingenuos titulos ; hujuscemodi
 sunt , *Quæstiones , Responsa , Notae , Tractatus* ; At-
 que eo dedignati sunt docti homines hunc facum ,

ut

⁷⁶ *Jus in nuce* ;] Edit. lib. Ra- | lini 1677. Auct. Henr. Petr. Ha-
 lisbonae 1716. Auct. Christopho- | berkonio .

⁷⁷ *Trismegistus Legalis* ;] E- | ⁸³ *Parascevamata Prudentiae
Civilis* ;] Edit. lib. Gieffae 1700.
 dit. lib. Genevae 1673. Auct. Ja- | Auct. Joan. Henrico Mollenbe-
 cito .

⁷⁸ *Anatomia Juris* ;] Edit. lib. | ⁸⁴ *Praedia Jurisprudentiae* ;]
 Francofurti 1605. Auct. Gipha- | Edit. lib. Halb. Sax. 1675. Auct.
 nio . Joach. Mart. Unversarth .

⁷⁹ *Alvearium Juris* ;] Edit. | ⁸⁵ *Justitia vulnerata , Christiane , Ju-
 lib. Lugduni 1650. Auct. Boreo . | ridice , & Politice curata* ;]

⁸⁰ *Argutiae Juris Civilis* ;] | Edit. lib. Coloniae 1657. Auct. Ste-
 Edit. lib. Linci 1679. Auct. Joan. | phano Nathen .

Ferdin. Behanab . | ⁸⁶ *Quod ajunt Graeci* ,] Di-
⁸¹ *Necyomantia Jurisperiti* ;] | çéni mutuo sumptum ab Aesopi-
 Edit. lib. Lugduni 1549. Auct. | ca fabula de Cane , qui , dum um-
 Stephano Forcatulo . | bram carnium , quot ea major
 appareret , captat , vegas amissit
 carnes .

ut ne probaverint quidem , ⁸⁷ quod Cicero orationes contra M. Antonium appellaverit *Philippicas* eo nomine , ut Demosthenes imitaretur , quas ille magnus Graeciae Orator in Philippum Macedoniacae Regem habuerat . Profecto ita se res habet , cum coeptum est , minus sciri , ad ostentationem plus accedere coepit sapientia ; & ubi desit solida doctrina , pullulavit ambitiosa ; utque est hominum ingenium , gloriae cupidum , cum satis non esset , veteres aemulari pari virtute , ivit ad hasce novitatis inanias . Fateor , quod sentio ; obstinatus sum , & huic proposito firmiter haereo , ut , si qui mihi detur liber , cui sit appictus hujuscemodi adulterinus , & meretricius aspectus , statim , ne mihi lectio nauseam creet , claudio , atque e manibus abiicio , aliisque evolvendum , qui cupiant , trado ; nec satis inducor , ut credam , boni aliquid plerumque continere eos codices , qui sub vestibulo externas hasce oculis proponunt ineptias . Haec Atilii dicta cuncti aure attentâ excipiebant , facilique nutu probabant . Herminius vero , ad quem os , oculosque nos omnes convertimus , ipsum , ut ad ulteriora pergeret , tacite rogari , praesentiens , minime precibus nostris ex facili ingenio suo expectatis , ita sermonem prosequitur . ⁸⁸ Martinus Gosia , Hospites clarissimi , tenax propositi , & in defendendis opinonibus suis perdite accensus , in hoc peccat , de hoc culpatur , quod aequitatem sibi fingat obstinate , cum aperto jure pugnantem ; quadere non semel lepide accidit , spectante Censure , ut aemuli , prolatis libris con-

⁸⁷ Quod Cicero orationes contra M. Antonium appellaverit *Ibbi* ⁸⁸ Martinus Gosia , &c.] Ex Odofredo in l. 4. §. 5. D. De his , *Philippicas* ,] Ex Appiano iv. Ci- qui notant. infam. vil.

contra ea, quae pertinax, ac litigiosus respondet, cogant, illum rubore suffundi, non sine omnium, qui adfunt, risu, ac contemptu: Vinci, non semper indecorum est, & victici cedere rationi, plus prudentiae sapit, quam ignominiae. ⁸⁹ In Baldo sane non pauca sunt, quae reprehenduntur; abit saepe, contrarius sibi, in partes diversas; non raro hariolatur; fingit ex arbitratu multa; si quando ratione, aut auctoritate destituitur, ad ea excurrit, quae prosunt nihil; ubi nervo, ac acumine opus est, languet, ac flaccescit; contendit vero, insudatque, ubi ociosa sunt omnia. ⁹⁰ Bartolus ejus praceptor ipsissimam hac uitetur fortunam, & de eo hoc potissimum videtur Censor indignari, quod, rigido armatus genio, acerbius, quam par fuerat, in fontes scripsit, quodque sententiam fuerit secutus interdum mollem, ac effeminatam. ⁹¹ Philippus Decius, cui non justi natales, Jasonis operae, quem ille, invidiâ corrosus, cavillationibus oneraverat, a Censore palam, nec im-

⁸⁹ In Baldo sane non pauca sunt,] Haec de Baldo, & plura alia colligere quis poterit ex Paulo Castrensi in l. 3. in fin. C. si adversus rem jud. In l. 7. C. de integr. restit. minor. & in conf. 99. Ex Jafone in l. 8. §ult. D. de leg. 1. Ex Alexandro in l. 18. D. de acq. possess. Ex Anton. de Butr. in c. consultat. col. 11. de Rescr. Ex Angelo in §. 7. in fin. Instit. de rer. divis. Ex Barb. in c. uno delegatorum. 4x col. x. De off. & pot. Jud. Deleg. Ex silva nuptial. „ aliisque Scri- ptoribus.

⁹⁰ Bartolus ejus praceptor ipsissimam bac uitetur fortunam,] Vid. Sign. Homodi in consil. 252. & Caepol. in cautel. 245. Bald. in consil. 477. l. 1. Jaf. l. 14. sub num. 7. D. de Reb. credi & in l. 27. C. de pacif. Bol. in auth. habita 35. , Ne fil. pro pat. Alex. in l. 6. §. 1. in fin. D. de re jud. Barb. in c. 11. x. de Foro competit.

⁹¹ Philippus Decius, &c.] Quae referuntur de Decio, vid. in apoen. still. ad consil. 208. Ancar. Reg. 9. 1x. in fin. in 2. parte.

immerito, objurgatur ; sententias enim Interpretum ad sui libitum, quo vult, distorquet ; in citandis vel Scriptoribus, vel Legibus, falsitatis notâ laborat saepissime, & in utramque partem discedendi, ut scenae inserviat, est supra caeteros peritissimus. ⁹² Paullum Parisium Consentinum, forte fortuna dignitate galeri, quo fuit insignitus, Censor notare praetermisisset ; sed quia importuni homines, ac invidi defunt nunquam, qui contineri nequeunt, quin, quod alterius nomen laedat, statim diffundant, incircus illud per ora vulgi fertur, nec Censor dissimulat, Parisium Jurisprudentiam sordidius tractasse, quippe qui consulentibus singulas Responsorum paginas vendere, non erubuit ; cuius pessimo exemplo via subinde nonnullis patuit, qua ad emungendam pecuniam, pro brevibus Responsis ingentia redderent volumina. Mitior profeclô, benigniorque ⁹³ Bartholomaeo Caepolae Veronensi Censor foret, nisi, neficio quibus Ille furiis exagitatus, tot captiosas ad illudendas leges excogitasset cautiones, quarum misero apparatu apud graves Viros probitatis famam sibi minutam videt potius, quam auctam, ut sperabat, doctrinæ gloriam. ⁹⁴ Bartholomaeus vero Socinus non adeo

⁹² *Paullum Parisium Consentinum*, de impub. & aliis substit. Adnum, &c.] Guid. Panzirol. de dit Panzirolus in libello nuper clar. leg. Interpr. lib. 2. cap. 158.

⁹³ *Bartholomaeo Caepolae Veronensi*, &c.] Id. vid. Panzirolus in eod. libel. lib. 2. cap. 113.

⁹⁴ *Bartholomaeus vero Socinus*, pingue viatoriam, aut perplexus] Quod hic Socino obiicitur, cum eventum esse, sentiebat, videbant olim Bononiae docenti occultis verbis obiecit Decius, ut credi cupidus, ut se expletarent, ex ejus commun. in L. 3. sub n. 4.

adeo acrem , ac severum , ut rumor increbuit , Cen-
forem expertus est , & id timere quamquimaxime de-
bebat , nam aleae praecipiti mirum quantum deditus ,
non modo legendi munere olim vivens quandoque
fraudavit auditores , sed insomnes etiam noctes egit
turpiter , paternisque hac viâ opibus consumtis , &
universâ , quam docendo , & de jure respondendo
plurimam coegerat , pecuniâ effusâ , ad extremam
deductus inopiam , quod vel funeri suppeteret , reli-
quit post obitum profecto nihil ; atque hac unice
de causa semper egens , ac novi conquirendi aeris
intemperanter avidus , in praevaricationis dilapsus
ignominiam , non raro , mutatis dumtaxat litigato-
rum nominibus , utrique parti consuluisse depre-
henditur . Dum haec commemorabat Herminius ,
nescio quis supervenit , & , veniâ benigne petitâ ,
clam ad ejus aures loquitur . Herminius post exce-
ptum tacite sermonem , ad nos conversus , parci-
te , inquit , Sodales amantissimi , si verba ulterius fa-
cere desinam ; aliò vocor ; & invitus a vobis disjun-
gor ; me res insperato suborta a dulcissimo consortio
vestro subtrahit repugnantem : Caeterum illud mo-
neo , Martinum Fani Fortunae in notandis ex or-
dine suo Scriptoribus Marco Mantuâ potissimum
fuisse usum , qui omnia ad ipsum accurate , ac bo-
nâ fide pertulit , quae ab hiscemet Scriptoribus edita
palam fuerant , ut sese mutuo dilaniarent ; quaeque
ipse Mantua , post suam Virorum illustrium epitomen ,
diligenter in unum collegerat . Nos Herminio disce-
denti grates maximas & fronte hilari , & tenerâ ora-
tione agimus . Dein , officii causâ , cum Gn. Lentulo
paullo amplius immoramus ; cui & loci indolem , &
sitûs amoenitatem , & elegantiam rerum satis abun-

de commendavimus, non sine tacitâ, ac ingenti ipsius Lentuli voluptate: Tandem, vale vicissim dicto, illinc commigravimus.

Dum in reditu ad tectum nos ferebamur, & nox jam prope impendebat, per iter Rutilium, adolescentem, nobis carissimum, invenimus; qui rogat, ut una secum ad aedes suas pergamus; & coenâ, inquit vos primum, quantum amicitia nostra fert, excipiam; subinde carmen vobis recitabo lepidissimum, quod nuperrime mihi traditum, & a me avide lectum, vobis reticendum, minime censeo. Nos parvimus amato adolescenti; & illius sequimur vestigia. Pulsat Rutilius fores; adeat ancilla, grata, & venustula; inconsulto januam pandit; & ad aspectum Hospitum, cum Domino suo advenientium, ut erat in curam domesticam operosa, crinibus discinta, & subuculâ circa lacertos complicatâ, perque lumbos succinctâ ad facilitatem servitii pallâ, quasi non satis bene composita, nec decenter prae suo genio ornata, modestiam intra verecundum risum componit, & nescio quid tacite proferens, fugit. Rutilius illam objurgat; & ad nos oculos convertens, ait, habeo domi puellulam istam, quam vidistis, argutulam nimis; Vetula, sive mater, seu nutrix ea sit, in cuius tutela est, somno obsita, & vinosâ, ut plerumque est, parum evigilat in Natae moribus; quamobrem juvencula, ad jocum, & risum unice videtur facta; caetera curat parum, aut nihil. Nos ad haec subrisimus; & una consedimus; paullo post non insuavibus, nec rustice partis cibis Rutilius nos refecit, & promissa Elegorum recitatione animum mirifice recreavit; Erant enim Elegi a nescio quo false, & acute exarati, qui peisi-

JURISCONSULTORUM. 251

pessimam , ac veluti assiduam oblatratricem nactus
Uxorem , de ea non falso , nec infacete in hunc
ferme modum querebatur ,

*Est mibi grande malum , nimis intolerabilis Uxor ;
Uxor , quae afficitat noble , dieque domum .*

*Vivo miser sine pace ; nec est , quæ sublever , ulla
Seu spes , seu tanto prompta medela malo .*

*Vanum consilium , vana est prudentia ; nescis ,
Quid facias ; nescis , quis dare possit opem .*

*Poenitusse , nihil prodest : Et caelibus otij ,
Poena est , transactos commemorare dies .*

*Ferre libenter onus , superest : nam discimus usum ,
Ferre minus , qui scit , ferre libenter onus ;
Sed qui proposito bis , ter , quater haereat isto ,
Haerebitne tenax ulteriore vice ?*

*Difficile est durare ; suos patientia fines
Servat , si est leviter , non stimulata nimis .*

*Ecce tibi , qui sint mores , quibus utitur Uxor ;
Ecce , in perniciem quid struat illa meam .*

*Non est ulla dies , non ulla est protinus hora ,
Quæ vel abit placide , vel sine lite redit .*

*Non vult illa , quod ipse volo : cur ? non quia vere
Non vult ; sed quia idem , me quoque velle , sciat .*

*Quod tento , quod ago , spectat ; quo sentet , agatque
Oppositum ingenio quod putat esse meo .*

*Non alia , ut monui , de causâ , quam quia gaudet ,
Quod nec amor , nec pax , nec sit in aede quies .*

*Si vigilo , vigilare nequit ; dormire recusat ,
Si me dormitum forsitan ire , videt .*

*Si placeat mansisse domi , fremit aspera ; clamans ,
Affidue lateri Vir mibi sutus adeat .*

*Si procul abscedo, nostra est absentia crimen,
 Meque domo, atque a se semper abesse, dolet.*
*Si laetor, censet laetum insanire maritum;
 Si queror, indocilem nuncupat illa Virum.*
Si loquor, ab! inquit, laceras mibi futilis aures;
Si taceo, insulsi quid meditaris? ait.
*Dii nolint; Et me cernat convivia Amicis
 Instruere; en, inquit, ut male fundit opes.*
Dii nolint: aliquam Mulierem e more salutem,
Fractam jam metuit suspicosa fidem;
*Et jam prodor, ait, jam sum male visa, medullas.
 Infidi exercet jam nova flamma Viri.*
O pulchra, o dulcis concordia! quis mibi detur,
Vita qui possit commodiore frui?
Non tamen his solum ornatur virtutibus Uxor,
Sunt aliae, quibus est semper amanda magis:
Prodiga in expensis, proprium quas patrat in usum;
Usus ubi talis deſtit, avara nimis;
Annulus, aut torques, aut gemma, aut vestis emenda est;
Sint, non sint nummi, non videt; inquit, eme.
Commoda sunt domui, vel sunt mibi forte paranda;
Non opus bis, inquit; differ, Et inde para.
Ut peccat crines, ut fese vestibus ornet,
Ut faciem minio perfricet, annus abit:
Si doleam: mora parva mibi prohibebitur, inquit;
Ergone sordida sim, sim male comta, jubes?
Caetera nil curat; totus vel corruat orbis,
Immota est, rebus prospicit una suis.
Quid referam, quae lis oritur, dum tempus edendi est;
Tunc, cum praecipue lite carere, juvat.
Ab caveas; Et sit pauxillo tardior hora,
Et superet medium vel semel illa diem,

Tan.

JURISCONSULTORUM. 253

Tange, inquit, Vir inepte, vide num frigida tactus
 Prandia sint; stomachum jam mihi cuncta movent.
 Olla diu, quae jam mihi putet, ab igne remota est;
 Jamque calent, cum sit nix liquefacta, merum;
 Ad prunas exusta caro est; sartagine frixa
 Exta bovis, dudum sicca, sapore carent.
 Tum sedet ad mensam, tacito traculentior ore;
 Rixandi causam re leviore capit.
 Immundas queritur patinas; non apta bibendo
 Pocula; non possum falsoque, piperque bene;
 Sordida purgandis manibus data linteal monstrat,
 Monstrat & apta parum findere cultra dapes.
 Si, tantis miser enectus cruciatibus, iram
 Explico, tunc solito durius illa furit.
 Non tibi pauper, ait, non est ignobilis Uxor,
 Ut tete hoc pacto, Vir sine mente, geras;
 Respic quam dederam dotem; non parvula, non est
 Dos promissa tibi, sed numerata statim;
 Respic Natales; ordo generosus Avorum
 Est mihi, cui famuli tu nequis esse loco.
 His distis quae forte dabis responsa? tacebis:
 Hac in re pugni, non mala verba juvant;
 Quam non flectis enim solidis rationibus, illa
 Flecti debebit asperiore modo.
 Haec tecum: sed si tecum mox jurgia cessent,
 Jurgandi in famulas causa parata cito est:
 Pensa dat immitti vultu, exactosque labores
 Poscit, perfekte iussa peracta volens;
 Ab! si quae mutit, si quae non protinus audit,
 Si quae servitio est forte parumper iners;
 Verberibus scapulas, faciemque & pectora tundet,
 Atque exossatas lassa relinquet humi;

Nulla

*Nulla illam pietas, nulla excusatio, nullae
 Aut lacrymae, aut lacrymis mixta querela moveret.
 Si dolor famulas; irascitur; en, ait, Uxor
 Posthabita est famulis; has amat, hinc faveat:
 Me miseram! hoc deerat, quod iniquo a Conjuge spreta,
 Vilius a famulis spernerer ipsa meis.
 Ah! qualis vobis fors nostra videtur, Amici?
 Quisnam, qui nostri non miseretur, adest?
 Credite; dulce magis, torri corpus ab igne,
 Dulce magis, medio ferre pericla mari;
 Credite; triste minus, lacerari a tigribus artus;
 Atque pati a canibus vulnera, triste minus;
 Quam durā, indomitā, cerebrosam, atq; omnibus actā
 Uxorem furiis sustinuisse domi.*

Dum isti recitabantur elegi, aegre risum vel tertio quoque versiculo nos continere potuimus, ubi tam vere, ubi tam lepide, ubi tam minute infelicitis mariti acerbos casus, nec injustas describi querelas cognovimus; quare, contenti solatio ab his tam jucunde percepto, discessimus; & domum nos recepimus.

Diebus proxime insequentibus, nequaquam animum ab iis, quae per Censorem gesta sunt, avertimus; &, inter plures, qui nobis obiciuntur, rerum eventus, ille nobis accidit perjundus, quem non piget referre. Suo videbatur Patricius Censor deesse muneri, nisi Francisco Duarenlo, Gallo, satisfaceret, qui ne latum quidem unguem ab Ipso discedebat; & nescio qua die domi salutandum accerferat, ⁹⁵ traditâ quadam epistolâ acri, ac perpolitâ, ubi in

Pla-

⁹⁵ Traditâ quadam epistolâ acri, tenus scripsit ad Franciscum Falac perpolitâ] Quam Franciscus Dua- ciuinum.

Plagiarios, & scriptorum alienorum Compilatores solide, & pro re tam gravi multa congesserat erudite; & saepius ajebat; quidam in me ardens fervet spiritus perdendi, enecandique homines furtis, ac rapienis alienorum laborum, Jurisconsultos repente factos: Nam aut dolet, diuturnis me vigiliis id assēcutum, quod illi, somniculosē se agentes, obtinent extemplo; aut poenitet, non hoc ipsum tentasse me, quoties hī scelus hoc ferunt impune, & sui flagitii praemium sperant, & assēquuntur in contemtū eorum, qui longo studiorum curriculo in id pro virili parte incumbunt, ut, nullis circumscriptos angustiis, ingeniarum Artium extendant fines, nobilitentque feliciter progressus, moti ⁹⁶ Senecae dīctis, qui inquit;

Agamus bonum Patrem familiæ: Faciamus ampliora, quae accepimus; Major ista haereditas a me ad posteros transcat: Multum adhuc restat operis; multumque restabit, nec ulli nato post mille secula praecludetur occasio aliquid adhuc adiiciendi. Tuae igitur erunt partes, Censor ornatissime, ut hosce plētas, ac prorsus ab hac Republica expellas plagiarios, ne posthac illud in ludibrium sapientiae jaſtitent,

Conveſtare juvat praedas, Et vivere rapto.

Cato, demas, inquit, hanc tibi curam; voti fies brevi compos; honesta petis; & desinerem Catonem esse, si honesta petenti honeste non assēntirer. His vocibus Duarenus erectus in spem contundendi multorum insolentiam, Amicos compellabat; &, quid apud Censorem effecerat, tamquam suo desiderio potitus, laetus ordine suo retegebat. Plerique rem aut ex omni parte non probabant, aut aperte refellebant, futurāmque periculi plenam, non falso auspicabantur.

⁹⁶ Senecae dīctis] In epistola 64.

tur. Ad Cujacium, & Eruditos alios rumor pervernit, qui, morae impatientes, ad Duarenum se contulere: domum petunt, non inveniunt; servum rogant, ubi sit; negat hic scire; adeunt loca pleraque, ducti suspicione assuetae ejus frequentiae, operam perdunt; desperati vias diversas singuli collustrant, ut si uni, aut alteri non succedat eventus, sit aliquis, quem non fallat diligentia; reperitur tandem a Cujacio ante porticum Martini Fani Fortunae, plebei Censoris, quem etiam eâ de causâ Duarenus convenerat, ut in sensu suos fleteret, & facilem Catoni pararet. Cujacius, acceptâ Duareni dexterâ, & inter utramque manum suam tenaci vinculo custoditâ, Quid profecto agis, quid paras, Amice, inquit; retrahе quæso te ab incepto; parce ebullienti in perniciem tuam, nec sat tuto juvenilis animi consilio; profecto non tenes, non ante oculos obversatur, quid tibi contigerit, ubi in hac Republica ⁹⁷ epistolam, a te Andreæ Guillarto scriptam de ratione docendi, descendique Juris, nonnulli tui amatores vulgarunt? Illico animi in discordiam exciti, Senes quidam, suarum rerum tenaces, in te diras multas cumulare, & audaciam tuam multis argumentis ostendere: Opiniones enim veteres statim, & apertâ vi eradicare, difficile sane negotium est, contra illos præfertim, qui, diuturnâ successione, imperium ineptiarum sibi vindicarunt. Ad haec primum haesit Duarenus; Credidit, loqui Cujacium candide; sed domum receptus, remque, ut fit, iterum secum maturius volvens: sane, inquit, hoc non

⁹⁷ Epistolam, a te Andreæ] seruit, scriptis mandata tradidit, Guillarto scriptam] Cui, ea quæ ac communicavit. voce super hoc argumento edis-

nón bene convenit ; suspecta mihi Cujacii diligentia est ; rogit , suadet , ut ab incepto abstineam ; quid hoc ad se ? malum meo jumento mihi accerso ; esto ; nihil hoc illi commune ; tantāne mei curā tenetur , ut sua , quae aliena sunt , existimet pericula ? Ni falsus animi sum ; video , quorsum haec tendant ; timet Cujacius , ne , si , operā meā , conquirendis furibus Censor vacet , aliquid capiat detrimenti nomen suum , caeteroquin egregium ; non enim me latet , ipsum non ita fuisse scrupulosum , ut ab alienis accurate rapiendis , inque rem suam vertendis , manus arcuerit ; sed minus hoc illi culpae verterem , ni & illud accederet , quod plerumque , ingrati animi viatio , eos , aut tacite , aut aperte contemnat , a quibus mutuaverat non pauca ; id fieri ex industria , plane cognosco ; sed improba calliditas semper laude caruit ; saltem illos silentio praeteriisset , imitatus Plinium seniorem , ⁹⁸ qui Dioscoridis , cuius omnia fere scripta sine pudore suis intermisctuit , nullibi meminit ; non omni quidem indignus veniā dolus foret , nec , iniquitatis accusata , coargueretur industria. Quae secum una Duarenus recensebat , ubique palam vulgabat , nec satis bene Cujacii famae consulebat . Nemini tamen id mirum visum est ; pro comperto enim omnes habebant , veteres , nec obscuras ⁹⁹ inter Duarenum , &

Kk Cu-

⁹⁸ Qui Dioscoridis , cuius &c.] sono scriptae , haec memorat ; Bilibald. Pirckheim. in Respons. Habuit Cujacius acres contentiones cum Duarenio , quem alioquin ad Occolampad. de ver. Christ. carne , A. 4.

⁹⁹ Inter Duarenum , & Cujaciū it erum revixisse simulantes ;] Frierder. Jac. Leickherus in notis , ap-positis vitae Jac. Cujacii , a Mal-

Habuit Cujacius acres contentiones cum Duarenio , quem alioquin in epist. ad Margaritam , Ducem Sabaudiae , & Biturigum , fine exemplo maximum Jurisperudenter decus praedicat , teste Thuano lib. 23. Histor. Ex eoque non ob-
scu

Cujacium iterum revixisse simultates ; & , eâ de causa , Duarenun ad has discordias lubentius devenisse . Interea nobis renunciatum est , inertem , ac ociosum minime sese Cujacium gerere , & , reiectâ Duarenii sententiâ non flectendi animum suum ab instituto , aliud , atque aliud tentare ; timebat profecto non parum , ne in aliorum concederet manus tractus ille Dialogi sexti Alberici Gentilis , ¹ ubi sua fur-

suras simultates , inter auditores &c. Tu vide meos Interpretes ad exortas esse , ita , ut schola Bituricensis in partes scinderetur , ob l. captatorias 70. D. de Hereditate sit. & ad l. captatoria 64. D. de idque magis periculum imminaret , nisi cessisset Cujacius , & Valentiam migravisset : quo nomine leg. 1. & si Cujacius quidquam ex postea se Duarenii memoriae plurimus debere praedicabat ; cuius aemulatione factum esset , ut Juris professionem , quam tunc juvenis , seu praepostero Parentum consilio , seu aetatis levitate deserere potuisset , semel apprehensam mordicus retinuisset , & ad eam exornandam , tam sedulam , & affiduam operam totâ vitâ impendisset .

¹ Ubi sua fulta manifesta deguntur] Haec habet Albericus Gentilis in Dialogo sexto , nuncupato Antipater circa finem : Quid tenet ? antiquorum sententias antiquis reddo , & a Cujacio vindico ; doceo , quae , quantumque sua sint . An legatum in extranei voluntatem transferri possit ? magna , ait , quaestio est , sed omnissimis Interpretum traditionibus

l. captatorias 70. D. de Hereditate sit. & ad l. captatoria 64. D. de idque magis periculum imminaret , nisi cessisset Cujacius , & Valentiam migravisset : quo nomine leg. 1. & si Cujacius quidquam ex postea se Duarenii memoriae plurimus debere praedicabat ; cuius aemulatione factum esset , ut Juris professionem , quam tunc juvenis , seu praepostero Parentum consilio , seu aetatis levitate deserere potuisset , semel apprehensam mordicus retinuisset , & ad eam exornandam , tam sedulam , & affiduam operam totâ vitâ impendisset .

Mentiar , si Baldo non vindicabitur ratio solutionis ad l. pen. C. de part. , si Jasoni ipsa solutio . At ex Caffiodoro multas ipse apponit lineas multarum margaritarum . Mentiar , si eidem Jasoni non restituio pleraque omnia , quae scribit Cujacius cap. 11. lib. 2. Obscuratio , reliquis , & illis ipsis commentariis ad §. Callimachus , de quo agitur : sed & aliquid Parergis Alciati . Simius Cujacio , quae ex Tertulliano docet , & Plutarcho ; quae ex Catone alibi , & Arnobio . Quanta vero Cosmographica , & historica in cap. 13. ille adolescens , qui scit , an voluerit domini dicere , quae a nobis audiret , aliena esse pleraque , quae sua facit ? Quae de partis rarissima ?

furta manifesto deteguntur. Quamobrem in aedem suam invitat praestantissimos olim discipulos suos P. Fabrum, P. Pithoeum, Gulielmum Maranum, Janum Acostam; eosque, ² non immemor munificentiae, quam vivens apprime coluit, excipit honorificentissime; postea omne Duareni aperit institutum; & in haec verba familiariter loquitur. Dilectae mihi, & Musis animae, quid aliud est, quod tam avide exoptat Duarenus, quam nostram, omnemque literariam Rempublicam, juvenili quadam audaciâ, subvertere? Quorum, per vestram fidem, furta vult insequi? doctissimorum Virorumne? an turpis Scriptorum faecis? videte hominis insipientiam; primos si infestetur, maxima injuria est; si posteriores, inutilis proculdubio conatus. Ergone (ut de primis loquar, & deinde ad posteriores deveniam) ergone in hoc discrimen adducet ³ Platonem, ⁴ Aristotelem,

K k 2 de

ma? Jason scilicet non dixit in §. quinimo, & in §. ideo l. jurisgentium? Nec Euro? Quae de diebus continuis, & utilibus, annoque utili sublate? Nemo videlicet accertet Accurſianus. Sed l. 2. D. de re. cred. male usque ad Cujacium a Latinis accepta; iſſe initium ad eum, qui per Deum pejerat, referendum putat: Audi vel Bartolum, primo loquitur de eo, qui juravit per Deum, &c. Qui igitur iſſe Latini, qui referunt ad eum, qui pejerat per Principem? Immo sunt; Duarenus est, in disputationibus anniversariis lib. 2. cap. 37. Jam intelligo Cujicum &c.

² Non immemor munificentiae, quam vivens apprime coluit,] Ita Papirius Massonius in vita Cujacii; Interdum vero, omisso studiorum laboribus, relaxabat animum curis, atque epulabatur laetius, sumtibus etiam suis, cum selectissimis Auditoribus, idque ruri.

³ Platonem,] Thom. de Plag. num. §22. & §23.

⁴ Aristotelem,] Hen. Corn. Agripp. cap. §4. de vanit. Scient. ait; Hic ille est Aristoteles, &c. qui veterum dicta compilatus, maligneque interpretatus, ingenii laudem furto, ac calumnia quae- fuit.

de quibus nec pauca , nec levia memorantur farta?
Porro quem praeter hos non inveniet , cui notam
hanc non inuret , aut ex veteribus , aut ex recen-
tioribus , quos colimus , & veneramur ? & an ex Te-
rentio illud non tenet Duarenus ?

Nullum est jam dictum , quod non dictum sit prius;

Quare aequum est vos cognoscere , atque ignoroscere ,

Quae veteres factitarunt , si faciunt novi .

Sane eo res hac viâ perveniet , ut adolescentuli e
nupero foetu , impudentissime facti egregiorum ope-
rum castigatores , si aliud , quod dicant , non ha-
beant , huc confugiant , & obtorto naso , Auctores ita
maligne laudent , ut optima esse quae scribunt , fa-
teantur ; propria esse , cum plausu , & cachinno ne-
gent . I , quaeso , & hanc opinionem evellas , si po-
tes ; quaecunque afferes , solida , & vera , speciem
praeferre frigidae excusationis , omnes putabunt , &
illis nos velle imponere , credent obstinate . Sin ve-
ro ad comprimendos Scriptores notae infimae inso-
lenter se Duarenus convertit , ludit operam suam ;
anne inter minores horum hominum ineptias fu-
randi licentia locanda est ? quaecunque enim hi ab
aliis excerptunt , aut optima sunt , & rebus addi-
ta futilibus ridiculum prorsus , non absolutum no-
bis exhibent Auctorem ; aut peffima , & nihil ex his
commodi ineptus fur capit , nisi quod invisa pu-
dendorum laborum suorum molem augeat , quâ ,
si furto parceret , minus indigne gravaretur . Rogo
vos igitur , ut malo paulatim nascenti una mecum
fidem , ac prudentiam vestram obiiciatis ; per Ami-
cos , Socios , Clientes in antecessum , priusquam iners ,

ac .

*¶ An ex Terentio illud non Eunuch. , ubi Comicus purgat se
tenet Duarenus ?] In prologo ab adversariis objicitis.*

ac tarda vulneri accedat medela , palam vulgate , opus non esse , exagitari fures , ipsos se suo crimine prodi , decere hac in re , magis negligentia uti , quae concordiae faveat , quam , quae turbas concitet , nocuâ , importunâque solertia . Haec Cuacius ; solutoque congressu , quisque domum se recipit . Posterâ die , vacant omnes implendis Cujacit jussis ; & ut negocium succedat prospere , ex compaeto statuunt , curandum , ut rumor hic ad illorum potissimum aures perveniret , qui maxime hac culpâ tenebantur ; facilime enim hos sibiipsis prospeturos , sperabant ; atque ita , omniaibus expulsis timoribus , rem fore in vado salutis . Jamque sermones publice , privatimque hac super re diffunduntur . Nescio quis Baldum conreditur , refert , quae palam jactantur ; Baldus irâ percitus , quid novi , inquit , imberbes , audacesque Juvenes machinantur ? efficiam ut ipsos instituti poeniteat ; multum enim Ille animo discruciat , ⁶ quippe qui Jacobum Palliarensem , praceptorum suum probe corraferat ; quamobrem hoc accepto nuncio factus est omnium miserorum miserrimus . Gulielmus Durantus , is , qui librum edidit , titulumque indidit , *Speculum* , ⁷ cum plurima a Joanne Blanasco , & Jo: Fafolo Pisano imperterritus in rem suam eripuisset , factus Duarenii consilii particeps , metuit , ne quid mali sibi accideret ; & diu , quo se verteret , fluctuavit cogitabundus ; Tandem in preces descendere , & utros

⁶ Quippe qui Jacobum Palliarensem , praceptorum suum probe corraferat ;] Guidus Panzirolus de clar. leg. Interp. lib. 2. cap. 33. & 38.

⁷ Cum plurima a Joanne Blanasco , & Jo: Fafolo Pisano &c.] Id. Panzirol. ibidem lib. 2. cap.

utrosque sibi conciliare , decrevit ; Pergit ad eorum
tecta ; rogat , ne quae ipse ab eis exceperat , palam
exponerent : Ambo , dissimulata injuriā , jubent , ae-
quo animo illum discedere ; sed ostentatam inspera-
to occasionem putant non amittendam , & nescio
cui negocium dant , ut in medium Gulielmi crimen
proferat , proprio veluti instituto , ne qua suspicio in
vulgus manaret , ab ipsis impelli . Joannes An-
dereae , is , qui nonnulla Duranti speculo addidit , sta-
re tuiore loco , videbatur , ubi haec rescivit ;
³ quamvis enim responsa Oldradi de Ponte ad sua
transtulisset commoda , ⁹ nihil ab adversario , moribus
qui fuerat praeditus impudentissimis , veritus est ;
quippe Oldradus Clientes prodidit non raro , & a
Pontifice Romano in Senatu , perfidiae nomine , ob-
jurgatus , moerore affectus , diem turpiter clausit ex-
tremum ; quamobrem eā in regione , infensus pene
omnibus , clam domi plerumque se continebat ; ¹⁰ a
Baldo tamen , qui olim furti eum accusavit , time-
bat profectio parum , cum , illum eodem versari in
periculo , cognovisset . Prodire in publicum non vi-
debatur Bartolus ; opinabantur nonnulli , in amoenum
fortasse collem , uti habebat in deliciis , cum ocio-
sus scribendo vacaret , secessisse : quidam vero su-
spiciosi homines , & invidi , Bartoli absentiam alio refe-
rebant , ad verecundiam nimirum , quam aegre in pu-
blico sustinuisset , si forte ab aliquo , uti metuebat ,
au-

³ Quamvis enim responsa Ol- in l. 17. C. ex quib. caus. inf. ir-
dradi de Ponte ad sua transtulisset rog.

commoda ,] Panzirolus eodem li- ¹⁰ A Baldo tamen , qui olim
bello , lib. 2. cap. 52. furti eum accusavit , &c.] In ad-

⁹ Nihil ab adversario , mori- dit. ad Spec. de concess. præb.
bus quisuerat , &c.] Pau. Castr.

JURISCONSULTORUM. 263

audiret, ¹¹ ipsum a Francisco Tigrino Pisano plurima surripuisse: sed, qui hanc conjecturam refellerent, non desuere; eo potissimum moti argumento, quod difficili negocio Bartoli furtar deprehendi possent, ¹² cum Tigrini scripta, teste Angelo, jamdiu periissent. Ridiculum interea spectaculum exhibuit bellum, hac super re repente exortum, tres inter Jurisconsultos, Alexandrum Tartagnum, Ludovicum Romanum, & Jasonem Mainum, qui sua invicem referare furtar, contendebant; quippe illud verissimum est, ¹³ quod graeco versiculo concluditur,

Eγνω δὲ φῶρ πεφῶρα, καὶ λύκος λύκον.

Furemque fur cognovit, οὐ lupum lupus.

Cum primum enim contra Plagiarios rumor increbuit, passim plurimorum querelae reboabant; nullusque Civitatis angulus coetu feriorum hominum, ligna flammis, uti dicitur, suggerentium, vacabat: Ludovicus aetate, ut erat, fervida, trigesimum pene agens annum, quo pestilentia fuerat abreptus, indigno ferebat animo, ¹⁴ Alexandrum, auditorem suum, plurima ab operibus suis diripuisse; Idem egisset Joannes Imola, ¹⁵ quem aequa bene expilaverat Ale-

xan-

¹¹ *Ipsum a Francisco Tigrino Pisano plurima surripuisse,]* Jo: Fichardus in vita Bartoli id refert, additque, quod veterum quoque nomina tacuerit Bartolus, & illorum inventa sibi sumferit, praecipue autem Nicolai de Matarelis Mutinensis antiqui Doctoris, cuius permultas opiniones sibi adscripserit.

¹² *Cum Tigrini scripta, teste Angelo, jamdiu periissent,]* Mar-

cus Mantua in epit. Viror. illust. num. 102.

¹³ *Quod graeco versiculo concluditur,]* Hunc senarium citat Aristoteles lib. 7. Moralium Eudemiorum.

¹⁴ *Alexandrum, auditorem suū, plurima ab operibus suis diripuisse,]* Panzir. ibid. ut sup. lib. 2. c. 112.

¹⁵ *Quem aequa bene expilaverat Alexander,]* Ut in citato libro, & capite Panziroli.

xander; sed ab hoc se se abstinuit, ne sibi illud ob*iiceretur*, ¹⁶ quod sortis esset obscurae, & cognomen a regione, ubi natus est, non a familiâ, quam nullam habuit, desumserit. Ad Alexandrum fero hujus querelae fama pervenit, ¹⁷ quippe qui Musicae, & Venationi mancipatus, curas omnes, molestiasque abiecerat: postea vero quam haec a nonnullis accepit, primum, utpote Vir singularis modestiae, prudenter injuriis pepercit; Denique cum nimium laedi aestimationem suam, praesentiret, ne ab ea auctoritate, quam summam obtinebat, decederet, defensionem suam aggressus est; Nec enim, turpe reputari, ajebat, ab alienis scriptis aliquid mutuo accipere, cum fiat id caute, sapienterque; difficile in Jurisprudentia prorsum esse, non adhaerere peculiariter scriptis alicujus, qui doctrinâ excellat: & ad comprobanda ejus dīcta ¹⁸ illud ex Terentio afferebat;

*Nam quod rumores distulerunt malevoli,
Multas contaminasse Graecas, dum facit
Paucas Latinas: Factum Hic esse id, non negat;
Neque id se pigere; Et deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere, id facere, quod illi fecerunt, putat.*

Porro relaxatâ paullum modestiâ, nam, ¹⁹ ut recte monet Phaedrus, *bomo simul ac venit in magnum periculum, effugium reperire alterius quaerit malo,*

ad-

¹⁶ Quod sortis esset obscurae] Ex ipsomet Panzirolo cap. 88. lxxl. libri 2.

a Panzirol. c. superius notato 112.
¹⁸ Illud ex Terentio afferebat; In prologo Heautont.

¹⁷ Quippe qui Musicae, & Venationi mancipatus,] Traditur

¹⁹ Ut recte monet Phaedrus,] Lib. 4. fab. 8.

addebat, multo pejus factum ab Jasone Maino,²⁰ qui ex instituto nedum Hieronymi Torti Papiensis, & aliorum laboribus libenter fruebatur,²¹ sed integrum ipsius Alexandri tractatum de actionibus sibi ipsi adscribere, & in lucem edere, minime erubuit. Ignominiam suam subodoratus Jason, furore correptus est, & contumeliis habenas laxavit. Alexandri objecta primum obstinate negat; postea ex industria rem omnem involvit, uti fit, cum caetera deficiunt omnia; jactat denique audacter, se lapidem omnem moturum, ut Alejandro de hac maxime doleret injuria. Horum, quae Jason in vulgus serebat, certior factus Alexander, ridens, ajebat; delirat hic homo,²² & uti fuerat olim mentis impos, profecto non aliter se in hac Republica gerit; contundenda est illi media capitinis vena, nec aliud est huic opportunius morbo remedium. Tentarunt multi hos Jurisconsultos inter se conciliare. Panormitanus, Ludovico Romano singulari amicitia conjunctus, eidem suadebat, ut de hoc verbum in posterum faceret nullum; dedecere Virum famam celebrem, ad has querelas tam inverecunde excurrere. Alexandrum Tartagnum lenibant Joannes Anania, & Gaspar Arrengherius, Praeceptores olim sui, iisdem fere argumentis, & res prospere successit. In placando Jason

L1 du-

²⁰ Qui ex instituto nedum Hieronymi Torti Papiensis, & alio-

²¹ Sed integrum ipsius Ale-

xandri tractatum de actionibus]

Apostil. ad cons. 62., & 163. De-

²² Et uti fuerat olim mentis impos, profecto, &c.] Panzirolus pro-

rum &c.] Panzirolus lib. 2. cap. 127. xime laudato capite 127. ; ubi

haec ; Ferunt, eum senio conse-

ctum delirasse, & saepe a Com.

Hippolyto ex fratre nepote pugnis

caesum fuisse.

durior provincia ; ²³ e tenui enim , sordidâque ad ampliorem , honorificamque evectus fortunam , illo maculatus est vitio , familiare quod est hominibus farinae hujuscemodi , ut inflentur opinione sui , despiciant cunctos , superbo se gerant vultu , nec ab aliis suaviter flecti , & manu veluti medicâ curari , patiantur : Verum , ut usu solet plerumque evenire , inventiunt hi infensos contemtores facillime , potissimum cum res adversae eunt , & velint , nolint , tunc maxime ridentur , & conculcantur ; Jafoni non secus accidit ; palam omnes , arreptâ per has discordias occasione , illum non solum latrocinii , rapinisque incumbere , vulgarunt , sed deteriora obiici posse , contendebant : ²⁴ nimirum , non multum ingenio acutum , ob ancipites mentis fluctuationes , a se expositos Juris articulos non decidisse ; male percepta aliorum argumenta non semel recitasse ; ac in referendis recepitis opinionibus nonnunquam fuisse deceptum . Hic sparsus , diffususque rumor animum Jafonis acerbe perculit , qui coepit elatos spiritus , ac superbientes remittere , & ad preces , quarum fuerat insolens , excurrens ; Invidebat Accursio , qui jamdiu e Republica secesserat ; quique in hisce calamitatibus pessime forsitan de se audiret ; & fur alienarum glossarum per ora vulgi differretur : Hac igitur de causâ Jason paullum anceps haeserat , & quid consilii caperet , diu animo versavit ; placebat , hanc Rempublicam deserere ; sed tam praeci-
pi-

²³ E tenui enim , sordidâque catus est ; Rip. in e. in caeteros ad ampliorem , &c.] Andreotus Mainus ex ancilla Annette concubina Jasonem filium suscepit , qui paulo sordidius , uti non legitimo natus matrimonio , edu-

4. in prin. x. de Rescript.

²⁴ Nimirum , non multum ingenio acutum ,] Habes omnia hic descripta apud Panziolum saepius memorato capite 127.

pitanter hanc rem tentare , non sat decorum censuit ; statuit , mentem suam Amicis aperire , & maturius negotium perpendere . Interea forensium Jurisconsultorum natio parvi hasce faciebat controversias ; & , quod mirum erat , quidam de furtis suis impudenter gloriabantur ; resque eo pervenit , ut is optime de forensi disciplinâ videretur meritus , qui integros in opera sua transcripsisset Auctores : saepe enim in hisce libris vix unum invenias , aut alterum verbum , quo ad colliganda diffita Auctorum loca , homines parum delicati de suo utantur . Sed quia hic Scriptorum ordo nihil curabatur ; exceptis melioribus , quos habet Forum , reliquos in eorum insaniam immorari , & dignos commiseratione , falsâ gloriâ infeliciter pasci , sinebant Magistratus . Hactenus eruditos Interpretes nemo impetrere , furti nomine , ausus est ; sive , quod maiorem cultum , obsequiumque elegantiâ suarum lucubrationum sibi illi conciliauerint ; sive , quod aemuli putassent , operam suam ludere cum Viris emunctae naris , qui facili negocio tueri non sine decore , & gloriâ propriam causam , valerent . Nihilo tamen minus non paucos , timore affectos , aspiciebamus : compertrum sane experientiâ est , etiam iis , quibus firmiores sunt ad pugnandum vires , belli apparatus animos perturbare ; placuitque semper vel parum speciosa pax , quam periculosum dubiae victoriae certamen . Alciati pectus inter alios hic praecipue metus occupavit ; Probe enim noverat ille acrem , ac incitatam Francisci Robortelli indolem , qui (²⁵ ut lepide describitur a nonnullis) parem ferre olim non posse terat ,

²⁵ Ut lepide describitur a nonnullis] Robortello descriptionem ab Menchenio in periali Vicentino mutuo , ut ipsa sua Charlataneria , qui allatam de met testatur , accepit .

terat , turgidâ mentis agebatur ferociâ , & civilis ar-
rae cupiditate ; quamobrem nullus aut in secundis
Robortello elatior , aut infractior in adversis est in-
ventus ; dubitabat iccireo cum isto manus conferere
Alciatus , ne quis crederet , ²⁶ vere ab hoc plurima
desumisse , uti superbe Robortellus vulgavit . Sed Al-
ciatus aliunde non parum timebat : Jactaverat enim
ipse in contemptum veterum Interpretum e schola Ac-
cursii , & Bartoli , ²⁷ quod horum nemo , suarum
conscius virium , aggredi ausus sit commentarium
tituli Pandectarum de *Verborum significatione* , in
quo uno interpretando fuisset quammaxime necessa-
ria cultissimae humanitatis studia , quorum fuerant
illi prorsus inopes , ac jejuni ; Bartolus , Baldus , Ale-
xander , Angelus , aliquie ex hac gente , in vindic-
tam hujus probri , saepius ea , & sane non pauca ,
quae ab ipsis Alciatus , commentator princeps , ac il-
lustris illius tituli , decerpserat , ²⁸ plaudentes digito
monstrabant ; atque ita suo consulerunt honori ,
reddideruntque Alciatum minus , quo fieri posset ,
elatum in rebus suis tam gloriose , ac magnifice com-
men-

²⁶ Vere ab hoc plurima desum-
isse ,] Vid. Car. Sigon. lib. 1. Emend.
advers. Robort. cap. 17. & 47.

²⁷ Quod horum nemo , suarum
conscius virium , &c.] Ita Alcia-
tus in praefatione ante libr. de
Verbor. sign.

²⁸ Plaudentes digito monstra-
bant] Albericus Gentilis dialo-
go 2. qui inscribitur , Paulus ,
haec habet ; Ipse Alciati commen-
taria legi ; ad unumquodque ver-
bum offendit Bartoli , Accursii ,
Baldi , Alexandri , Alberici , An-

geli , Socini , Jasonis , caeterorum
nomina . An quia refutantur isto-
rum sententiae ? Rarum id factum
comperi : sed laudat passim eos
omnes Alciatus ad suas interpre-
tationes afferendas ; laudat in au-
tores suarum interpretationum .
Miror itaque , quod dicat , diffi-
sum viribus suis Bartolum , &
alios non esse ausos plene ad il-
lum titulum scribere ; si ita ap-
paret , ipsum ex illis pleraque
omnia congeffisse .

mendandis; Proinde non immerito verebatur Alciatus, ne acerbiores assurgerent adversarii, ubi isthaec parata ipsis tam fausta foret occasio, ac opportuna. Petrus Faber, & Hotomannus ignari, uti suspiciati sumus, hujus paullatim serpentis mali, alio animum convertebant; sed eorum Amici e re natâ conjectabant, facillime futurum, ut denuo acerrimae inter hos egregios Viros contentiones suborirentur, modo ad illos harum rerum fama pervenisset; pugnarentque,²⁹ uter eorum foret plagiarius, & e Briffonio nescio quid in emendatione cuiusdam legis Julii Paulli Jurisconsulti subdole rapuisset. Verum enim vero de Petro Pithaeo vulgo credebatur, hos ipsis nascentes conflictus plane non esse obscuros, eundemque laetâ fronte magnum animi moerorem dissimulare; ³⁰ cruciabatur enim conscientia rerum a Gilberto Cognato subtractarum; quam-

²⁹ Uter eorum foret plagiarius, & e Briffonio &c.] Thomas. de Plag. ait; Petrus Faber, cum legem quandam Paulli Jurisconsulti emendasset, in eaque Briffonium, qui jam anno 1588 emendationem banc ipsi praeceperat, nominavisset, non item Hotomannum, cui quindecennio post idem placuerat, ab hoc ideo accusatus plagiis sic se defendit, ut neget se plagiarium, quippe qui sua Briffonio rescriperit. De Hotomanni vero confessione nihil sibi tum ait constitisse: quam si maxime notam habuisset, taciturn se fuisse tamen, ne simul neceesse haberet, ejus e Briffonio,

qui prior scripsérat, plagium prodere.

³⁰ Cruciatibus enim conscientia rerum a Gilberto Cognato subtractaram;] Frider. Jac. Leickhester in Notis ad vitam Petri Pithoei, scriptari a Joha Mercero, haec habet; Ea tamen se apud Pitboeum lib. 1. Adve s. cap. 3. legere scribit Dn. Thomasius p. m. de Plagio literat. §. 210. quae totidem pene apicibus, & apud Gilbertum Cognatum leguntur; neutro interim alterius mentionem faciente; Uter alterum vel anticipaverit scribendo, vel de scribendo fit secutus, juxta cum signaris scio.

quamquam, si quid sinistrum, & minus pro voto si-
bi accidisset, paratus dicebatur ad se defendendum,
imperterritre accusaturus furti ipsum Gilbertum,
quasi is a se, non autem ipse ab eo quidquam foret
mutuatus, uti sane nec levis haec, nec paucorum fue-
rat suspicio. Praeterea ³¹ nisi auctoritate, ac pru-
dentiâ Jani Lascharis contentio inter Gulielmum Bu-
daeum, & Leonardum Porcium olim exorta, con-
sopita fuisset, rursus in hac Republica in iram ac-
censi, ut erat opinio sagaciorum hominum, arma
in mutuam ignominiam viriliter moverent; certa-
rentque vehementissimâ animi contentione, ut liqui-
do constaret, Budaeusne, an Porcius inventor esset
operis, quod scripserat uterque de *Aſſe*, ut quisque a
ſe parum honorificam furis notam averteret. In tan-
tâ rerum perturbatione illi ex eruditorum ordine
magis agitabantur irquieti, qui de Juris Civilis
origine, progressuque scribere aggressi sunt: In im-
mensum sane plerisque abhinc annis hujus scriptio-
nis crevit libido; ut, si velis, integrum, ac pree-
grandem bibliothecam, ex hisce libris compactam,
vel ad fastidium, habebis: sive quia infinitus in re
non admodum difficiili est concursus; sive quia rem
prius aut derelictam, aut cultam parum, plurimo-
rum pietas excitavit; & alter alterum feliciter ex-
scribendo, & colore vario, situque diverso idem pin-
gens

³¹ *Nisi auctoritate, ac pruden-* ingenuaque doctrinâ florens, qui,
tia Jani Lascharis &c.] Qui editis in Svetonium annotatio-
amicitiâ erat conjunctissimus tam
Gulielmo Budaeo, quam Leonar- nibus, praeclari inventi laudem
do Porcio. Hujus autem memo- nunc Budaeo, nunc Porcio tri-
ratae contentionis cauſam attu- buens, & utrique gratificari cu-
lit Baptista Egnatius, apud Ita- piens, ambos inter ſe commife-
los id temporis omni liberali,

gens argumentum , parens fit , & spectator partus speciosi . Verum jam homines sanioris palati stomachi palam , & exprobrare acerbum in modum turpes , ac inverecundas rapinas coepere ; neque satis desierunt ³² importunum Jo: Doviatii desiderium mirari , qui a Menagio accuratissimum , ejusque exquisitâ eruditione dignum de origine Juris commentarium , quasi intentatum aliquod opus , & insperatâ novitate egregium , expectabat . Janus Vincentius Gravina fuisus , & quadam elegantiori methodo tractatum hunc peregit , fervidisque adolescentibus praecipitanter in scientiis superbire cupientibus , facillimam per prima studiorum exordia viam stravit ; sed in hac Republica plausu , quem ipse pro suo pruritu sperabat immensum , si non omni prorsus caruit , votis tamen longe minore usus est : hostem enim , sane non contemnendum , naectus est , Jacobum Gothofredum , qui ³³ omnia ab operibus suis subtracta commemorabat : Adversarii Gravinae , ³⁴ forte quia ab eo olim appellati *faex literatorum* , Gothofredi querelam magnifice extollebant ; propriamque alienâ auctoritate ulciscebantur injuriam : Gravina , hoc accepto nuncio , non multum indoluit , sive ut patientiâ adversarios molliret , ac veritati cederet , cui vim inferre non feliciter succedit ; sive , ut suspicor , ne quem alium excitaret , qui amarulento carmine ipsum , ut olim eve-

³² Importunum Jo: Doviatii *Juris Mysteria* , atque ab alio ; desiderium mirari ,] In historia cui titulus *Fontes quatuor Juris Civilis Romanorum cap. 1. Civilis in unum collecti* .

³³ Omnia ab operibus suis subtracta commemorabat ,] Praesertim ab eo libello , qui inscribitur *Manuale Juris , seu Parva 180.*

³⁴ Forte quia ab eo olim appellati *faex Literatorum* ,] In libro *Originum Juris Civilis num.*

evenerat, truculentior impeteret.

Interea loci dum haec vel ab aliis relata accipimus, vel nosmet observamus, nescio qua die, quave occasione domi moram agentes, Atilius, ut sermone eruditus pro suo more otium falleret, incipit sic edifferere. Amici, nullum, inquit, ut opinor, Jurisconsultorum genus ad furtum magis egregie natum mihi videtur, quam eorum, qui super Institutionibus commentarios edidere. Estne inter vos, qui fures cognoverit istis impudentiores, audacioresque? Horum profecto partem maximam, exosam jam in hac Republica, quin immo in ipso Orbe universo, in majore famae discrimine in praesens versari, existimo. Fecerat (ut quisque vestrum probe tenet) ex lectissimis Veterum Jurisconsultorum Institutionibus suas Justinianus, concinnas, ac planas; consuluit brevitati; easque libris quatuor conclusit; ordinem appinxit elegantissimum; ut, quem in aliis libris Juris deesse, plurimi contendunt, in hoc uno convenire, omnes docti Viri affirmant, ³⁵ praeter Hotomannum, & si qui sit, qui cum Hotomanno ludere cupiat ingeniose; Omne interpretandi genus prolixum, ut a caeteris libris, ab his quoque, pro maiestate imperii, eiiciendum statuit; ut opus per se conspicuum, ac nitens, alienis, aut ineptiis, aut cavillis minime gravaretur. Graeci, qui post Justinianum, manus ad Jurisprudentiam admoverunt, in nullo sese opere religiosius gessere, quam in Institutionibus; Nam sive per invidiam, & aemulationem, sive quae alia causa fuerit, libri Pandectarum, & Codicis ex libidine Imperatorum, qui post Justinianum floruerunt,

³⁵ Praeter Hotomannum, &c.] logo 6. nuncupato, Antipater.
Vid. Albericus Gentilis in Dia-

runt, in formas fuere varias redacti, ac veluti novum ex iis opus conflatum; Institutiones vero praeter latiorem quandam Theophili versionem, seu potius Paraphrasim in Graecum sermonem, nullam vim passae, pristinum suorum natalium servarunt splendorem. Renata per Italiam Jurisprudentiam, primi Interpretes hoc apud posteros laudis meruerunt; quod brevibus eorum notis si minus lepide illustrarunt Institutiones, levarunt tamen, quod vel gratiae loco habendum est, fastidium, ac taedium legentium, contracto scribendi genere. Ire postea non nulli ad commentaria prolixiora, coepere: Indulsit inter primos fusiori calamo Joannes Faber; ³⁶ is a pluribus laudatur maxime; utinam, quae ab ipso incepit, desivisset in ipso tam late commentandi libido. Post Fabrum, per Angelum, & annis precedentibus, heu! quanta per alios constructa est misera, execrandaque commentariorum moles, in quibus, si fulta demas, reperies nihil. ³⁷ Viglius Zuichemus Friesius, post incultos Scriptores, summā, qua erat

Mm. prae-

³⁶ Is a pluribus laudatur] Videlicet exponens, nihil ultra desiderandum reliquit. Praeter luculentissimam banc interpretationem etiā Institutiones a Theophilo graece conscriptas, magno Studiosorum commodo in lucem emisit, quas ille, dum Constantinopoli Jus nostrum profitebatur, non paucis latius explicatis, in graecum idiomate veterat, ut Graecis latina legentibus Romanorum mores, & consuetudo penitus innotesceret.

³⁷ Viglius Zuichemus Friesius, Ita Guid. Panzirol. lib. 2. cap. 174. de clar.leg. Interp. de Viglio; Anno MDXXII. Pataxi in Professorum ordinem relatus, tantā ingenii felicitate, & facundia Justiniani. Institutiones explicavit, ut ante je alios longe surerant, prout Angelus Politianus peraverit. Siquidem candidissimā opinatur eloquentiā, exactioque judicio sibi

praeditus , ingenii felicitate , in explicandis , non sine luculentâ dictione , exactoque judicio , Institutionibus excelluit ; quamquam , an furti nomine sit insimulandus , dubio superest locus . Aemilius Ferrettus per ea circiter tempora , ³⁸ efflagitante Antonio Goveano , notas ad Institutiones scripsit ; ut illum , tunc maxime amoenioribus literis vacantem , ad Juris studium blandule incitaret , a quo nil , praeter illiberalem Interpretum scriptionem , averterat , in quibus nullus flos , nulla gratia , ac venus orationis nulla , sed perpetua , ac inepta consuetudo huc , & illuc aliud ex alio sine lepore , ac sine ordine miscendi , ac remiscendi : Eleganter has compegerat notas Ferrettus , quo Goveani delicatulum animum , cultiorisque doctrinae amantem , placide lactaret , ac sensim irretiret ; & in hoc praevenerat Cujacii sententiam , qui aliquot post annos huic haeserat opinioni , gravari nimirum Institutiones alio quovis commentario , praeter breves notas , ac dilucidas . Judicium Cujacii oppugnare conati sunt graves , nec pauci Scriptores ; inter hos , qui ejus fuerat perpetuus hostis , Albericus Gentilis ³⁹ Hotomannum , late

³⁸ Efflagitante Antonio Goveano ,] Ut patet ex epistolâ Aemilii Ferretti , ad Goveanum scriptâ , quae extat in vestibulo Institutionum , per notas a Ferretto explicatarum .

³⁹ Hotomannū , late se in ador- nandis Institutionibus &c.] Haec in citato dialogo Antipater habet Alb. Gentilis de Cujacii no- tis ad Institutiones ; Notae quid aliud ad Institutiones ? Sed Inter-

prete non indiget nitidissimus li- bellus : inscitia superiorum com- mentariorum vel has notas ex- torfit ; audacia posteriorum abutit- tur lenitudine Jacobaeâ . Quid ait ? non si quater ipse totus con- surgat , Fabro veteri Interpreti pi- lum movebit . An novis ? an Ho- tomanno ? is vel in eo uno ope- re plus praefixit omnino , quam in suis omnibus Cujacius praec- stare posset .

te sese in adornandis Institutionibus diffundentem
prae Cujacio magnifice extulit ; quid ni & ipsum
Joannem Fabrum ? ⁴⁰ Julius Pacius & ipse non ni-
mis Cujacio favet , contenditque longâ oratione ,
tanti Viri sententiam funditus evertere . ⁴¹ Non
alia sane prurigo Arnoldum Vinnium invasit , cui
plane Cujacius non bene satisfacit . Fortunam na-
tus est hic Interpres suis ad Institutiones commen-
tariis , ac notis nec sibi ingratam , nec ab aliis , mul-
to fortasse majore merito , occupatam ; Vetus est enim
omnium ante se gloriam praevertere ; quadere illud
vel ab ore vulgi quisquis accipiat , uni esse Vinnio
adhaerendum , si quae danda sit Institutionibus ope-
ra , sive quod candidum esse , ac cultum in dictio-
ne , studeat ; sive quod multa ex ordine congerat ;
sive quod eruditionem solidis rebus suayiter inter-
misceat . Juventus adeo hujus Scriptoris est perdite
amans ; ut eum deosculetur , celebret , extollat , &
quandoque eo dementiae deveniat , ut etiam ii , qui
sunt parum naturâ idonei ad ea dignoscenda , quae
Commentator alioquin accuratus recenset , sectatores
Vinnii se faciant , ac venditent , ne diligentiae , &
bonae indolis laudo careant : Janus Vincentius Gra-
vina non constans de Vinnio judicium tulit ; ⁴² ali-

M m 2 bi

⁴⁰ Julius Pacius & ipse non | Inst. Imper. Commentariis .
nimis Cujacio favet ,] In episto- | 42 Alibi laudat] In lib. 1.
la ad Nic. Fabricium D. de Ca- | Orig. Jur. Civil. num. 183. ait
las , & de Peirets , ante suam In- | Gravina ; Arnoldus Vinnius , Vir
stit. Imperial. Analysim . | lectissimus , cuius Commentariis In-

⁴¹ Non alia sane prurigo | stitutionum , omnium ante se ope-
Arnoldum Vinnium invasit ,] ra vincitur ; caususque in Notis
In praefatione ad Jurispruden- | earundem brevitas mire cum per-
tiae studiosos , praefixa suis ad spiculatae conspirat .

bi laudat, ⁴³ alibi maligne se agit; atque, ut Institutiones suas, quas promittebat, commendaret, Vinnio nescio quam notam inurit, illumque importunitis fuisse usum intercisionibus, testatur: Sed nihil horum curae erat Vinnio; videbat jam seponi Scriptores alios quoscumque, licet absolutissimos, qui huic operi valde insudarunt, neque hos amplius Librariorum industriam excitare ad iterum eorum opera excudenda; ipsum solum expeti, ipsum a Praeceptoribus anteponi caeteris omnibus, ipsum commendari, & nec semel, nec uno in loco recudi. Cujacii se-
tatores, ubi tantum audaciae, tantum superbi cuiusdam spiritus in Vinnio conspicati sunt; & non solum ab illo sententiam tanti Viri de illustrandis per notas, non autem per commentarios Institutionibus, aperte impugnari; verum etiam ab eodem inverecundis passim dictis Cujacium impetri; nimisrum; ⁴⁴ *Hic falsus est Cujacius...* ⁴⁵ *Hoc a Cujacio inconsidere dictum...*, quibus, dulci veluti condimento, opus aspergit suum; in furias acti, nullam aliam tentare viam rectissime autumant, quam occulta illius latrocinia reserare; quamobrem, praeter-

⁴³ *Alibi maligne se agit, &c.*] In principio nuper laudati operis, ad cupidam legum Juventutem scribens, pariter ait; *Quin, & nos Institutiones nostras nondum editas ita contareimus, ut, vitatis intercisionibus illis importunis, quibus utitur Vinnius, & alii. Commentariorum Autores, qui contextus verba e continenti suo divellunt, continuata oratione Justinianaeorum paragraphorum ordinem ser-*

⁴⁴ *Hic falsus est Cujacius...*] Vinn. lib. 2. Inst. tit. de militar. testam. in princ. num. 5. & alibi.

⁴⁵ *Hoc a Cujacio inconsidere dictum...*] Id. lib. 2. Inst. tit. quib. alienar. lic. vel non licet. §. 2. num. 4. & parum absurili formulâ alibi.

termisſis aliorum operum furtis , prolatis tantum
Gerardi Tuningii Institutionibus , ostendebant , her-
cle , non pauca ab hoc Scriptore , saepe etiam ipsiſſi-
ma verba temere nimis expilasse , ſane conſilio parum
cauto , nam ipsum eundem Auctorem , ⁴⁶ quem ipſe
in lucem edidit , tam improbe corrasit . Quid Vin-
nius egiffet in hoc ſuae famae diſcrimine , proſecto
me latet , nam diligentiā uſus ſum nullā , ut al-
quid reſcirem ; quod teneo , illud eſt , ſemper apud
ſagaciōres rerum aeftimatores potiorem fuifſe Cu-
jacii ſententiam . Sed statim ac fuſiori interpreta-
tioni brevitas antepoſita eſt , morbus e remedio ſuc-
crevit ; & optimā ſententia , importune a multitu-
dine arrepta , ivit ad odium , exſecrationemque ho-
minum literatorum : Post nonnullos , Wolkius ſua
ſcripsit erotemata , non ingrate excepta , ſaepius re-
cufa ; acceſſit & Antonius Perezius , & ſua , caetero-
quin politiſſima , vulgavit ; An ſatis haec erant , ut
pro bono publico huic moduſ. , huic requies ſcri-
ptio-

⁴⁶ Quem ipſe in lucem edi- partum edi ; atque ut maturare-
dit ,] Ita Arnoldus Vinnius in tur editio , multi , qui memoriam
epitola dedicat , appoſita in ve- Auctoris adhuc colunt , deſidera-
ſibulo Institutionum Ger. Tunin- bant . Opus erat typis nondum de-
gii ; Hunc itaque commentarium ſtitatum , ſed rude adhuc , & im-
(ſuper Institutionibus) cum Vir perfeſtum , plura in margine ad-
ela iſſimus Jo: Tuningius , Principi jecta , quam in ſerie textus poſita.
Henrico Naffavio a ſecretis , bujus Deerat , quia ea , quae incondite
noſtri frater , nobis exhibuſſet , Auctor congeſſerat , in ordinem
quaefuviſſetque , digniſne eſſet ſoe- redigeret , quaedam etiam reſeca-
tus , qui lucem aſpiceret ; perlecho , rot , reliqua autem ita diſponeret ,
atque cum multis doctis Viris ut ne lectorē offendere male con-
communicato opere , viſum fuit ſarcinata multarum rerum con-
non posſe non bono publico buſc gerieries . Senſi , id onus mihi ab
ompi-

ptioni posset imponi ? ⁴⁷ Cum illud , e Graecis trā-
Etum , novo cuicunque Interpreti dici posset ; Λύχνος
σι μεσημβρίᾳ ἀπλεις , *Lucernam accendis in meridi-*
die . Fallitur , qui ita animatus est : en Jo: Arnoldus
Corvinus , & nova dat erotemata ; sed praeter mi-
xturam rerum , non ibi tractandarum , quae re-
cens , quae recondita in his doctrina , quae lectores
vel instruat opportunius , vel suavius alliciat , vel
solidius confirmet ? Verumenimvero posteaquam
tā Interpretum varietate Institutiones oppressae
sunt , ac penitus sauciatae , suis etiam Forenses
Scriptores amor incessit , palam edendi suos com-
mentarios , in quibus nihil , nisi horridum , puden-
dumque furtivarum rerum acervum inveniet quis-
quam : Student hi forensem disciplinam omnem ,
consuetudines , ac quaestiones Curiae infinitas in hoc
argumentum , abnormi quadam libidine , inducere ; &
primam Juris doctrinam , pudicam , & virgineo quo-
dam nitentem flore , aut ineptissimo , aut senticoso
disputationum traetu ridicule conspurcare ; ita ferme ,
ut in ipso Jurisprudentiae vestibulo non tam formare
aggrediantur ingenia Adolescentium , prona ad co-
gnoscenda hujus Disciplinae prima veluti rudimen-
ta , quam statim , & apertā vi fingere impudentem

Cau-

omnibus imponi , tanquam debi-
politum exiret , &c.
rum Manibus ejus Viri , qui &
proclaimare de me meritus esset , &
quem totum quinquennium au-
diisse . Susceptā igitur provin-
ciā , non tam ardua , atque diffi-
cili , quam ignobili , atque mole-
sta , operam dedimus , ut opus ,
quoad fieri potuit , tersum , atque

47 Cum illud , e Graecis trā-
Etum , novo cuicunque Interpreti
dicū.] Cui simile est dictum Quin-
tiliani lib. 5. Inst. Orat. ubi de
usu argumentorum tractat , Eum
Soli lumen inferre , qui rem , per
se evidenter , conatur argu-
mentationibus probare .

Causidicum , Rabulam loquacem , Fori pestiferum Oblatratorem ; His ineptiis Juventus enutrita insequentem studiorum cursum , pollutae originis vitio , coinquinat ; *Siquidem* , ⁴⁸ scribit Fabius , Leonides , Alexandri paedagogus , ut a Babylonio Diogene traditur , quibusdam eum vitiis imbuit , quae robustum quoque , *& jam maximum Regem ab illâ instituzione puerili sunt prosecuta* . En , Amici , quod de vario interpretandi genere super Institutionibus placuit edissérere , non tam ut eos dementiae damnam rem , qui ocio abutuntur , nosco enim *dicta me* , ut inquit Plautus , *in pertusum ingerere dolium* ; neque ut meam his dictis iram erga hos Scriptores explicarem , longâ enim patientiâ occallui , habentque apud me , ut a Plinio verba mutuem , hunc finem assidue querelae , quod queri pudet ; sed ut vos in anteceßum monerem , maximum quidem futurum inter hos Interpretes praelium , si exagitandis furibus Censor uterque operam sit daturus ; Illorum enim nemo , ut a-se culpam , ignominiamque depellat , inertem , ac ociosum se geret ; verum lapidem movebit omnem , ut , siquod suum est dedecus , sive per fraudem , sive per ingenium in alios convertat . Nos placide omnia , non sine oblectamento , ab Atilio accepimus ; & subinde , majore accensi desiderio , vacavimus dignoscendis hisce super platio Scriptorum controversiis , quae longe , lateque in Republica quotidie adoleſcebant .

Tantae discordiae , tanti per omnium pectora diffusi timoris auctor Franciscus Duarenus , hac re-

rum

48 Scribit Fabius] Institutio- cap. primo ; ubi de prima Puerorum Oratoriarum libro primo , *rum institutione agit.*

rum perturbatione nedum commoveri , visus est nequaquam ; sed laetari , & elatum ferre vultum , & sereno supercilio hos circumspicere tumultus . Et quamquam metuere aliquid poterat a Cujacio , qui audax consilium exagitandi literarios fures ab eo evelgere , conatus fuit ; timore omni deposito , securus in portu navigabat , conscius judicii ejusdem Cujacii , qui inter quatuor Franciscos , Duarenus , Connanum , Hotomannum , Balduinum , eadem aetate , eandem scientiam profitentes , unum Duarenus sibi placere , caeteros Jus tantum deglutire dixerat ; Quamobrem ad alterutrum Duarenus , ubi maledicta a Cujacio accepisset , sese paraverat ; ut eum , aut inconstantiae argueret , si ex animi mobilitate in contemptum verteret laudes ; aut invidiae , si , ulciscendi causâ , ad ignominiam adversarii , quem laudaverat , excurreret ; nec enim ignorabat senarium illum , qui est apud Graecos

Tὸν ἀὐτὸν αἰνεῖν , καὶ φέγγειν δρόπος χακᾶς .

Laudare cundam , carpereque , Viri est mali .

Jam Censores Edictum vulgari , jussérant , quod in haec verba , religiosam quandam redolentia vetustatem , conceptum est .

BONUM FACTUM EST , EDICTA UT
SINE FRAUDATIONE SERVETIS NO-
STRA . QUIA HOMINIBUS MALIS JUVAT
OBSTRIGILLARE , ATQUE HOSTIRE
CONTRA ; SI QUIS ENDO HAC REPU-
BLICA ESCIT , QUI ALIENA ACCEPSIT ,
ET SUA DICASSIT ESSE , ALIISQUE UT
SUA TRANSDUIT , INTRA PROXIMOS
DIES XX AB URBE , AC POMERIO PE-
DEM

DEM STRUAT : DONICUM PAREAT,
 CUICUMQUE LICITUM SIET , IMPUNE
 IN EMEM OBVAGULATUM IRE , ET
 OLLI CARMEN OCCENTARE . SI VERO
 QUIS CALVET , AUT QUOCALVANTVR
 CENSORIA JUSSA , OPERAM DUIT , CA-
 PITAL ESTO .

Proposito Edicto , irritati statim animi multorum sunt : Verum res , unde potius recrudescente tumultus debebat , insperatum subortae contentioni finem feliciter imposuit . Inter Gallos , & Italos Jurisconsultos & vetus , & non incelebris fuerat semper , nobilitata ex ingenii laude , concertatio ; pugnabant invicem non ignaviter pro gloria suae gentis : Itali sibi tribuebant , quod cultior coepisset apud ipsos florere Jurisprudentia ; Galli non aliunde , quam ab ipsis fluxisse felices hujus artis progressus , & incrementa , generose contendebant ; Alternatim & illis hi , & his illi egregios suos obiciebant Alumnos . Res eo processit , ut non raro , ubi alia deessent , quae pro sua caussa efferrent , iverint minus prudenter ad dictoria , & non leviter mutuo se se morderent . In hac igitur pugna , fremebant Itali , quod juvenis Gallus , Duarenus , hisce rebus tentatis , tam ferox superbiret , ille , qui Italiae praesidium , ac decus , Principem eruditorum Jurisconsultorum , Andream Alciatum , praeceptorem etiam suum , pessimum in modum , impetivit . Coëunt una simul ; dant sibi hoc negocii , ut inveniant viam , qua Duarenus a coeptis se non abstineret solum , sed sui poeniteret consilii . Variis dictis sententiis , illa fuit potior visa , illa in rem praesentem con-

N n du-

ducibilior, quam nescio quis ex horum numero in medium attulit; Mihi, ait, suppetit locus e Dialogis Alberici Gentilis, 49 ubi Duareni furta palam fiunt; & ea praesertim, quae ab Alciato erasit, in lucem proferuntur; Quaesito locum hunc, bonâ fide transcriptum, ad Duarenium, si lubet, mittamus, additâ epistolâ, in qua libere sensus nostros aperiemus; eveniet fortasse, ut sese reum jam liquido compertum ejusdem criminis, quod aliis ingerit, spectans, sibi, prout sciat melius in rebus perturbatis, consulat, prospiciatque. Placuit inventum, laudatumque est communi approbatione; Quaeruntur tabellae; dicto citius adductae sunt; in his transcribitur Alberici Gentilis locus; & in hunc modum exarata est epistola.

ITALI

49 *Ubi Duareni furta palam* est ad l. divertio D. sol. matr.,
fiant] Albericus Gentilis in dia- Accursio suam samam redde, nam
logo 6. ita scribit; *Quid possum* is Pomponii distinctionem vidit
ad Duarenium? An Accursius Caii in l. l. D. de aq. quot. & aest.,
epigraphen non agnoscit l. qui & focors est tua calumnia; redde
neque sequuntur. 48. D. de Verb. & Glossario, & caeteris ferme o-
Sign. ? un illas interpretationes mnibus imminutam per te aesti-
non habet, *quas tradit Duare-* nationem, dum scribis de civili,
nus? Redde Alciato, quod de pe- & criminali judicio, quae rece-
regrinis, & peregrinitate doces, ptissima jamdudum sunt, & tua
Duarene, ab interpretibus non facis, & alia vis illi appingere. Et
animadversum, ut scribis; redde tu adversus Plagiarios scripsisti
Alciato intellectum l. Maevio. 41. epistolam? nulla te cautio ab bis
D. de Leg. 2.; nam ejus est, qui liberabit, ex tam multis, quas
qui sit, & est aliquis in lege o- pro Plagiariis adhibes. Duarenus
mniuum difficillima, quamque nec fere nullibi auctor est. Verum est.
subtilis Bellapertica percepit, & *Auctores non nominat*, ut juvenes
oculis est interpretatus; redde, abstineantur ab eorum lectione,
quod traxas de Kalendario, cui? &c.
Accursio, Jasonique, cuius totum

*Arduum ne sit, an ridiculum, quod
in furum literariorum ruinam,
aggrederis, Duarene, dijudicare, nostra
non interest, & quamquam interesset, no-
lumus: ne tibi aliena fides suspecta sit,
ubi tua sufficit, integra modo esse velit.
Cura tamen, quod est in rem tuam, ne
talis sis, quales tibi displicant alii; ne,
quod in reliquis damnas, in te facinus
recidat, poenasque sentias, quas injuste
minaris, in quo minime nostro indiges
consilio, si tuâ utaris prudentiâ. Quid?
negas te furtis maculatum? Rem diffici-
lem tentas, & non assequeris; in hoc
tuâ opus non est confessione, nostra qui-
dem sat est diligentia: nullo indiget te-
ste, quod ex se ipso proditur; nec pro-
bandum est, quod oculis deprehendi-
tur; Una haec defuit semper furibus fe-
licitas, quod non ita facile condunt,
quod surripiunt facillime. Sed mittamus
isthaec; lege, nisi erubescas, quae ex Albe-*

rico Gentili transcripsimus ; nonne tua
in his furtis vides apertissime ? Quid
igitur respondeas , quo pacto te purges , ac
solide defendas , plane non cognoscimus .
Da proinde te victimum ; aut nobis sen-
sum omnem adime , ut quae tua non sunt ,
tua credamus esse ; quorum alterum si-
cuti a te non speramus , qui tantâ tui
opinione inflaris ; ita tu alterum a no-
bis nequaquam spera , qui unice gaudie-
mus , parcere subjectis , & debellare su-
perbos . Vale .

Epistolam , & transcriptum Alberici Gentilis Io-
cum , obsignant ; Duarenus famulo tradunt , ut Do-
mino afferat ; ita fit . Accepto Duarenus fasciculo ,
aperit , legit , non parum turbatur ; sane nescit , quo
se vertat ; videt , quo res suae mox inclinabunt ; ar-
tificem sui seipsum infortunii agnoscit ; difficilem-
que praestari aditum putat ad se se ab histe amba-
gibus extricandum ; & tunc serio meditatur , quam
sapienter moneat Juvenalis ,

Loripedem Reetus derideat , Aetiopem Albus .
Sed quia Ipse assiduo ad Censores accessu , & quoti-
dianâ consuetudine , & lectissimâ suâ , quam cuncti ad-
mirantur , doctrinâ eos devinxerat ; credidit , illud fo-
re malo medicamen opportunius , si , uti illos prius
ad exagitandos fures facile impulerat , ita in praesens

ab

JURISCONSULTORUM. 285

ab hoc retraheret instituto; Quod tentat; nec male succedit; Hac de causâ cognorunt omnes, parum de his rebus sermones serî; a Censoribus aut nullâ, aut nimis exiguâ animi contentione operam dari, ut servaretur edictum; & quorumdam iracundiam per ipsum Duarenus, qui prius exasperaverat, leniri. Interea felix, ac fausta occasio omnem hujus discordiae memoriam visa est prorsus consopire, celebritas nimirum Ludorum Secularium, quae in id tempus opportune incidit.

Eo loci, praeter Seculares, non erat aliorum ludorum infrequentia; quidam vero non adeo solennes, intermissi etiam nonnulli, inter quos ⁵⁰ Florales praecipue, impudicitâ rituum detestabiles; hisce enim memoria Accae Tarrutiae, scorti non obscurae famae, per spurcas Meretricum lascivias recolebatur impurissime: Nuditas obscena, saltatio incomposita, joci; & gestus salaces, & omnis in Venerem ebrietas; totus erat pompa inverecundae apparatus. Interpretatione variâ fuerat horum ludorum intermissio accepta: Conjectabant multi, quod gravitatem laederent Jurisconsultorum; id tamen apud omnes non constabat; ⁵¹ quippe nulli erat incognitum M. Porcii Catonis exemplum, qui cum olim vivens ludis hisce, quos Messius Aedilis faciebat, interesset, Populus praesentiâ Viri gra-

⁵⁰ *Florales praecipue impudicitâ rituum detestabiles,*] De his ludis Ovidius lib. 5. Fastorum ita cecinit;

Quaerere conabar, quare lascivia major His foret in ludis, liberior que jocus?

Sed mihi succurrit, Numen non esse severum,
Aptaque deliciis munera ferre Deam.

⁵¹ *Quippe nulli erat incognitum M. Porcii Catonis exemplum,*] Ex Valerio Maximo lib. 2. cap. 10.

gravissimi perculsus , ut Mimae nudarentur , postiū lare erubuit ; Ille , ne consuetudinem spectaculi impediret , inspectā Populi verecundiā , abiit ; ratus , recepta usu solennia , utut ea sunt , non dehere intermitti . Melius alii opinabantur , hoc effectum opera Cujacii , qui ne ultra ederentur , ab Senatu tacite impetravit ; causa neminem latebat ; ⁵² de sua enim filia cruciabatur ; timebatque , ne illuc non sine suo ludibrio , ac aerumna accederet , ea , quae tantum olim in effraeni gloriabatur impudicitiā , quantum Pater in cultu , elegantiāque studiorum . Seculares itaque Ludii in hunc ferme modum acti . ⁵³ Primum laureati Quindecemviri sacris faciundis ante Templā pro suggestu confidentes , piamina Populo divisere , Tae-das , Sulphur , & Bitumen ; Dein , instar Cereris Initiorum , fieri pervigilia coeperunt ; antequam festus advenisset dies , triduum , trinoctiumque Sacrificiis publice vacatum est , Jovi , Junoni , Apollini , Latonae , Dianaee , Cereri , & Parcis , & Diti , & Proserpineae ; Arae in elegantem formam constructae ; Victimae non sine religiosā pompā caesae ; Passim accensi ignes ; Ubique himni recitati ; & domi , & in foro laetitiae , & joci , & in gaudium effusi omnium vultus . In Theatro autem non idem semper mos servatus ; Tragoediae saepe , saepe etiam habitae Comoediae , Jurisconsultorum genio , & hae , & illae non prorsus in-

⁵² De sua enim filia cruciabatur ;] Ant. Teisser. in elogio Virorum studiorum scribit , quod praeclarus vir ille Cujacius hac aerumna percitus est , quod siliam genuerit tam nefariae prostitutioni deditam , ut de virtute suo gloriaretur , & altâ voce praedicaret , se sibi non minorem famam ex impudicitia qualiter situram , quam Parens suus eruditione illustris erat .

⁵³ Primum laureati Quindecemviri &c.] Solennia , & ritus Ludorum Secularium descriptos habentes passim apud Scrip. Antiq. Rom.

ingratae, in utrisque enim non pauca, quae ex ipsorum Arte sunt, observant, rimantur, inveniunt; quippe nemo est, qui non videat perspicue, arcam, & veluti ex industria abditam, in Comicis, ac Tragicis inesse morum Philosophiam; consummataque Juris peritiā eos minime carere? Privatum Jus apprime callent priores, quod mirum quantum in domesticis, ac familiaribus obversatur negotiis; Publicum alteri, quod in fortuna Principum, ac discriminē Populorum longe, lateque dominatur. Sed in his recentioribus Ludis nova res, ac speciosior ad exhilarandos animos sese obtulit. Hospes politissimae eruditionis, & Musarum cultor eximius ab Andrea Alciato Aedili, ludos curante, petiit, ut, loco alterius spectaculi, liceret ipsis in omnium ordinum confessu Poëma recitare, in quo vetusta Populi Romani Jura, eā, qua decebat, majestate, elegantiāque, lenociniis permixtā, concluserat. Libenter id Hospiti concessum; immo grates eidem aetate quam maxima, & praemia, & plausus promissi, si argumentum concinne, ac graviter, uti res postulabat, tractaretur. Ubi autem hic rumor coepit sese diffundere, qui in Poësim studio flagrabant, laetari, palam novum consilium commendare, spondere rei, adhuc intentatae, faustum, felicemque successum. Summo enim erat in honore apud Optimates hujus Reipublicae Poësis: Noverant cuncti; ⁵⁴ has duas potissimum res caeteris omnibus antiquiores fuisse, Leges, & Poësim; & vicissim alteras alteri famulari pro-

⁵⁴ Has duas potissimum res sunt, qui contendunt a primis caeteris omnibus antiquiores fuisse, Legislatoribus leges fuisse Populi Leges, & Poësim,] Et proinde lis propofitas, metro adstrictas.

regendis , excolendisque , rudibus adhuc , & agrestibus animis ; Constat profecto , peritorum consensione , primam Poësis materiem Leges fuisse , primum legum veluti condimentum , Poësim : ex carminum enim illecebris nescio quae in ipsa etiam impolitaram gentium pectora suavitas illabitur , quâ , si quis in legibus adsit rigidus , ac acer spiritus , seu quaedam necessaria , nec illiberalis servitus , mitis redditur , ac amabilis , & libenter accipitur , & diutissime servatur ; quippe natura hominum , caetero-quin obtemperandi impatiens , ab utilitate , feverâ plerumque , & vultuosâ , qua non raro leges nituntur , non ita facile capit , nisi sua quaedam accedant oblectamenta , & dulces aurum insidiae , quas parit colligata oratio , ubi flexus , depressiones , elationes , recessus , lux , umbra , quae omnia dulciter vellicant , sapienter docent , movent fortiter , persuadent utiliter . Sane omnis , quanta est , civilis disciplina Religionem complectitur , Politicen , ac Economicen , quibus ordo rerum ita perfecte constat , ac disponitur , ut sua sit Civitatibus , privatisque domibus summa , ac perennis concordia , qua fauste nascuntur , optime adolescunt , durant feliciter : Verum haec omnia , priusquam ab aliquo scriptum de Jure sit uspiciam , non aliunde , quam ab antiquis Poëtis (Mosen unum si excipias) profecta sunt : tunc , cum nulla Porticus , ubi auditorum serveret concursus ; Philosophus nullus , a quo excitata fueret doctrina ; nulla disputatio , quae , inter controversias jaetata , mentes erudiret , ac instrueret ; sed omnis in fabulas ab inventoribus suis conjecta Sapientia , & carmine ornata , populis tradebatur , ut inde ad nepotes non ingrata traduceretur . Iis propterea temporibus

bus ⁵⁵ praefiterunt in Theologicis Orpheus , & Amphion , in Politicis Solon , & Tyrteus , in Oeconomicis Hesiodus ; & qui cuncta complexus , in star omnium fuit , Homerus , ^{a quo} , ⁵⁶ ut non ineleganter scribit Gravina , longâ peregrinatione omnis omnium Gentium sapientia ex universo terrarum Orbe contrafacta fuit , atque in Iliadem , & Odysseam immortali artificio traducta ... Quem Vatem insignem , ut alibi monet , nonnisi is satis admirabitur , qui ad judicis maturitatem , & sapientiae pervenerit culmen ; tum enim ea extolleat plurimum , quae stultis , atque imperitis , Homerum inauspicato legentibus , risum plerunque movent . In duplii enim , quod mirabiliter adornat , argumento , Jus omne concinne , & sub dulci fabularum involucro digeffit ; In Ilia de publici statûs summam , belli , ac pacis regimen , in Odyssea vero rem domesticam , & privatae sortis gubernaculum doctissimâ structurâ est prosequutus . Hinc factum , ut egregius Vates , nedum Oratoribus , Philosophis , Historicisque omnibus esset veluti fax , sed ipsis praecipue Jurisconsultis , ⁵⁷ qui tanto Viro testimonium denunciant , tanquam doctrinarum , legum , & sapientiae , ut Plinius eum vocat , Parenti ; id , quod ⁵⁸ eruditissimo Viro , Scipioni Gentili placuit latius ostendere . Et quoniam , pruritu novi argumenti , qui in re quaque statim tractatum compingant , non desunt , hac de causa , Petro Fermato

Oo Tho-

⁵⁵ Praefiterunt in Theologicis , denunciant] Patet ex iis , quae in &c.] Julius Caesar Scaliger , lib. Pandectis ex Homero referuntur.

1. Poëtic. cap. 2.

⁵⁸ Eruditissimo Viro Scipioni

⁵⁶ Ut non ineleganter scribit Gentili ,] In quibusdam suorum Gravina ,] In oratione secunda. Parerg. capitibus .

⁵⁷ Qui tanto Viro testimoniam

Tholosano in mentem venit , singularem de auctoritate Homeri apud Jurisconsultos dissertationem in lucem edere . Sed , nescio quo fato , meliora quaeque suis non carent adversariis ; in hac communi Optimatum laetitia emerserant nonnulli , qui , hac recognita , mussare primum , deinde apertius conqueri , tandem excitare turbas coepere ; nec contenti , nomen , dignitatemque Poëtarum proscindere , operam tumultuosí dabant , ut illi e Republica , tanquam utibile parum , immo nocuum genus hominum , eiicerentur ; & quo magis eorum conatus , qui erat impudentissimus , honestior videretur , quamvis barbari , & inerudití vix nomine tenus Platonem novérint , ⁵⁹ hujus magni Philosophi praceptis perperam utebantur , quibus exigendos a Republica recte instituta Poëtas contendebant . Julius Caesar Scaliger , is , qui fortunam expertus est variam , Monachus primum , inde Miles , Medicus denique ; qui que , ut nil suae deesset inconstantiae , in hanc sē contulit Rempublicam , animo , ut opinor , cognoscendi Jurisprudentiam (licet ea non foret e re suā) pūram , ac ineptiarum expertem , quam prius in operibus suis factam ex Matrona Meretricem deploraverat ; ubi subortam hanc vidit discordiam , atque in perniciem Poëtarum , (quos licet dilexerit multum , imitatus est parum prospere) , audiverat Platonem laudari , irā percitus , & , ut erat in omnes , maledicentior , plus , quam occasio , & Platonis fama patiebatur , in illum invectus est ⁶⁰ eādem plane sententiā , quam in libris suis expresserat , in quibus Platonis ob-

⁵⁹ Hujus magni Philosophi praceptis perperam utebantur ,] ⁶⁰ Eādem plane sententiā , quam in libris suis &c.] In suā Quae extant in lib. Politic. Poet. laud. cap. 2.

obiicit, minus recte, ac non sat bonâ fide id ab eo scriptum, qui ad suorum argumentorum confirmationem recitat saepius Poëtas; satius facturus, si in operibus suis ineptas, ac spureas fabellas, Graecanum scelus olentes, praetermississet, nec Symposium, & Phaedrum, atque alia monstra reliquisset, quae operae pretium foret, nunquam legisse. In haec verba excurrebat, furore ebrius, Julius Caesar Scaliger. Caeterum alii, placidiore animo praediti, & in Platonem, ut par erat, modestiores, huic hac super re adversabantur, non quantum iracundia improvide suadebat, sed quantum veritas amice postulabat: Mirari ipsos, ajebant, quo pacto, arcendi, Platone auctore, e Republica Poëtae forent, cum Ipse ad Poëtas tam propius accederet illa suâ eloquendi facultate, divinâ quidem, & Homericâ, ut inquit Quintilianus, quâ multum supra prosam orationem, quam pedestrem Graeci vocant, assurgit. Quidam vero sagacius rem explorantes, eo Platonis odium in Poëtas referebant, quod Musae parum feliciter ipsi arrisere, tragoealiasque, quas minus lepide scripsit, ⁶¹ ab Euripide, aemulo suo, victus, combussit. Sed, nescio a quo omnis suborta contentio, non sine plausu, ac gaudio totius Urbis extincta est; Dederat hic sibi negocium, ostendendi, Jurisconsultos non paucos ⁶² Poësi minime ignaviter vacasse; addebat, ⁶³ illa prorsus eadem Poëtas ce-

O o 2 ci-

⁶¹ Ab Euripide, aemulo suo, vi- Marcellus, Horatio Flacco amicitiâ dus, combussit.] Vid. Jan. Vinc. conjunctissimi, Modestinus, alii Gray. Orat. 1. que.

⁶² Poësi minime ignaviter va- ⁶³ Illa prorsus eadem Poëtas cesse;] Inter quos Trebatius, & secundissime, quas &c.] Patet ex col- la-

ciniſſe , quae in suis Jurisconsulti habent , ſeu quætionibus , ſeu reſponſis ; atque alia hujuscemodi or- nabit non infacete , allatis , quae ſunt vulgo gratio- ra , exemplis , quibus paullatim capi relučtantes Ju- riſconsulti , coepere : Quamobrem eorum in exagitandis Poëtis ardor aliquantulum inſperato deferbuit . Sedando huic etiam tumultui conduxit plurimum id , quod nec fruſtra , nec ſine inventi gloriā , ag- gressi ſunt quidam e familiā Eruditorum ; Hi enim in quoconque Urbis angulo , praefertim ubi adeffent parum probatae elegantiae Juſiſconsulti , Accurſium magnifice extollebant ; Hujus facile in Poëtas in- genium ſummā laude commemorabant , qui tam ſae- pe ⁶⁴ Selektorum Poëtarum teſtimonio opportune utitur . Hic rumor veluti inconsiderate ſparsus , ſed nimium per ora totius populi diſfusus , cauſam Poëtarum extulit quammaxime ; nam exinde iſpos proletarios Juſiſconsultos puduit , in Poëtas , Accurſio tanta bene acceptos , bellum moveare . Rebus ita diſpositis , primā festā die itur ad Theatrum , ubi erat Poëma recitandum ; Frequenti concuruſu oppleta ſunt ſubſellia ; in ſedendo nulla Ordinibus irrogata injuria ; ſervatus religioſe moſ Majorum ; Sed , ex decreto Senatūs , digniores quaedam ſedes nonnullis Poëtis hoſpitibus illuſtris , ac p̄aegrandis famae , deſtinatae ſunt : Aedilis proinde in curuli ſellā ante veltibulum , ut hos honorificentiffime exciperet , af- fide-

latione nonnullorum locorum
Poëtarum cum legibus Corporis
Jur. Civil. quam collationem ag-
gressus olim fuit Franc. de Petr.
in suis festiv. Lectione.

64 Selektorum Poëtarum teſti-
monio opportune utitur .] Ut ex
ipſius glossis cuicunque palan-
kit .

sidebat. Omnia primus e numero Poëtarum hospitum, qui accesserat, fuit Virgilius Maro, praestantissimi ingenii gloriâ, cunctis gratissimus; ubi ejus adventus renunciatus est, hilari tumultu fremuit theatrum, & jam quisque accurrere, illum noscere, ac consultare, cupiebat avidissime. Sed, ne quis e suo loco discederet, jussit Aedilis. Nos, qui forte fortuna propiores fuimus, egregium Vatem ad votorum nostrorum satietatem conspeximus; ⁶⁵ erat enim colore subfuscus, & veluti ad moestitiam composito, & in reddendis, excipiendisque cum Aedili officiis, tardo, ac pene indocto utebatur sermone: Doce-mur, qua de causa in hanc Rempublicam paullo ante ille advenerat; putabat enim merito inter Jurisconsultos sibi locum fieri; cum & Ipse caussam semel in Foro egisset; nec verebatur, quin ipsum probe Jus callere, crederent omnes, ⁶⁶ cum ad Romani Juris normam, si quando locus, & occasio tulit, scripferit exactissime. Ovidius Naso, facilitate argutissimae venae Poëta admirabilis, post hunc supervenit, is, qui regionem hanc praeter spem omnium, expectationemque incolebat, cum in dulcissimo Musarum gremio olim recubans, nihil magis, quam Leges, & Forum, ⁶⁷ frustra reluctante Genitore, est averfatus: Sed quia ⁶⁸ nonnullis agendis caussis aliquando

va-

⁶⁵ Erat enim colore subfuscus, ⁶⁶ Cam ad Romani Juris normam, &c.] Uti describitur in ejus vita.

⁶⁷ Frustra reluctante Genitore, &c.] Ipsius et Ovidius lib. 1. Tri-

Saepe Pater dixit: studium quid inutile tentas?

Moenides nullas ipse relinquit opes.

⁶⁸ Nonnullis agendis caussis aliquando &c.] Id. Ovid. lib. 1. Tri-

Nec male commissa est nobis fortuna Rerorum, us-

vacaverat ; secum una opinatus est , non male de civili re fuisse meritum ; & habere , quo sibi gratiam apud Jurisconsultos conciliaret , praesertim le^ttissimo illo opere *Fastorum* , ubi neque leviter , neque inconcinne plurima attingit , quae Romanam Jurisprudentiam & extollunt , & illustrant . In medium quoque sese obtulit Silius Italicus , & opportunius in hac Republica immorari , visus est ; quippe qui ⁶⁹ Virgilii , & Ciceronis aequ^e amans , non adeo animum Musis tradidit , ut a Foro sese abstineret . Sed ipse Cicero (oh vel doctissimorum hominum inanis pruritus !) qui meliorem , praecipuumque locum sibi inter Jurisconsultos hujusc^e Reipublicae vindicabat , gaudebat non raro accedere ad Poëtas , & in eorum coetu connumerari , & versari inter eos , cupidine sese hoc pacto Poëtam ostentandi , licet infelici successu operam non levem huic studio adolescens dedisset , nec nimis feliciter vertere e Graeco Latinis versibus Aratum Poëtam tentasset . Horatius Flaccus , festivissimum corpusculum , non deerat ; qui , ut conjectabant plerique , illuc sese tulit , ⁷⁰ invisendi causâ familiarissimum suum Jurisconsultum Trebatium Testam : sed mox discedere parabat , nihil enim palato gratum suo eâ in urbe invenerat , ubi omnia seria , ac severa , nihil ludicum , nihil voluptuosum , quod foret ex ingenio suo : porro timebat , ne Galbae , & Fabio Ju-

*Uisque decem decies inspi-
cienda Viris.*

⁶⁹ Virgilii , & Ciceronis aequ^e amans ,] Martialis lib. 7. epigramm.

*Sacra cothurnati non attigit
ante Maronis ,*

*Implevit magni quam Cicero-
ronis opus.*

⁷⁰ *Invisendi causâ familiaris-
simum suum Jurisconsultum Tre-
batium Testam:] Trebatius nimis
honorifice ab Horatio in Satyris
appellatur .*

risconsultis innotesceret, ⁷¹ quos adulterio deprehensos olim arguerat; accessere his & aliae causae, ne forte verba cum Stoicis, qui ibi frequentes aderant, commutaret, ⁷² contra quos aliquando fervide disputaverat; denique, ne sibi obviam occurreret ⁷³ Alphenus, quem, non sine injuria, praedicaverat factum ex futore Jurisconsultum. M. Annaeus Lucanus, adolescens ferventis spiritis, Poëtarum numerum auxit adventu suo, invitatis tamen non paucis, ⁷⁴ quorum judicio Historicus est, non Poëta; ⁷⁵ sed eos ridebat Julius Caesar Scaliger, stomachatus ex hisce Grammaticorum nugis, qui frigido cavillo Poëtae gloriam Lucano detrahunt: Anceps erat adventus Lucani in Rempublicam caussa; vulgo existimabatur huc se contulisse, salutandi gratia Hugo-nem Grotium, cui, pro docto in suam Pharsaliam commentario, grates erat redditurus, tum etiam proximâ istius erga se benevolentia, qui in elaboratissimo opere Juris Belli, ac Pacis, ⁷⁶ nulli Poëtarum aequa adhaereat, ac Lucano, propter sententiarum acumen, & pondus civilis prudentiae; sed opinio illorum videbatur tutior, qui putabant, Lucano tum in mentem venisse, haec loca adire, cum a Tho-

⁷¹ Quos adulterio deprehensos fisherienf. I. 2. Pollicrat. c. 19.
olim arguerat,] Lib. 1. Satyra 2. ⁷⁵ Sed eos ridebat Julius Cae-sar Scaliger,] Lib. 1. Poetic. cap.

⁷² Contra quos aliquando fer-vide disputaverat;] Lib. 1. Saty-ra 3. ⁷⁶ Nulli Poëtarum aequa ad-haereat, ac Lucano,] Jo: Schilterus in praefatione ante Comment. Jo: Henrici Boecleri in Hug. Grotii Jus Belli, ac Pacis.

⁷³ Alphenus, quem, &c.] Eä-dem Satyrâ.

⁷⁴ Quorum judicio Historicus est, non Poëta;] Servius ad Vir-gil. lib. 1. Aeneid. v. 281. Jo: Sa-

a Thomâ Farnabio , sui Poëmatis interprete , exceptit , non abunde intellectum ab Eruditis , sed varie explicatum illud , quod initio Pharsaliae habet , *Jusque datum sceleri canimus* ; quamobrem ipse Jurisconsultorum sententiam cognoscere statuit , utrum recte necne dictio nē *Jus* pro instituto suo usurpaverit . Alii Poëtae deerant , sive rebus aliis praepediti , sive vacantes adhuc pingendis amoribus potius , quam Jurisprudentiae colendae . Postquam oppletum fuit undique theatrum , occupata omni ex parte subsellia , in medium sese tulit Hospes , recitaturus elatiore loco Poëma , quo vetusta Jura Reipublicae Romanae complexus fuerat , quodque primâ die incepit , & proximo biduo , eadem frequentiâ , ac plausu , prosecutus est . Aedilis Proeconi jussit , ut faceret silentium , hac formulâ : **FACE JAM NUNC , PRAECO , OMNEM AURITUM POPULUM .** Et Hospes lectissimâ voce , ac gestu , & spiritu , quo erat præditus , servido , ac amabili , ita exorsus est , cui silentium ipsa etiam conciliavit expectatio .

VETUS

V E T U S N O M O Θ E Σ I A

S. P. Q. R.

Illa, ubi Romanae spatiatur gloria Gentis
 Ultra Aevum, Fatique vices, uberrima Legum
 Materies, quâ se visa est extollere tanti
 Majestas Populi, & fastigia summa tenere
 Imperii, totum supra feliciter Orbem,
 Praeterita immerito latiis bucusque Camoenis,
 Expedienda mihi est. Novus hic mea perculit ardor
 Pectora, cum puduit, sublimi ab origine nata,
 Causidicos inter versari Jura tumultus,
 Et curis servire Fori, pretioque Clientum;
 Digna triumphali, ac tantis natalibus aequâ,
 Sorte frui, immensâque suâ effulgescere luce.

Museae, grande decus Vatum, quos neclare dulci
 Pascitis, ignavique super commercia Vulgi
 Evebitis, lauroque comas florente revinctos,
 Sub vestrae excipitis tutelae nobilis umbram,
 Mirari, cessate, suum si oblita Poësis
 Ingenium, tradet mutato seria vultu,
 Quae fuerat pridem per amores sueta vagari,
 Spirans ornato molles in carmine sensus,
 Dum lustrat Veneris, seu regna Cupidinis, Horum
 Victoriae celebrans palmas, & opima trophœa,
 Ac debellatas utroque ab Numinе gentes.
 Cernite: mente novâ sum aditus; jam dulce periculum est,
 Insuetam tentare viam; exsuccamque liuore
 Castilio largam Legum perfundere messem.

Pp

II

PRIMA
LEGUM
ORIGO.

*Ut rerum primaeva Diis data semper origo,
Religione hominum; sic Leges Orbe repertas,
Munere Divorum, tradunt: Tam nobile pignus
Par erat, ut longe egregios agnosceret ortus
In commune bonum; nec enim mortale putandum est
Humanae columen vitae, quo fletitur omne
Ecellorum arbitrium, quo Pacis amita foventur
Oria, & in tuto regnat concordia Mundo.*

Ceres inven-
trix Legum.

*Tu, veneranda Ceres, tu diceris inclyta tantae
Monstratrix Fortunae; a Te mirabile donum
Rettulit acceptum non mendax Fama, vetustae
Testis fida rei, nec adultera nuncia Facti:
Ah! ne sint ingrata tuis obliavia nostra
Muneribus; neu praetereant sine bonore potentis
Erga nos beneficia Deae; reserabimus omnem
Inventi seriem; & Fatis laetabimur ipsis,
Felici quorum ductu, fausto omine natas,
Quaevis, sponte suâ, Leges exceperat aetas.*

*Postquam Diva flagrans studio, Mortalibus aegris
Auxilium properare suum, ditaverat agros
Frugibus, ignavosque dedit flavescente campos
Non prius inspediit, projecto semine, aristis:
Mente valens, alia sese converterat; Et cur,
Impigra dixit, in his imbellibus immoror ausis
Segniter, atque animos non ad majora revolvo?
Surgat opus, multò generosius; exuat Orbis
Vivendi genus incultum; sub Legibus acres
Expoliat mores, & liber serviat uni
Imperio rationis, & Hanc veneretur, & Olli
Submittat frontem, praeceptaque semper adoret.*

*Dixerat haec; aperitque suam impeterrita mentem
Concilio Superi. Caeli fremit aula; recepta eis
Affensu vario nova res: Pars obstat aperte;*

Con-

Contorto sese pars continet ore , negantis
 Subtacite fingens vultum ; nam gloria , nasci
 Quae poterat de re tantâ , indignantibus orsus
 Invidiam peperit . Tunc Juppiter , Ipse tacerem ,
 Inquit , si concors , tacito Jove , vestra voluntas
 Eset , ut esse velim : sed cum sententia votis
 Fluctuat imparibus , studia in contraria volvens
 Discordes animos : me Rege , & me Patre dignas
 Suscipiam partes ; & agam me munere utroque ,
 Qualem & amasse Patrem , & Regem timuisse soletis :
 Remque omnem expendam paucis , advertite , diis .
 Quid velit Alma Ceres , quis ei faveatque , negetque
 Assensum , quis in ancipiti se parte tacentem
 Contineat , video ; Nec in hoc discrimine possum ,
 Quin doleam , curnam Cereri tam justa petenti
 Obstandum ? quid , nonne Dea est ? patietur ab ipsis
 Illa Diis , quorum pars est , neglecta repulsam ?
 Haec sua quae nunc est , erit haec injuria quondam
 Vestru ; pari par & referet ; tempusque , locumque
 Captabit , quibus , ulcisci contemta studebit ;
 Exemplo id faciet vestro , & fecisse putabit
 Jure , uti quo vos in eam potuistis , eodem .
 Sed mitto haec , quamvis non sint leviora ; feratis
 Ita , sino si ferre placet si ferre juvabit .
 Quod timeo magis , inque mei , vestrique paratur
 Perniciem decoris , dubio procul , illud habendum est ,
 Quod noster vilesct honor Mortalibus ; olli
 Ut noscant , Cererem terris afferre volentem
 Auxilium , vestro indigne ab levore repressam :
 Quid non de Superis ? quantum suspecta videri
 Incipiet , quantum illorum insidiosa saluti
 Nostra fides ? quisnam nostrum venerabitur Aris
 Numen ? quis sacro pia thura accendet in Igne ?

Oratio Jovis
ad Superos.

Pp 2 Hoc

*Hoc videam? hoc patiar? socordia tanta supremo
Obiicienda Jovi, rerum cui tradita summa est?
Non ita. Sed mea quae super hoc sit opinio, quodque
Pro gravitate rei, pro majestate Tonantis,
Pro vestra inter Vos recolendâ pace, iubendum est,
Accipite; Et nutu jussus firmate secundo.
Mortales habeant Leges, se Legibus Urbes
Conformat; Harum inventrix, quae indenerat una
Ante alios, mibi docta Ceres laudetur; Et ista
Laude, velut dignâ Inventi mercede, fruatur.*

*Dixerat; affensusque aliorum deinde secutus
Extemplo Superum, quorum reverentia non est
Ausa, gravi Jovis imperio se opponere contra.*

*Jam desiderii compos Dea, laeta per oras
Sparserat Aegypti primarum semina Legum.*

*Aegyptus doni memor, acceptoque superba
Munere, majorum Divam hanc in sede locavit
Caelicolum; erectaque in honorem Naminis arâ,
Quosque recensebat Sacris solennibus annos.*

*Sunt alii, queis mens alia est, ducuntque priorum
Ab Lyciae antiquo Legum cunabula Regno,
Quas Recti castos dederat Rhadamanthus, in Orco
Leitus ob id Judex, ubi, fontum crimina pendens,
Tartareo in folio sedet implacabilis ore.*

*Hinc sensim Populis, usu poscente, fatores
Inventi legum: Scythiae sua Jura Zamolxim
Instituisse ferunt; Numerat sibi Graecia plures
Insignes Legum Auctores: cui jussa Lycurgi
Cognita non fuerunt? vel quem latuere Draconis
Horrendae Leges, sitibundae sanguinis, atrâ
Mente requisitae, inque hominum crudelius ortae
Perniciem, exactâ repetentes lance vel uno
Longe. majorem leviore e crimine poenam?*

Quaf-

*Aegyptus
primo Leges
accipit.*

*Rhadaman-
tus legislator.*

*Alii legisla-
tores.*

*Quasque Solon fecit, verbis immitibus ausis
In melius, Populo acceptas; nomenque paravit;
Immortale sibi, quo jure Argiva superbit
Historia, in proprias alioquin prodiga laudes.*

*Unde tamen Romam fluxit prudentia Juris,
Quae parva in cunis, late incrementa recepit,
Facta tot egregiis longe se major Alumnis,
Queis Ars tanta suo speciose userta nitori est,
Nunc canere aggredior. Mibi rideat augur Apollo
Ad nutus facilis; Pindi de colle sereno
Felices affent aurae; dum, viribus impar,
Argumentum ingens se magnificentius offert
Ante oculos; Quis enim, licet aedax, paupere culta,
Insigni gravidam rem majestate decenter
Expleat, & coepio affect et sperare labori
Praemia, ni Numen Vati praesentius adsit,
Atque imbecillam regat ad sublimia mentem?*

*Roma, ortus tenues primos fortita sub annos, Leges Regiae.
Cum Deus exigua coleretur ligneus aede,
Paullatim in tantam crevit celeberrima fumam,
Ut dominam sese totius viderit Orbis,
Et parere suis Orientis litora votis,
Occiduasque omnes pendere a nutibus oras:
Romulus huic auctor; qui fossa, ac pariete postquam
Cinxerat, exiguumque Urbem firmaverut armis,
Quae dabat impavido paupertas provida Regi,
Dicitur ante alias Populum de Lege rogasse;
Ut non Pace minus, quam Gens foret inclita Bello;
Militiaeque, domique, novae succresceret Urbi
Gloria, tantorum gestis superanda Nepotum:
Is sanxit, quae sint in Natos iura Parentum;
Et, quo delectu, statui connubia possent
In Cives. Dein qui sequitur, pietate verendus,*

ORIGO
LEGUM
ROMA-
NARUM.

Pom-

Pompilius, studuit Sacris; Ipse ultima fortis
 Humanae officia, & miseros post funera honores
 Promovit; nonnulla ferens, ne forte sepulchri
 Relligio violata foret, quod credidit Umbras
 Defunctas colere, & placido requiescere somno;
 Ipse etiam armari plectendâ caede Virorum
 Iesus, quo scelus hoc sclera inter maxima princeps,
 Quâ posset poenâ, procul ipsâ averteret Urbe.
 Inde suas Tullus curavit tradere Leges
 Foenore, Delictisque super, Nexusque gravatis;
 Contractisque fidem civilem induxit in usum.

Haec sunt nascenti Populo data Jura Quirino;
 Rebus in his, primo exiguis, praeludere gaudens
 Splendida tot Legum series, quae mole superba
 Crevit in immensum; ut frustra nunc sedula sperat
 Posteritas, harum immensas perquirere caussas.

Occasio Regum eiiciendi
 gum eiiciendi
 dorum.

At Regum imperium in saevos excurrere mores
 Incipiens, Populus, non ad servilia natus,
 Sed libertatis sublimi accensus amore,
 Expulit: Huic operi valde conduxerat illa
 Tarquinii Regis Nati malefana cupido,
 Quae vi, quaeque metu, quaeque artibus omnibus ausa est,
 Cederet ut victa impurae Lucretia flammae.

Lucretiae pu-
 dicitia viola-
 ta.

Haec, vitae impatiens, generosa morte piavit
 Dedeceus illatum: Facinus tam grande, vel Orbe
 Toto spectari dignum, spectante peractum est
 Hinc Patre, et binc Sponso, frustra prohibentibus ictum;
 Quae moriens, nullo vili perculta timore,
 Sic matronali sub majestate locuta est.

Oratio Lucre-
 tiae ad Pa-
 trem, ac Ma-
 ritum.

En morior, tua Nata, Parenz; tua Sponsa, Marite;
 Deprecor, inque meae posco solatia mortis,
 Tu, Natam, Genitor; Tu, Sponsam ulciscere, Conjux.
 Communis causa est; odia implacata reposcit

Me

JURISCONSULTORUM. 303

*Me pudor invitâ audacter violatus; Utrumque,
Ne finite, ut factogaudens, irrideat Auctor;
Perfidiaque suâ inflatus, mea, fronte superbâ,
Opprobria, ah! spicet, vestrâ sibi tutus ab irâ.
Occidat is; crimen per Vos mibi diluat: Ecce,
Foemina, quod sexu tentare illustrius ipso
Debueram, aut potui, tentavi: Cernite nostra,
Tractato impavide, lacerata haec pectora ferro:
Audax consilium, maculam hanc arcere paranti,
Rupta fides, ac laesus honor dedit: impigra dextra
Arripuit; firmo arreptum perfecerat ore;
Amissamque uno famam reparavimus ictu.
Haec ego, vel Mulier: Vos, vos vestigia sexûs
Imbellis calcata Viri: Experiatur Adulter
Post nostros obitus, Patre vindice, vindice Sponso,
Parta sibi de me quanti victoria constet;
Vincere si tamen est, membris, non mente potiri;
Quo nil jaetabunt nostrae speciosius Umbræ.*

*Dicitur, haec extrema addens, cecidisse decore
Ante Patris, Sponsique pedes: Amplexus Uterque
Dulces exuvias Animæ tam fortis; amaris
Largius aspergunt lacrymis; Et, vivimus, ajunt,
Et spiramus adhuc, nec tecum nos quoque morti
Tradimus, ut tumulo miseri condamur eodem?
Si nos forte tuis, conceperis petiore, votis
Implendis superesse cupis; superesse juvabit:
Est hic, est animus, caput objectare periclis,
Irrita ne tua sit, Lucretia casta, voluntas;
Occidet inventor sceleris, non longius ibit;
Atque tuos proprio placabit sanguine Manes;
Per tua nos juramus, adhuc fumantia ab ictu,
Vulnera, per nostrum, cruciat qui corda, dolorem,
Per, si quis laesi Deus affidet ulti honoris,*

Per-

*Perfectum hoc reddemus opus ; laus ista manebit
Et Patrem, & Sponsum ; tanta pro laude lubentes,
Nos, & Fortunas, vitamque paciscimur ipsam.*

*His dictis accensi animi, mora nulla, rezellunt
Extinctae e gremio ferrum, jam, jamque recenti
Sanguine adhuc sparsum ; hoc ferro, hoc indice ferro,
Causa peroranda est, ajunt ; Populoque gementes
Spectandum praebent. Singultibus interclusa
Vox haesit primum ; tum per suspiria coepit*

*Oratio Patris Lucretiae ad Populum. Haec in verba loqui Genitor. Quid acerbius unquam
Imminet a Regum imperio, si tuta nec ipsa*

*Sancta pudicitia est ? nil jam, nil triste timendum
Ulterius sumus experti, quod meta malorum est
Ultima ; mors supereft ; banc inveniemus & ipfi ;
Inferri illorum non expectemus ab ira ;
Posse mori, nostrum Jus est ; non auferet illud
Regia vis : Moriemur ; erit minus aspera sors haec,
Mortem magnanimam vitae praeferre pudendae.
En ferrum, aspicite, en, Cives, quo extrema secuta est
Filia, ut hoc probro sepe purgaret : eodem
Hoc ferro tentemus idem, quod & Illa ; sit unus,
Communisque obitus Sponso, Nataeque, Patrique.
At memores crote, o vos qui adeftis, inulto
Hoc scelere, & sine vindicta crudelibus ausis
Praeteritis tacite, ac ignaviter, exitus idem,
Atque eadem vestris domibus fortuna paratur ;
Stupra triumphabunt ; fietque Urbs tota lupanar :
Tunc & erit, tunc tutus honor, cum explebitur omnis,
Si queat expleri, Regum tam insana libido.*

*Reges ejeci, Spectaclo moti Cives, fletuque loquaci,
& eorum le- Ac desiderio taeli subducere tandem
ges abrogatae. Serzili sua colla jugo, Regale repente
Destituunt regimen ; Regesque, & nomina Regum,
Et*

JURISCONSULTORUM. 305

*Et Leges tollunt, Ipsiſ latoribus, ortas.
 Non fecus ac Leo, qui tenero divulsus in aero
 Matris ab uberibus, vincis servire coactus,
 Quae Domini arbitrium injecit, dum in pedlore torpet
 Imprudens dominandi animus; si creverit aetas,
 Conſcius inviaſe fortis, factusque pudendi
 Hostis servitii, ingratique diutius otj
 Impatiens, tumide erigitur, natalibus asper
 Magnanimos volvens oculos, fractisque catenis,
 Ad libertatem generofo convolat ore,
 Adstantes vultu timidos post terga relinquens,
 Quos in ludibrium discedens lumine ſpectat
 Obliquo, audacis ſic carpens praemia facti.*

*Suffragio Populi tunc liberiore creatus
 Imperii geminus ſuscepit Consul habenas;
 Quos voluere (foret quo ſic reverentiu major)
 Lictorum turbam, ultricesque praeire ſecures:
 Hi componebant jufu privata ſupremo
 Judicia, hi meritâ pleblebant crimina poenâ.*

*Sed paſſim incipiens Populus ſuccrefcere, Legum
 Quaerere praefidium ſtuduit, quo tutior eſſet,
 Ac tranquilla domi vivendi forma; nec ultra
 Inconſtantis regimen dubio ſub Jure maneret.
 Conſensu unanimi placuit, tres mittere Athenas
 Delectos ex Urbe Viros; queis plurima cordi
 Cura foret, Leges, Graecorum e more fluentes,
 Accipere, acceptas tabulis transcribere abenis
 Bifacuinis; queis dein geminas junxere Quirites,
 Addita ubi nonnulla, uſu collecta frequenti,
 Reliquiaeque, iterum Regali e Lege petitae:
 Pro roſtris tabulae appositae (quo cuique facultas
 Cernendi fieret) ſolenne in carmen ubique
 Evasere; Foroque olim addicenda Juuentus*

*Consules cre-
antur.*

*ORIGO LE-
GUM XII.
TABULA-
RUM.*

Qq

Cu-

Curabat retinere memor : sic Romula primum

PRUDEN- *Gens coepit scriptis paullatim Legibus ati.*

TUM IN- *Saepe tamen curâ, studioque Interpretis acri*

TERPRE- *Indiguit Lex scripta ; & sensus lege repositos*

TATIO. *Fas erat eruere , & Latio traducere mori ;*

*Hinc admissa Foro Prudentum industria , quorum
Ingenio , obscurae sententia redditâ Legi est .*

LEGIS *Sed non tam facilis Legum se praebuit usus*

ACTIO- *Vestibulum ante ipsum : Passim labentibus annis*

NES. *Multa tulit tritura Fori , quâ fluxit agendi*

Formula , sub variâ specie concepta loquendi ,

Propositi variâ pro conditione negocj .

Fragmenta *Quae tamen ad nostras veteris vestigia Legis*
xii. Tabula- *Pervenere manus , quamvis non integra , quamvis*

Forte suo plerisque locis difformia ab ortu ,

Et placito Auditorum , nostro sic redditâ seculo ,

Fas mihi , sublatâ veteri ferrugine , luci

Edere , Musarum dulci condita lepore ;

Et primum a Patrio defumam exordia Jure .

DE JURE ^a *Immensum Patris arbitrium , & suprema potestas*
PATRIO. *In sobolem fuerat : Magnum , ac sublime Latinæ*

Indolis Inventum , reliqui quae moribus Orbis

Posthabitum , genio pectus perculsa superbo ,

Quae Populi fuerat solius publica causa ,

Jus necis , ac vitae , voluit pendere Parenatum

Judicio ; ut privata Domus compescere posset

Atrox Natorum ingenium ; lethique Minister

Impavidus Patris rigor in sua viscera factus

Jus

^a **ENDO LIBERIS JUSTIS JUS VITAE , NECIS , VE-
NUNDIQUE POTESTAS PATRI .**

*Judicis impleret partes, oblitus amorem
 Et patrii pietatem animi. Quid? nonne reposci
 Vidimus a Patribus Natos, quos pletere letbo
 Sece accingebant Cives? Exempla decora
 Olim Roma dedit; cum fortis Horatius, unus
 In decreturo duplicis certamine summo
 Fortunam Imperii, gemino jam fratre peremto,
 Incolumis, sub fraude fugae, tres vicerat hostes,
 Innectens virtute dolum; victorque redibat,
 Desitiae gentis spoliorum pondere onussum;
 Is patrum tangens limen, tot publica vidit
 Gaudia, tot plausus, gemitu, lacrymisque Sororis
 Turbari immerito, quae Sponsi percita letbo,
 Cujus in exuviis (quas fecerat Ipsa) recenti
 Sanguine conspersis, obtutus fixerat omnes
 Semianimis: Frater vero, pietatis iniquae
 Osor, inops animi, & calidâ re, nescius uti
 Consilio meliore; latus qui cinxerat, ensem
 Nudat; & hoc stricto Germanae in viscera, vitam,
 Ore furens, adimit; Sic, inquit, quaere sub umbras,
 Quo pergit, Sponsum fraternali nominis hostis,
 Hostis laetitiae communis, & una tot inter
 Nostrates inventa, mibi quae munera vitae
 Invideat, sortem redivivae lugeat Urbis.
 Atrox hoc visum scelus est, & morte piandum;
 Provocat ad Populum victor Reus: In sua Jura
 Assurgit Pater: Et meus est, meus, inquit, hic Heros; latio ad Po-
 Per quem nec servi sumus, & dominamur, & illo pulum.
 Stare loco famam laetâ jam fronte videmus,
 In quo Majores multo posuere cruento.
 Ergo, i, Lictor, ubique para, vel in Urbe, vel extra,
 Supplicium Nato, nullos ubi forte triumphos,
 Nullaque tam grandis species vestigia Facti;*

Unius Horati de tribus
Curiatiis vi-
ctoria.

Horatius So-
rorem inter-
ficit.

*Stringe manus, quae munitae virtute sagaci
 Jam desperatam Romae peperere salutem;
 Haud mora; perge, caput ferro submittere, dignum
 Mille coronari quae sitis sanguine fertis.
 Quid tamen ista loquor? mibi Jus servate, Quirites,
 Ut seu mors, seu vita, meo (quod more receptum est).
 Pendeat a nutu; mea sit sententia, vivat,
 Seu pereat, nostri qui pars est maxima, Natus.
 Vocibus his motus Populus, rem poscere Patrem
 Credidit, haud equidem insuetam, cui tradere Naturam,
 Vinclis exutum, voluit: Non defuit aequo
 Judicio unanimis plausus; visumque paterno -
 Jus Populi minus, & victoria crimine maior.*

Jus Patris vendendae Prolis.

*Hoc etiam Patri licitum est, ut vendere Prolem,
 Si cupiat, possit; praeterquam filius esset,
 Cui quae sita thoro, Genitore volente, sit Uxor,
 (Lege Numae cautum) ne forte invita subiret
 Servilem nova Nupta statum, bunc subeunte Marito;
 Neve per hanc fortasse viam, connubia passim,
 Saevitiam Patris, cum Nato averteret Uxor.*

Jus Patris bis redimendae Prolis.

*b Bis quoque permisum Prolem redhibere Parenti,
 Sed ternâ demum se venditione paterno
 Abdicat imperio Genitor, dominusque fit Emitor,
 A quo si fuerat libertas tradita Nato,
 Hic pleno fit jure suus: Sic saepe receptum est,
 Ut fide Genitor Natum ter venderet, ut se
 Juribus exueret patriis. Sed cultior aetas,
 Tam saevos coepit cum Roma remittere mores,*

Jus

*b SI PATER FILIUM TER VENUNDUIT, FILIUS A
 PATRE LIBER ESTO.*

*Jus immutavit Patrium, fraenumque paterno
Indidit arbitrio; jussique, ut pledere Natos
Dumtaxat Patri, poenâ leviore, liceret.*

Hactenus hic vulgata Patris sunt Jura, vel ipsâ Morte super duranda, suis impuberis ævi Natis Tutorem dum deligit Ille, paternas Cui mandat supplere vices, sobolemque tenellam Auxilio regere, & mores formare decoros, Praeceptisque juvare animum, rationis egentem, Et bene tractandis se totum addicere rebus, Quies impar longe est puerorum infirmior aetas.

DE TUTE-
LIS.

Testamenta-
taria.

Legitima.

*At si deficiat Patris testata voluntas;
Provista Lex, durum tutelae munus obire Agnatos cogit; quo compensata sit Ipsis Spes intestato succedere posse Puello.
Si non Agnatus, Patris nec iussa supersunt;
Inquirente prius, tutela a Judice manat.*

Dative.

Non solum curâ dubiae lanuginis aetas Indiget; Haic etiam dandus Curator (ut extat Legibus his caustum) cui mens est acta furore; Vel cui consilium gelidus stupor abstulit omne; Dandus & Huic etiam, qui res profundit avitas, Et cui cura sui, & rerum interdicta suarum est.

DE CURA-
TORIBUS.

Furiosi.

Fatui.

Prodigi.

Quod

c. SI PATERFAMILIAS INTESTATO MORITUR, CUI IMPUBES SUUS HERES ESCIT: AGNATUS PROXIMIOR TUTELAM NANCITOR.

d. SI FURIOSUS, AUT PRODIGUS EXISTAT, AST EICUSTOS NEC ESCIT, AGNATORUM, GENTILIUMQUE IN EO, PEGUNIAQUE EJUS POTESTAS ESTO.

Poena Tuto-^e Quod male si Tutor se gesserit, & sua desir
ris improbi. Incorrupta fides; jacturā nominis Ille
Plebitur, infamemque sibi traducere vitam
Cogitur; ac etiam, quando tutela peracta est,
Subtracti solvit duplum, ut sint salva Puelli
Commoda, Tutorisque trahat compendia poenis.

DE JURE ^f Jura Patrū attulimus: Nūc, quae sunt jura Patronis
PATRO- Debita, prosequimur. Cum primum tollere frontem
NATUS. Roma triumphalem coepit, Plebs tota potentum
Se Patrum dedit auxilio; quos aere juvare,
Officiis colere, & donis cumulare solebat,
Ult sibi Patricii, cum posceret usus, adessent.
Hinc immane nefas visum, si forte Patrono
Fraus innexa foret: qua de re criminis bujus
Quisquis sit maculā affectus, sacer esse jubetur.

DE JURE ^g Post haec, me revocant ad se Connubia; quae Plebs
CONNU- Primum non habuit Patribus communia; forte
BIORUM. Nullus in auspiciis fuerat quia mutuus usus,
Quae incunda forent: Sed, latè hac lege, tumultus
Saepius exciti studia in contraria scindunt
Plebejos animos, tali discrimine tactos;
Donec Lex tandem, Canulejo auctore, resedit,
Qui sic romano est Plebi pro more locutus.

Er-

**e Si TUTOR DOLO MALO GERAT, VITUPERATO:
QUANDOQUE FINITA TVTELA ESCIT, DUPLIONE
LUITO.**

**f PATRONUS SI CLIENTI FRAUDEM FAXIT, SAGER
ESTO.**

g PATRIBUS CUM PLEBEIS CONNUB JUS NEC ESTO.

*Ergo a Patriciis patientia nostra, Quirites,
 Contemni finet ulterius? quandone pudebit
 Immemores Nostrum vixisse diutius? en quo
 Perducti sumus, ut prorsus cum sanguine nostro
 Commiscere suum renuant: Nos, fuex sumus Urbis;
 Lux, Illi; Nos, Iudibrium; flos primulus, Olli.
 Et velut exculti diversis moribus essent,
 Diversa nati Patria, Nos, nostraque semper
 Obliquis spectant oculis. Quid pejus ab illis
 Expedemus adhuc? num diripuisse vel ipsam
 Hanc lucem, hanc auram, queis secum vivimus una,
 Ut reliqua, audacter tentabunt? hoc quoque tentent,
 Hoc dabitur; noscunt Nos otia ducere inertes,
 Ad nutum parere sibi, timidumque fovere,
 Indecoremque animum, solisque laboribus aptos,
 Seruitio miseram, ac obscuram vivere vitam.
 Et tamen His sat erit, fructus legisse sub umbra,
 Quos manibus nostris, nostro sudore, periculo
 Attulimus nostro. Quae tanta superbia mentem
 Occupat, ut posthac Cives nos esse negabunt?
 Ah! cur praefnostro illorum praefiantior Ordo?
 Num florent opibus? sed opes defendimus Ipsi,
 Et tutas per Nos, nostras contendimus esse:
 Consilione valent? nos pectore, nosque valemus,
 Quod plus est, operâ; quod honor si dandus inermi
 Consilio est, magis egregio stat gloria facto.
 Non ego, qui vobis praesum de plebe Tribunus,
 Nosque, Patresque inter patiar discrimen baberi;
 In corpus Plebs, & Patres coalescimus unum;
 Romani Patres, Romani dicimur Ipsi;
 Et melius Patribus, Romano nomine digna;
 Et facere, atque pati, dextraque, animoque parati
 Et sumus, & fuius: Cur nunc patiemur inulti*

Oratio Canu-
lei Trib. Pleb.
ad Populum.

Con-

*Connubii injuste communi jure repellii?
 Ah! potius, Nos hic linquamus vivere; in illâ
 Vivamus Regione, in qua sunt mutua vitae
 Comoda, non discors tenor, atque aequalia Jura.
 Cunctandum non est: Vobis, vestraeque futurae
 Innocuae proli, cui injuria tanta paratur,
 Hanc maculam removete, precor: Monstrate, Quirites,
 Hic, hic donatos Nos libertate morari;
 Regibus injectas non plus gestare catenas;
 Et posse ad primos merito descendere honores.
 Ah! ne Vos vobis desitis turpiter; ipso
 Sanguine rem tantam perfectam reddite, & ipsâ
 Vitae jaeturâ, modo sit jaetura vocanda
 Mascula vis animi, & melioris adoptio vitae,
 Quam nostrum supra paritura est gloria lethum.
 Dixit, & his animos dictis ita moverat, ut Plebs,
 Jure suo, ferret Legem; qua cuique liceret
 Plebejo, sibi Patriciam conjungere Sponsam:
 Sic, declinata Romae discriminis bujus
 Invidiâ, amissam connubia mutua pacem
 Plebei studio jam restituere Tribuni.*

DE JURE CONJUGI. ^h Sed sua sunt, quae mox referam, data jura Marito,
*Cui par, ac Patri, in Sponsam concessa potestas;
 Si de more tamen sit facta coemptio; & Uxor
 In Sponsi est converta manus: nam saepe solebat
 Usu Nupta capi, cum labitur integer annus,
 Atque loco Uxor, thalamoque retenta jugali est;*
Nec

^h **MULLERIS, QUAE ANNUM MATRIMONII ERGO APUD VIRUM REMANSIT, NI TRINOCTIUM AB EO USURPANDI ERGO ABESCIT, USUS ESTO.**

Nec tres per noctes, quibus interrumpitur usus,
 A Sponsi propriis longe penetralibus absit:
 Hic adhibendus erat ritus, quo Nupta Mariti
 Tota potestati plene subiecta maneret.
 Hoc quoque jus Vir habet, non fidam impune necandi
 Uxorem, quoties male custos Illa pudoris,
 Sacra maritalis violasset foedera lecti;
 Inter & amplexus, inter, quae praebet Adulter,
 Oscula iniqua, Viro tacite spectante, reperta;
 Vel si, cauta minus, vino temulenta studeret;
 Quo solet incendi stimulo persaepe libido.
 Mecennj, mihi, tu testis, lacrymabilis Uxor,
 Non alio vinum pretio, quam morte, bibisti;
 Ab! misera, ab! nimis est caro levis evita valupcas;
 Ipso facta rea es, quo te Vir novit, odore,
 Hoc satis, ut caderes tam tristis ultima Fati.
 Ipsae, quae tali statuunt Connubia formâ,
 Romanæ plerumque finunt Divortia Leges;
 Ut, causâ ex aliquâ, praesertim si male forsan
 Sit servatus honor, Sponsi discedat ab aede,
 Atque alio sibi forte locum, quem polluat, Uxor
 Quaerat, ut offensae fidei, laesique pudoris,
 Conjugis aspectum fugiens, luat improba poenas.
 Cui discedenti verbis consuererat uti,
 Quae sunt Prudentum studio concepta, Maritus.
 „ Sponsa, meam non esse, scias; mihi facta molesta es;
 „ Teque, tuosque satis damnat conscientia mores;
 „ Redde meas, res tolle tuas; hinc te ocios aufer.
 Non tamen haec eadem Uxori concessâ potestas,

Divortia.

R r II

i SI MULIERI REPUDIUM MITTERE VOLET, CAUSAM DICITO, HARUMCÉ UNAM.

*Ut sibi, cum vellet, discedere posse, licet
A Sponso, si forte aliis traducat amores,
Conjugiique fidem fallat, legesque jugales;
Quippe pudicitiae magis est recolendus ab Ipsa
Flosculus, & famae custodia major habenda;
Ne prolis vilescat bonos, nomenque Mariti,
Concubitu externo, vulgi lanetur ab ore.*

D E P A R- ^k *Postquam Connubii formas, Divortia postquam*
T U X I. *Diximus; intercerit jam nunc disquirere, Partus*
M E N S I U M. *Qui sit legitimus, Sponsi dam morte solutum*
Conjugium est, sobolemque utero conceperit Uxor;
Atque idco intererit, ne forsitan adultera proles
Externas affectet opes, & crimina velet,
Non praeservati Mulier lasciva pudoris;
Hinc justus, qui sub decimo, non justus habetur
Mense sub undecimo qui in lucem Postumus exit;
Scilicet haec nimis est Proli mora longa gerendae.
Heu quoties inter gemitus, quos impia promit
Moestitia, inviso, ac suspecto languida luctu,
Mentitur fletum, & fictis singultibus Uxor
Dilaniat crines, deturpatque unguibus ora;
Occulto interea misere dum pascitur igne,
Atque alios, accensa animum, meditatur amores,
Fraudum inventricis sibi grata silentia noctis
Molliter expectans, implendis comoda votis,
Ludit & offendit irati Conjugis umbras;
Dum genio favet impuro, & nova gaudia quaerit,
Atque suae parvi pendet dispendia famae,
Quam cauios rimata dolos vicinia mordet:

^l Sed

k Si quis ei in X MENSIBUS PROXIMIS POSTUMUS
NATUS ESCIT, JUSTUS ESTO.

JURISCONSULTORUM. 315

¹ Sed si vitales Foetum dum Mater in auras
Gignit, ab humana dissentiat ille figurâ,
Et monstrum referat, Naturam expertus avarum,
A qua deformem membrorum acceperit usum,
Qui miseram, turpemque lucem spectantibus offert;
Legibus invisam probibetur ducere vitam,
A proprio jussus citius Genitora necari.

DE PAR-
TU MON-
STROSO.

Nunc quis in Urbanis sit us aedibus, & quis in Agris
Cultus, & a cautis Jura observata Colonis,
Expediam: Parent nam praedia Legibus; & sunt
Rustica, sunt Urbana etiam servire coacta.

DE SER-
VITUTI-
BUS PREA-
DIORUM.

^m In primis, quicumque novas sibi construit Aedes,
Non, ut ei magis arridet, valet indere formam
Aedibus; est rebus suis his modus, omnibus aequo
Servandus; nec enim, quidquid velit, esse reposum
Privato putet arbitrio; sed Tecta paratus
Condere, cautus in hoc sit maxime, ut ambiat aedes
Circuitus, spatio, quod pes sextertius implet,
Latus, & hinc illinc omni sit ab obice liber;
Implicitus circum ne transitus obstet eunti:
Et simul ut passim, tali posita intervallo,
Tecta sibi removere procul vicina valerent
Baccantem late furiis immanibus ignem.

URBANO-
RUM.

Spatium vici-
narum aedi-
um.

ⁿ Spectat ad Urbanos fundos, quod diximus; illad, Rustico-
R r 2 Di- rum,

^l PATER INSIGNEM OB DEFORMITATEM PUERUM
CITO NECATO.

^m AMBITUS PARIETIS SEXTERTIUS PES ESTO.

ⁿ VIA IN PORRECTUM VIII PEDUM; IN AMFRA-
ETO XVI PEDUM ESTO.

*Dicitur quod deinde sumus, spectabit ad Agros :
Et primum Via (qua datur ire, daturque redire
Cuidam ex compatio, aut jumentum, aut ducere currū).*

Viae latitudo. Porrectum in totum pedibus protenta sit octo,
*Lataque in amfracto, currūs qua flectitur axis,
Sit duplii hoc spatio; quo sint expertia damni
Consa, praesertim tenero laetitia culmo;
Nec misere excursu nimio calcata premantur.*

*Quod spissis si forte satis Ager undique septus,
Cui datus est, facilem spatiandi baud commodet usum,
Is, quacumque volet, per prata licentius ibit;
Atque impuno feret, si fandum laeserit; Ipsum
Culpet se fundi Dominus, quod nulla relicta est
Semita, servitio pateat quae pervia dando.*

De aquā plu-
via arcenda. *Mox ad Aquas, quā lege regi, quoive ordine dusē
Debebunt, proprio: Non est cura ultima docti
Agricolae, utilibusque frui, & vitare nocentes;
Utilibus florent, marcentque nocentibus arva;
Ante alia id moneo, abstineat quicunque receptas
Rure suo limphas (quarum statione gravetur)
Fletere in alterius fundum; hunc admittere cogens,
Quos natura loci, situs ipse repudiat imbres;
Et sua quā fugiat, Vicino incommoda quaerat.*

*Saepe per id tempus res accidit, horrida quando
Ex insperato tempestas ingruit, & se*

In

**O SI VIA PER AMSAGETES IMMUNITA ESCIT, QUA
VOLET, JUMENTUM DUCITO.**

**P SI AQUA PLUVIA MĀNU NOCET; PRAETOR AR-
CENDAE AQUEAE ARBITROS TRES ADDICITO: NO-
XAEQUE DOMINO CAVETOR.**

JURISCONSULTORUM.

317

*In pluviam, rapide effusam, densata restabunt
Nubila; tunc agris ea vis infensa; cavendum
Tunc magis; & tunc est solertia major agresti
Expectanda Viro. Ah! felix, qui possidet arva,
Tuta situ meliore, nibil quibus ira procellae
Officit; a nocuo custodiat illa Propinquu;
Hunc timeat; solet is furtivâ impellere curâ
In rus vicinum nimios, quas excipit, undas;
Et timidis oculis delusa pericula spectat,
Fraude suâ, alterius propiori impendere ruri.
At Praetor curam mandat tribus, ut data noscant
Damna, & cui forsan data sint, reparentur eidem.*

*Fert secum hoc etiam Legis sententia, ne quis
Compressis rapidam mage reddat fontibus undam,
Quae teneras lambit, discurrens sègniter, herbas;
Illa etenim, fraeni impatiens, dum forte coacta
Libertate caret, vim colligit, atque ubi cursum
Invenit, egreditur praeceps, atque explicat iram,
Quam duras angusta moras conceperat inter.*

*Hoc pariter vetitum, ne quis, quâ rivulus ibit
Vicini, atque riget scientia providus arva;
Nonnullas, alid inductas, occultius illac
Intromittat aquas, & cursus augeat aestum,
Majori qui mole fluens, decus omne virescens
Polluat, & dulces pompas pessundet agelli.
Dic mihi, parvus ager, cultu nitidissimus, undâ
Lactari cupiens, quae bento interfluat amne,
Fraðaque per cursum molli crispetur ab aura,
Ut flores, sensim exculti, per gramina risus
Concilient, vario pingentes prata colore,
Nonne ruie misere, & proprio spoliatus honore,
Infelix languet, cum timpha immanius illam
Occupet, & juvenis fortunam corrueat anni?*

Quod ex ipsâ
laudatâ Legi
deducitur.

O ubi

O ubi repperies , caput extollentia prato
Lilia , Gelsiminosque suo candore moventes
Floribus invidiam ; Caltham , Violamque , Rosamque ,
Et qui sunt alii vario sub nomine flores ,
Qui belle infidias oculis in gramine neclunt ?
Exitium vobis timeo , vestramque ruinam ,
Ab pietas ! specto , tenero quae crescitis herbae
Caule , quibus corpus nimis imbecille paravit
Terra parens ; miserac ! si lapsa ferociter unda ,
Sors erit haec extrema ; peribitis ; inscius humor
Parcere , convellet vos e radibus imis ,
Nativumque solum coget crudeliter omnes
Deserere , atque alio moestum invenire sepulchrum ;
Vos quaesitum ibit frustra pecus , infremet hujus
Jejunus labor , & crebris balatibus usa
Aegra fames , languente gradu , atque errore frequenti
Acta diu , seram in noctem praesepia lustret .

DE ARBO-
 RIBUS CAE-
 DENDIS.

⁴ Haec ab Aquis veniunt incommoda. Sed neque defunt,
Crede mihi , aut paria , aut illis affinia si quae ,
Luxuriam foliorum , umbras arbusta nocentes
Diffundant ; agro res est ea dura propinquuo ;
Utilitas olli nam quae speranda , negatus
Cui sit ubique patens , & apertior aeris usus ?
Non illam , non illam , inquam , damnabimus umbram ,
Quam mollem gignit , sensim crescentibus uvis ,
Pampinus ; haec grata est , & amabilis ; haec tibi plantas ,
Dilectas mage , & in tutâ mage parte reposas ,
Quicis nimius calor , aut nimia est inimica procella ,

De-

q SI ARBOR IN VICINUM FUNDUM IMPENDET ; XV
 PEDES ALTIUS SUBLUCATOR.

Defendit placide, aestivumque refrigerat aestum
 Fessis Agricolis, faciles quaerentibus auras.
 Illa erit, illa nocens, quae mole exuberat alta,
 Atque omnem cingit nigrâ caligine campum;
 Haec Solis radios, quando bis terra indiget; imbræ
 Haec vetat, imbre cupit cum terra exusta rigari:
 Hoc sine praesidio, frutices quid praeter inertes,
 Squalidiore situ natas, suspiria Messor
 Cum lacrymis miscens, exacto colliget anno?
 Huic damno praefato Lex est; nimiumque patentes
 Falce, jubet, qua parte nocent, compescere ramos,
 Atque pedes alte vigintiquinque recidi.

Inter vicinos illud quoque contigit Agros,
 Ut, vento moti, fructus, vel sponte cadentes
 Maturi, pergant in non sua praedia; quando
 Curva solo alterius ramis impendeat arbos:
 Tunc aditum Domino, fructus legisse volenti,
 Aequae praescribunt Leges non esse negandum.
 Ne damno alterius lucrum sibi comparet alter.

Non autem fuerat Lex haec incognita in Agris;
 Si quid habet veri, nostras quod venit ad aures.
 Rusticus Arcadiae saltus, & pinguia prata,
 Dulci pace fruens, inopi sub sorte colebat;
 Huic humiliis domus, huic parvum aes, & inutilis Uxor,
 Mater anus, rixarum altrix, ipsissima pestis,
 Tota genas corrofa, animamque ignaviter affans
 Vinofam, & muco labrum spurcata cadente,
 Semisepulta toro, noctuque, diuque fremebat;
 Filius, crepus juvenili flore, levamen,

DE GLAN-
DE LEGEN-
DA.

Agrestis fa-
bella.

Quod

Si glans in emem caduca siet, domino le-
 gere jus esto.

Quod dabant, exvertit; nimis extenuatus agellus,
 Care conductus, victum praestabat, & ipse
 Mercedem Domino vix sufficiebat avaro.
 Unum, quo felix potuit, meruitque vocari,
 Unum erat, hoc uno reliqua ipse incommoda laetâ
 Pensabat facie, pulcherrima scilicet, atque
 Unice ad invidiam muliebris condita sexus,
 Filia; bis octo, non plus, flos comtior, anni
 Huic fuerant; color buic ipsum lac, lilyum & ipsum;
 Succo permixtum roseo, & vivace amaranto;
 Latitum humeri, graciles lumbi, frons lactea, capilli
 Quodam neglecto sparso per colla decore,
 Atque excurrentes ad risum semper ocelli;
 Olli dos erat ista (Patris quam angusta ferebat,
 Et tenuis fortuna) sinus pro tegmine, pannus
 Versicolor, bene texta subucula, lanea vestis,
 Tum fusus, peccen, colus, instrumenta laboris
 Feminei, & qui erat dilectior, Urceus, annos
 In plures servatus, & ad Sponsalia factus.
 Non tamen inde minus fuerat paupercula Virgo
 Optata effictim multis Rivalibus, urunt
 Qui sese, nitido aspectu, nitidisque ligati
 Formae blanditii, & simplicitate venusti
 Sermonis, nitique oculorum, suave micanti;
 Illa supercilium, fastum referente, flagrantes
 Patpat Amatores, & sub pietate superba,
 Et risu, & verbis, & spe solatur inani.
 Coepit & amari eadem est Divis ab agrestibus; illa
 Laeta, dolensque simul, gaudet, timet, ardet, & odit;
 A Divis quod ametur, amat; non audet amare,
 Ne suus illustres amor hic offendat Amantes:
 Noscit se natam misero de Patre, labore
 Sustentare suas vires, sub vidibus umbris

Ep

*Et male defensis, fumosi, ignobilis antri,
 Neglectam, curisque gravatam, vivere vitam:
 Quare est infelix inter felicia Sortis
 Manera, & ingenti videt infortunia ab ipsa
 Nasci Fortunam, inque odium se vertere amores,
 Verum e tot Divis unum non sustinet, uni
 Est infensa; hic est, deformior ore, Priapus:
 Hirsuti crines, cervix rugosa, lacerti
 Abnormes, horrendae aures, oculique minaces
 Implet illius tenerum formidine pectus.
 Totum contorquet sese male visus Amator;
 Blandule ad infidias solers parat ire, precatur,
 Flet quandoque etiam; sed pulchra Puellula Numen
 Spernit, & illudens inimico conspuit ori.
 Turpiter ejclus Deus infremit, ardet ab ira,
 Ulcisci meditatur, & hoc se vertit, & illuc,
 Omnem aditum explorans, quod non inglorius ipsum
 Deludi videat; nec enim procul abfuit, & re
 Oblata casu, quem respuit hostis amantem,
 Infestum, ultoremque Deum est experta Puella:
 Forte Haec carpensis pomis operosa vacabat,
 Aestivo fervente die, nitidissimus ibat
 Per frontem sudor, vultus non parva rubentis
 Gratia, & ingenui pars non postrema leporis;
 Cumque in agrum sua conspiceret delapsa propinquum
 Poma, morae impatiens, celer hoc venit, orat amice
 Ingressum; rem non insuetam orare, putabat:
 Custos, quem multis devinxerat ante Priapus
 Muneribus, negat hoc animo praesente; minatur
 Tristis nescio quid, ni se maturius illinc
 Eripiat, nec contra aliquid mutire, coegerit.
 In lacrymas, arma imbellis pauperrima sexus,
 Erumpit Virgo; & multo perculsa timore;*

Ss

Alma

*Alma Pales, inquit, tibi si campestria semper
 Supplex dona tuli, semper si floribus oram,
 Quae sitis avide, & contextis suavibus herbis,
 Ornavi; succurre malis, quibus opprimor; & te
 Vindice, fas mibi sit, violati sumere poenas
 Juris, & immerito acceptae superesse repulse.*

*Dixit, & his facilem precibus Dea praefitit, & vix
 Una dies fluit inde, lues cum dira, latensque,
 Custodem aggreditur, miserisque exulcerat artus:
 Nescius is, quae causa mali sit, protinus omnes
 Tentat, sed frustra, medicis conatibus artes.
 Pergit ad Oraculum tandem, cui haec reddita vox est.
 Diva tibi placanda Pales, sua poma volentem
 Carpare rure tuo, cur es prohibere Puellam
 Ausus, & ad gemitus, fletumque coegeris illam
 Ire, Deamque suis pronam exorare querelis?
 Audiit, & dictis citè paruit; ac duo lactis
 Pocula plena, recens pressi, versaverat ante
 Templa Deae; votique reus se obstrinxerat, inde
 Ingressum, si contigerit, se sponte daturum.
 Ex illo mos hic servari coepit ubique est
 Agricolis, idemque pavor concusserat omnes.*

**DE IN-
 TERSTITIO SEPIS.** Sed quia conjunctis sua sunt confinia Fundis;
*Quinque pedum spatio pateant haec pervia cuique,
 Praesertim sociis vertentibus arva Colonis
 Proxima, queis incumbit onus, superesse parandis
 Ad cultum agrorum, & vivendi commoda rebus:
 Nec spatium hoc ullo praescribi tempore, Leges*

Con-

**S INTRA QUINQUE PEDES USUS, AUCTORITASQUE
 NEC ESTO.**

JURISCONSULTORUM. 323

*Constituant; ne forte suo id conjungere ruri
Quis studeat, facilemque viam intercludat cuncti.
Sed vos (nosco equidem) vos, qui vicina tenetis
Praedia, non raro contenditis; aut ubi fines
Avulsi, aut ubi sint diversâ sede locati;
Ab! rixas prohibete; dabit quaerentibus ultero
Auxilium Praetor, qui tres, rem prorsus agrestem
Edocet, leget ille Viros, queis mandet, ut ortas
Compescat lites; per eos curabitur, ut quod
Forte sit creptum, constet discriminem in Agris:
Omnia tunc facile in tuto, tunc jurgia longe,
Tunc placati animi, atque in foedus utrinque redacti.*

*Nunc id erit dignum expendi, quo denique pacto
Jura sinat, Bona praescribi; ne fluctuet inter
Eventus dubios rerum Possessor, acerbae
Obstrictus sorti, ut fortunis nesciat uti:
Huic sunt fraena malo; nam quae retinemus in alto
Fixa solo, duplice excuso praescribimus anno:
Illaque, quae moveant se, aut sint apta moveri,
Et quorum est jactura gravis minus, unius anni
Plene nostra facit brevior mora; tempus in omne
Post futi sumus; Et nullus locus inde timori,
Ut nostrâ possint res e ditione revelli.*

** Verum conditio non est par insita rebus,*

S 2

Fur-

DE FINI-
BUS RE-
GUNDIS.

DE USU-
CAPIONI-
BUS.

Rerum stabili-
lum.

Mobilium.

Res furtivae
non usuca-
piuntur.

t SI JURGANT AFFINES, FINIBUS REGUNDIS PRAE-
TOR ARBITROS TRES ADDICITO.

u USUS AUCTORITAS FUNDI BIENNII : CAETERA-
RUM RERUM ANNUUS USUS ESTO.

x FURTIVAE REI AETERNA AUCTORITAS ESTO: AD-
VERSUS HOSTEM AETERNA AUCTORITAS ESTO.

*Furto quaeſitis temere ; tam inviſa pudorē
Crimina tutari , & fraudeſ donare benigno
Invenio Legum ; generis res huius , iniquum eſt ,
Praeſcribi , longum quamvis excurrerit aevum ,
Ex quo ſurripuit folers audacia furum .
Res neque praeſcribi poterunt , quas abſtulit Hostis ,
Et manet in Domino repetendi aeterna potefas .*

DE TESTAMENTIS. *Jamque aliud trabor : Ab ! lacrymae ne ſitis inertes ,
Ab ! voi nescio cur faciles quandoque placetis ;
Communem vobis aequa , noſtrisque Camoenis ,
Materiam ingredior : Morientum jufa ſuprema
Post obitus fervanda cano : Lenimus acerbi
Vim Fati ; noſtrique aliquid ſuperelle putamus ,
Cum , quae praeccipimus , curant fucienda Nepotes .
Qui testamentum facere poſſunt . ^y Hinc cuique eſt Civi veteri data Lege facultas ,
De re poſſe ſuā tabulis legare ſupremis ,
Ut velit , ut jubeat ; patrio modo jure ſolutus ,
Consilii compos , biſeptem expleverit annos .*

DE SUCCESSIONE AB INTESTATO. ^z Si tamen e vivis migraverit , atque voluntas
Ultima , qua rebus dentur moderamina , defit ;
Nullaque testatae maneant veſtigia mentis ,
Vel ſi , quae maneant , non ſint ſolennia , Legum
Orba patrocinio , queis eſt data forma ſupremis
De genere hoc tabulis ; Heredis jura ſubibit

Ante

y **PATERFAMILIAS UTI LEGASSIT SUPER PECUNIAE ,
TUTELAEQUE SUAE REI , ITA JUS ESTO .**

z **A ST SI INTESTATO MORITUR CUI SUUS HERES
NEC ESCIT , AGNATUS PROXIMUS FAMILIAM
HABETO . SI AGNATUS NEC ESCIT GENTILIS
FAMILIAM NANCITOR .**

*Ante alios, cuius sunt fortia vincula, Natus; Filiorum
 Naturā partes tunc suscipiente paternas,
 Quae vocat Hunc, statuens Olli moderamina rerum,
 Non collata recens, verum e natalibus ipsis
 Acquisita prius; sed quae reverentia Patris,
 Producentis adhuc vitam, restrinxerat ante.
 Sic humana fluunt; sic continua Parentum
 In Natos procedit opum successio; & Orbis,
 His vicibus varius, semper se praebet eundem.*

*Praeterea, Natis non existentibus, heres Agnatorum.
 Lege fit Agnatus, morienti proximus: At si
 Desit & Hic; qui Defuncto est de gente propinquus Gentilium.
 Jus heredis habet, rebusque, atque aere potitur.
 Sed succedendi datus est morientibus ordo Patronorum.
 Libertis, qui prole carent; Hi, si nihil usquam
 Testentur, Patronus erit, vel filius, heres;
 Et recte; quis enim melius succederet? annon
 Igitur accepta pro libertate tenentur
 Liberti, re non tenui, nec muncre parvo?
 b Quod si non unus fit Lege, aut scribitur heres, Hos*

DE DIVI-
SIONE HE-
REDITA-
TIS.

a Si LIBERTUS INTESTATO MORITUR, CUI SUUS
 HERES NEC EXTABIT, AST PATRONUS, PATRO-
 NIQUE LIBERI ESCINT, EX EA FAMILIA IN
 EAM FAMILIAM PROXIMO PECUNIA ADDUCI-
 TOR.

b NOMINA INTER HEREDES PRO PORTIONIBUS HE-
 REDITARIIS ERCTA CITA SUNTO. CAETERARUM
 FAMILIAE RERUM ERCTO NON CITO, SI VO-
 LENT, ERCTUM CITUM FACIUNTO. PRAETOR
 AD ERCTUM CIENDUM ARBITROS TRIS DATO.

*Hos inter (ne sit ratio violata cuique)
 Nomina, delatus queis est obnoxius Axis,
 Heredum pro parte rata Lex dividit; ut sic
 Particum sit onus, partitumque utile cunctis;
 Inque vicem indemnes socii serventur, utrique
 Quisque patens sorti, seu commoda sentiat actor,
 Seu reus acceptâ subeat pro lite periculum.
 Quod reliquum est, si forte velint, commune manebit;
 Verum si renuant; Praetor tres deligat; acris
 Horum judicio conceditur, ut dare partes,
 Et dandas aequâ studeant distinguere lance.*

*Post haec; nunc locus est Contractibus; & quod in illis
 Discriben, quae cuique sua est vis insita, quanta
 Utilitas ex hoc manat non ultima fonte,
 Dicam, nec quâ fint inventi aetate, tacebo.*

ORIGO
CONTRA-
CTUUM.

*Nullum sub prisco Contractum noverat aero
 Simplicitas hominum, dum se Saturnus agebat
 Pacifer in terris, atque aurea secla fluebant.
 Solus erat pro Lege Pudor; non Judice Rectum
 Indiguit, quod, sponte suâ, Natura docebat;
 Et timor, & timidæ conjuncta modestia fronti
 Felicem vitam procul omni a fraude regebant;
 Praeter se, nullam sceleris conscientia poenam
 Poscebat, satis ipsa animum torquebat iniquum;
 Haud aliquis tristem fallendi invenerat artem;
 Integritas morum, famae rigidissima custos,
 Et Ratio, nondum misere intercepta tenebris,
 Humanorum operum summum moderamen habebant;
 Reddiderat sacrosancta fides commercia tuta,
 Servabatque suum, atque alienum abjecerat ultro;
 Non erat aut pretium, aut merces, sed gratia tantum
 Mercedis, pretiique vices supplebat; & uni
 Quod deerat, genio tacitus sufficerat alter;*

Non

*Non dominum communis ager cognoverat unum,
Nunc hos, nunc illos usus faciebat honestus;
Diversaque manu gaudebat in arbore fructus
Decerpi, semper gustanti innoxius ori.*

*Sed postquam, Actatum vitio, dolus ingruit; Orbi
Non eadem facies, nec idem decus; excidit omnis,
Qua pax, qua nutritur amor, concordia morum;
Ad fraudes ventum est; sacra lex violata Pudoris;
Quae situm sceleri pretium; simulataque vultu
Religio; Et celata imo fallacia corde.*

*Cederet hinc malis hominum sors vita, faveret
Ni praesens Numen; Caelo duce, Et auspice Caelo,
Hanc inter tantam scelerum, segetemque malorum
Invenere viam tandem, qua foedera possent
Inter se Populi tractandis rebus inire;
Contradicisque statuta fides, cui postea formas,
Ut melius visum est, civilia Jura dedere.*

*c. Et prius est caute prospicuum Emotoribus; ut qui
Mancipium faciat, quidquid promittat, ementi
Inficias non ire velit; pactisque negatis,
Unde suum est robur Contractibus, omne revellat
Conventum: Qui forte secus modo faxit, iniquam
Quam celat, fraudem, pretii duplione, piabit.*

*d. Quod si praeterea rem quisquam vendat, Et emtor,
Tradita cum fuerit sibi res, numerare moretur,
Quod*

DE MAN-
CIPATIO-
NIBUS.

**c QUOM NEXUM FACIET, MANCIPIUMQUE, UTI
LINGUA NUNCUPASSIT, ITA JUS ESTO; SI INF-
CIAS IERIT, DUPLIONE DAMNATOR.**

**d RES VENDITA, TRANSQUE DATA, EMTORI NON
ADQUIRITOR, DONICUM SATISFACTUM ESCIT.**

*Quod fecere rei pretium, si venditor olli
Nolit habere fidem, res eft invendita, rursus
Ad Dominum rediens, a quo discesserat ante.*

**DE COL-
LEGIS, ET
SODALI-
BUS.**

*At quia vendentes coēunt plerumque sodales
In coetum, velut Artifices, spectantia ad artem
Forte suam, privata sibi conscribere Jura,
Nil detrimenti capiant modo publica, possunt.*

**DE FOE-
NORE.**

*Sed Foenus, quiq[ue] est in Foenore, maximus usus,
Expediam; Non hoc alium magis esse receptum
Jamdudum a priscis contractum novimus annis;
Scilicet is, luxu qui res absunxit avitas,
Quaerit inops, unde auxilium sibi comparet, & qui
Forte aditus vitiis olli referantur alendis;
Consilii inventrix, nec pauper mentis Egestas
Poscit opem alterius, rogitans sub Foenore credi,
Qui desunt, nummos; & quae sunt parta labore,
Devorvet usuris, & fese continent arte.
Ut terra, aestivo quae pulverulenta calore,
Mille cicatrices, ab Sole ardente reclusas,
Monstrat, difficilemque ab avaris nubibus imbre
Postular, ut teneris herbæ ab radicibus ustæ
Sustineant fugientem animam, vitæque cadenti
Praesidium quaerant miserabile; sed quid acerbæ
Gutta siti prodest? iterum exsiccata calefcet
Fortius, accensoque recens cruciabitur igne.*

*Hinc bene formatis Foenus procul Urbibus errat,
Quo ruere in praeceps Hominum privata videmus
Commoda, ab alterius misere lacerata rapinis.*

Ro-

**e SODALES LEGEM, QUAM VOLENT, DUM NE QUID
EX PUBLICA LEGE CORRUMPANT, SIBI FERUN-
TO.**

*f Romanae Leges hanc excentibus artem
Ex aequo posuere modum, fraenumque, cavendo,
Ne plus credenti nummos pro sorte quotannis
Solvatur, quam pars, quae sit centesima sortis.*

*Qui, desiderio pedestris stimulatus avaro,
Usuram miseris graviorem extorserit, istum
Damnari statuunt quadruplo, ut majoribus arctus
Sit poenis, quam Fur, pendit qui crimina duplo.*

*g Sic venere prius, sic ē crevere subinde
Contractus: Sed saepe suo diversus ab ortu
Exitus est: coepere fidem, quam mordicus ante*

DE JURE-
JURANDO-

Servabant Homines, aero violare sequenti;

Hanc sacramento stabilem confueverat usus

Reddere, ut, accitis fidei pro robore Divis

In testes, procul a Vero non ullus abiret:

Quod si mens justo non hoc perculta timore,

Sacrum contemnat vinclum, Superisque negare

Audeat obsequium, insignes subit improba poenas,

Exitium a Superis, ē ab omni dedecus Orbe;

Relligio scelere in tanto pia praesidet Ultrix,

Cui spretae dextrā famulantur vindice Leges.

*His, quae jam retuli, succedunt Crimina, ē ipsae
Criminibus Poenae, offensā a Ratione statutae.*

*Quis novus aspectus! scelerum quae borrenda paratur
Ante oculos facies! rorantia sanguine circum*

DE CRI-
MINIBUS,
ET POE-
NIS.

Tt Sup-

*f Si quis unciario foenore amplius foeneras-
sit, quadruplione luito.*

*g Perjurii poena divina exitium, humana
dedecus esto.*

*Supplicia offerri aspicio; pendere secures
Indigna cervice super; pietatis inertis
Oblitam Themidem, nudato immittius ense,
Ex mente immotâ, Et rigido confixere vultu.
Non secus ac duclus per florida culta Viator,
Hic ubi sub facili, viridique errore viarum
Lentae frondescunt vites, hederaeque sequaces
Affixae arboribus pendent, placideque fremendo
Neglectae labuntur aquae, Et sata laeta coronant:
Post, verso aspectu, per inhospita compita pergat,
Pallida ubi rerum effigies, ubi nubila condunt
Immensae Rupes, annosis queribus omne
Circum expellentes lumen, vallesque profundaæ
Subtus praecipitem, horrendumque minantur hiatum;
Nullus ubi fatus, sed opaca silentia silvae,
Mestæ, Et lugentes, atque umbra simillima spectris;
O quantus miserum pavor occupat! aret in imo
Pectore, vix captans vitales spiritus auras.*

DE CAE- *Tu mibi, tu in primis, ab quisquis es, impie Nata,*
DE PAREN- *A quo nex illata Patri est, oneraberis usque*
TUM. *Dirarum cumulo; male caute, potesne peracto
Hoc scelere, huic ultra sceleri supereffe? nec in te
Convertis patrio maculatam sanguine dextram?
Sed vivas, opto, tibi tu crudelior hostis;
Teque tui pascas odio; vitamque pergam
Ducere spe quavis lethi cogaris ademtâ,
Affidueque mori miser experiare, paternis
Quo pergas, sistas ubicunque, agitatus ab umbris.
Jura diu filuere; diu sua poena nefando
Subtracta huic sceleri est, quam subtraxisse juvabat,
Ne poenâ fieret scelus hoc mage notius Orbi:
Sed mens insedit diversa Quiritibus; eheu
Quid sanctum invenies, quid relligione verendum,
Quod*

JURISCONSULTORUM. 331

*Quod modo non violet perversae audacia mentis?
Rectius hi, poenâ arcendum baud leviore putarunt
Hoc immane nefas, quo nil deformius; ut quos
Non Patri obsequium, aut reverentia continet, illos
Supplicii gravitas tantis avertat ab ausis,
Cujus hic infelix fuit, horrendusque paratus.*

^b *Culcus instruitur: Velata fronte, revinctis
Post humeros manibus, Natus, miserabile cunctis,
Invisumque simul spectaculum, hic clauditur; una
Clauduntur comites, Gallus, Canis, effera vultu,
Simia, & atra furens inimico Vipera morsu;
Qui pressi inter se, ac spatio breviore retenti,
Sensim concipiunt rabiem, accensisque molesto,
Angustoque situ, acceptoque in membra calore
Insueto, santis miseros crudelibus artus
Dilaniant furiis; &, multo sanguine mixtam,
Divellunt animam; aerumnis quae affecta supremis,
Ignorat qua parte queat se effundere in auras:
Culleus his pompis, hoc ritu instructus acerbo,
Insano maris arbitrio committitur; andae
Excipiunt gremio invitae execrabilis pondus,
Atque bac, atque illac jaellant immittius; ut quod
Mortali pietas nulli negat, hoc quoque desit
Ingratae Proli, solamen dulce sepulchri.*

^c *Haec de caede Patris: sed si quis forte paratis* DE HO-
Tt 2 Ene- MINIS CÆ-
DE, ET VE-
NEFICIIS.

^h *QUI PARENTEM NECASSIT, CAPUT OBNUBITO,
CULLEOQUE INSUTUS IN PROFLUENTEM MER-
GITOR.*

ⁱ *SI QUI LIBERUM HOMINEM DOLO SCIENS MORTI
DUIT;*

*E necet infidiis Civem ; aut sua polluat atris
Ora beneficiis ; magicasque exerceat artes ,
Queis adimbat mentes , & carmine fascinet artus ;
Sive dolo faciat , seu tefta fraude propinet
Incauto nocuis quae pocula miscuit herbis ,
Plectendus letho venit ; ut non impare gressu ,
Quam quo praecessit facinus , poena inde sequatur .*

D E I N- CENDIO, *Olli etiam poenae mors est , qui ductus iniquo
Impete , frumento oppletus incenderit aedes ;
Verberibusque humeros caesus , datur igne cremandus ;
Ult , damni artifices , extinguant crimina flammae .
Si casu res eveniat , reparabitur aere
Noxia ; cum tanti non est , in corpore mitem
Exsolvit poenam , qui damni creditur auctor .*

D E P- EUNIIS RE- PETUNDIS. *Non fugit has poenas , quaestu corrupta pudendo ,
Judicij integritas ; si quando ab Judice litem ,
Frustrati in longum , varioque colore retenti ,
Oblatâ miseri redimunt mercede Clientes ,
Invisae quâ tanta morae fastidia vitent :*

Qaa-

**DUIT ; QUIVE MALUM CARMEN INCANTASSIT ,
AUT MALUM VENENUM FAXIT , DUITQUE , PAR-
RICIDA ESTO .**

K *QUI AEDES , ACERVUMQUE FRUMENTI AD AEDES
POSITUM DOLO SCIENS INCENSIT , VINCTUS
VERBERATUS IGNIS NECATOR : AT SI CASU ,
NOXIAM SARCITO ; SI NEC IDONEUS ESCIT ,
LEVIUS CASTIGATOR .*

I *SI JUDEX , ARBITERVE JURE DATUS , OB REM DI-
CENDAM PECUNIAM ACCEPSIT , CAPITAL ESTO .*

*Quapropter merito justas exasperat iras
Alma Themis, purgatque isthaec molimina letbo.*

^m *Eft quoque, par sceleri, falso mendacia Testis,
Supplicium vobis; & morte ferocius ipsâ,
Vos mortis genus invadit, quod Jura minantur;
Quippe is, qui falsis rem coram Judice dictis
Explicat, infelix, saxo demissus ab alto,
Exspirat miserandam animam; ultricemque furorem
Turpiter abjectae fidei fraus improba sentit.*

ⁿ *Non solum, qui falsa refert; sed vera fateri
Qui renuit, testis dum forte interfuit, & rem
Dum tenet, hanc nolit liquido reserare latentem,
Plectitur; Haic ergo est infamia tristis inusta,
Huic a Lege omnis testandi ablata potestas.*

^o *Talio praeterea fuit haud ignobile poenae
Inventum; & membrum qui fregit, frangitur Olli
Hoc ipsum; ut similis, quam perfidus intulit, in se
Irruat offensa; hinc, exemplo vindice, visus
Nunc illi pes abscissus, nunc lumen ademtum,
Abscidit qui forte pedem, vel lumen ademit;
Sed poterat redimi poena haec asperrima paexo.*

DE FALSI
TESTIBUS.

DE TESTE
DESERTO-
RE.

DE TA-
LIONE.

^p *Qui*

^m **SI FALSUM TESTIMONIUM DICASSIT, SAXO DE-
JICITOR.**

ⁿ **QUI SE SIRIT TESTARIER, LIBRIPENSQUE FUERIT,
NI TESTIMONIUM FARIATUR, IMPROBUS, IN-
TESTABILISQUE ESTO.**

^o **SI MEMBRUM RUPSID, NI CUM EO PACIT, TALIO
ESTO.**

DE INJU-
RIIS. *p Qui tamen os quodvis genitali e sede revellat ,
Ingenuo tercentum acris pro crimine pendit ,
Dimidium Servo : q Verum si impegerit , i blu
Audaci , aut alapam , aut pugnum temerarius ori ,
Quinque , & viginti persolvere debuit aeris :
Sed parva , ac mitis poena baec , atroce subinde
Major ab eventu facta est ; ne pigra tueri
Haec posset vindicta scelus ; cognoverat olim
Hoc grave Roma nefas , tunc cum Neratius , ille
Improbus egregie , quos inveniebat eentes ,
Percutere in quoddam ingenii solamen acerbi
Assuevit , nummisque ibat impune solutis ,
Quos Servus se pone sequens de more ferebat ,
Flagitium Domini praesto purgare paratus :*

DE FAMO-
SIS LIBEL-
LIS. *Si vero , invidia misere praecordia taetus ,
Quis secum alterius studeat perstringere famam ,
Et plena occentet maledictis carmina , citemque
Ante ejus verbis petulanter differat aedes ,
Prostituatque bonum sua per convicia nomen ,
Tradetur morti , quam tristi fronte reposcunt ,
Famae custodes alienae , aequissima Jura .*

DE FUR-
TIS. *Et Furtis sua poena manet , non omnibus una ;
Pro graviore gravis , levis est leviore statuta .*

Po-

*p Qui os ex genitali fudit , LIBERO CCC. SER-
VO CL. AERIS POENAE SUNTO.*

*q Si qui injuriam alteri faxit XXV. AERIS
POENAE SUNTO.*

*r Si qui Carmen occentassit , quod alteri
FLAGITIUM FAXIT , CAPITAL ESTO.*

Ponere fas erat in tuto sub vindice Lege
 Fortunas Hominum, & longe removere rapinas,
 Quas morum corrupta fides, scelerumque patrona,
 Et, solers vitiorum altrix, audacia nutrit.
 Non ea mens tenuit Lacedaemonia; furtæ merebant
 Praemia in hoc Populo; Cives ad bella paratos
 Sic fore credebant melius, quibus ante per artem
 Furandi quaesita animos industria promtos
 Fraudibus efficerent belli, & virtute sagaci
 Militiam in furti speciem exercere valerent.
 Ipsa tamen merita voluit depellere poenam
 Gens Romana malum, semper quae caussa malorum
 Larga fuit; nec enim strages, incendia, rixæ
 Ullo fonte magis, quantum ista ab origine manant.

Et quia majus ubi minitantur furtæ periculum,
 Poena fit asperior, nocturnos perdere Fures
 Lex ideo finit, ut tantâ formidine tactum
 Hoc hominum genus invisum, se prorsus ab isto
 Abstineat scelere, & procul a terrore, quieta
 Reddita sint timidae tacitura silentia noctis.

Haec de nocturno: Sed Fur interdius, olli
 Cui faciat furtum, furto deprensus in ipso,
 Verberibus caesus dat poenam, addictus amaro
 Servitio ejusdem, spoliatus protinus omni
 Libertate suâ, & civili forte minutus.

Fur nocturnus.

Fur interdius.

ⁿ Quod

s SI NOX FURTUM FAXIT, SI IM ALIQUIS OCCISIT,
 JURE CAESUS ESTO.

t SI LUCI FURTUM FAXIT, SI IM ALIQUIS ENDO
 IPSO CAPSIT, VERBERATOR, ILLIQUE, CUI FURTUM
 FACTUM ESCIT, ADDICITOR.

Servi furtum. ^u *Quod si Servus erit furti reus, est sua Seruo
Major poena; miser tergo qui verbera passus,
Mittitur in praeceps Tarpejae a culmine rupis:
Si Servi Dominus furti sit conscius, illud
Lex cavit, ut noxae Servus pro crimine detur.*

Jus occidendi ^x *At quia fur capientis amat plerunque tenaces
furem, telo Evagisse manus, & se defendere telo;
se defenden- Tunc prodest alte clamare, fidemque Quiritum
tem. Poscere in auxilium; Quod si violentia Furis
Non cedat, Furem jus est impune necandi.*

^y *Si tamen Hic visus non fit, cum subripit, aut cum
Subreptum dicit, nec in ipsa fraude retentus,
Duplo punitur: Verum si condita praeda
Furtum per Forte domi, aut alibi, solenni more, reperta est,
lancem, & li- (Quod Veteres olim per lancem, & licia Furtum
cium. Conceptum dixerunt) velut manifestius aequa
Hoc foret, in poenam quadruplo Reus incidit auctoriam.
Unica permissa est tamen indulgentia Furi,*

Ut

**u SERVUS VIRGIS CAESUS, SAXO DEIICITOR. SI SER-
VUS, SCIENTE DOMINO, FURTUM FAXIT, NO-
XIAMQUE NOXIT, NOXAEE DEDITO.**

**x SI SE TELO DEFENSIT, QUIRITATO, ENDOQUE
PLORATO: POST DEINDE SI CAESI ESCINT, SE
FRAUDE ESTO.**

**y SI ADORAT FURTO, QUOD NEC MANIFESTUM
ESCIT, DUPLIONE DECIDITO.**

**z SI FURTUM LANCE, LICIOQUE CONCEPTUM ESCIT,
ATQUE UTI MANIFESTUM VINDICATOR. SI PRO
FURE DAMNUM DECISUM ESCIT, FURTI NE
ADORATO.**

JURISCONSULTORUM.

337

*Ut , si de damno forsan transegerit , omne
Actori ulterius secum jus tollat agendi.*

*a In campos plerumque etiam malesana cupido
Excurrit Furum ; Hi segetes , in flore virentes
Non sat maturo , quae dant Cultoribus amplam
Venturae spem laetitiae , Et dulcissima spondent
Praemia sudorum , evellunt ; Hi ex arbore fructus ,
Mox expectantis ditissima vota Coloni
Facturos , rapiunt ; quaerentes saepe sub atrâ
Nocte patrocinium sceleri , tum , cum obsita somno ,
Cauta suis minus est Domini custodia rebus :
Invisam resecant illis suspendia vitam ,
Quam merito tibi devotam voluere Quirites ,
Alma Ceres , frugum inventrix , Et provida Dixa
Agrorum , per quam monstratas Rusticus artes
Callidus exercet , gaudetque , in qualibet anni
Parte , suo terram docilem parere labori .*

*b In Pueros , rerum ignarâ qui aetate tuentur ,
Non acque fertur Lex aspera ; verbere caedi
Hos jubet , arbitrio Praetoris ; Et omnia duplo
Damna ab eis refici , quae sunt illata Colonis .*

c Verum arbusta aliquis si aliena inciderit , aeris

**DE ARBO-
RIBUS FUR-
TIM CAE-
SIS, ET FRU-
GE SECTA .**

Poena Im-
puberum.

Vv

Quin-

**a Qui FRUGEM ARATRO QUAESITAM FURTIM NOX
PAVIT , SECUITVE , SUSPENSUS CERERI NECA-
TQR .**

**b IMPUBES PRAETORIS ARBITRIO VERBERATOR , NO-
XIAMQUE DUPLIONE DECERNITO .**

**c SI INJURIA ALIENAS ARBORES CAESIT IN SINGU-
LAS XXV. AERIS LUITO .**

Cura rerum
agrestium a-
pud Roma-
nos.

*Quinque, & viginti pro quavis arbore pendit.
Ruris enim in Latio quanti cultura fuisset,
Qyem fugit? Hujus erat par pene, ac ipsius Urbis
Servandae studium; Namque huc & amabilis illa
Prisci simplicitas aevi, spoliataque fuso,
Atque optata quies genio invitabat amico
Cives egregios; ubi mens oblita parumper
Curarum, satis ipsa sui contenta, laborum
Praemia secreto placide capiebat in agro.
Illi tranquillae laetabant otia vitae
In bello firmatum animum, rurisque paterni
Dilectum hospitium, rediens jam victor ab hoste,
Visebat Consul, suspicans molliter umbras,
Quas vitreae prope murmur aquae contexuit arbos.
Nonnunquam hic manibus, lauro vittrice refertis,
Rumpebat glebas avide; & jam rusticus ipse;
Immemor obtentae per multa pericula famae,
Brachia nudatus, grave pondus adibat aratri.
Quam pulchrum visu! impavidum quem gloria nuper
Contra hostilem aciem, & per tempora pulvere sparsum
Sanguineo forti tractantem pectore ferrum,
Obtulerat; parvae, ac humilis nunc sortis amantem,
Dedere se huic operi, & colere accuratius arva!
Ipsa prius cultum callosi experta bubulci
Terra, triumphali gavisa est vomere findi;
Et tanto agricola quasi facta superbior, anni
Messel exoptatam spe non frustrabat inani.
Saepius Huic, operis sociam, se adjunxerat Uxor,
Tam fortunati pro voto facta Mariti,
Cara pudicitiae custos, quae Sole perusta,
Nec speciosa minus, minus inde venustula, curam
Suscipiens ruris, nunc sub ferventibus horis
Colligit, & purgata suo de cortice, servat*

Cau-

*Cautior ad plures siccata legumina menses :
 Nunc autumnali sub tempore ; seu rubra mala ,
 Seu pyra per tabulas disponit in aede paratas ,
 Seu lassis jam decerptas e vitibus uvas
 Sub trabe suspendit , quo sit reparata futurae
 Paupertas biemis ; dulcesque industria reddat
 Densa nube dies gravidos , pluviisque madentes ,
 Et Boreae furiis , ac tempestatibus actos .*

*Hic vitae tenor , bae fuerant meliore sub aezo
 Deliciae Gentis Latiae , cum mascula Virtus
 Grande sibi pretium , populari nescia plausu
 Nutriri frontemque suam affectare superbam ,
 Otio , & hac carâ taciti dulcedine ruris
 Pensabat curas , exantlatosque labores
 Inter difficilis dubia experimenta Gradivi .*

^a *Fraus in Deposito , ac fallacia , proxima furto est ; DE DOLO
 Distat quippe parum , quod res sit rapta , vel illa IN RE DE-
 Alterius fidei commissa , sit inde negata : POSITA .
 Duplum huic poena dolo est ; poenae terrore , datarum
 Tuitior est rerum custodia , suntque timendae
 Insidiae minus , atque minus Commercia languent .*

^b *Ille etiam est Furi similis , qui , quae sua non sunt DE TIGNO
 Tigna , suos , non absque dolo , convertat in usus , INJUNCTO .
 Vel quando tollat , vel quando fulciat aedes ,*

V v 2 Aut

d Si QUID ENDO DEPOSITO DOLO MALO FACTUM
 ESCIT , DUPLIONE LUITO .

e TIGNUM JUNCTUM AEDIBUS VINEAEQUE CONGA-
 PES NE SOLVITO : AST QUI JUNXIT DUPLIONE
 DAMNATOR : TIGNA QUANDOQUE SARPTA , DOT-
 NEC DEMTA ERUNT , VINDICATO .

*Aut passim ruri errantes struat ordine vites:
Id qui tentat, erit per eum, Tigni vice, duplum
Solvendum; nec enim divelli Tigna, placebat,
Aedi conjuncta, ut Domino tradantur: At illa
Si dizulsa forent, vel adhuc non aede locata,
Jure sibi Dominus reddi a raptoribus, instet.*

- DE PUBLI-^f Publica Privatis succedunt Crimina, quorum
CIS CRIMI- Praecipue reus est, Pacis violator, iniquos
NIBUS. Per noctem coetus agitans, quibus otia turbet
Dulcia, communemque exerat in Urbe quietem;
Quique in perniciem Patriae crudelibus ausis
Proscissos odiis impellat ad arma Rebels;
Aut Civem in miseram ditionem mancipet hostis.
Ah! male caute, ah! quid speras tibi? perfide, vitam
Desere, qui indignus vitâ es, cineresque nefandos
Longe disperdant auræ; nomenque scelestum
Aut obliuisci, aut fumante cruce notatum,
Curent historiae seclis mandare futuris.**
- De DA-^g Jam de Criminibus, Damnis jam de omnibus actum,
MNIS SINE Fraude datis; nunc, quae dantur sine fraude, supersunt:
INJURIA Hisque super damnis generatim Jura cavebant,
ILLATIS. Ut, quod deterius factum est, sit cuique refectum.
Quapropter si qui quadrupes correptus ab irâ;
Aut calida accensus vi luxuriantis amoris,**

Pax-

**f SI QUI IN URBE COETUS NOCTURNOS AGITASSIT,
PERDUELLEM CONCITASSIT, CIVEMQUE PER-
DUELLI TRANSDUIT, CAPITAL ESTO.**

**g SI QUADRUPES PAUPERIEM FAXIT, DOMINUS NO-
XAE AESTIMIAM OFFERTO: SI NOLIT, QUOD
NOXIT DATO; ET QUI PECU ENDO ALIENO IM-
PESCIT.**

JURISCONSULTORUM. 34

*Pauperiem faciat ; Dominus vel pendere damni
Aestimiam , aut Animal debebit tradere noxae ;
Servatum hoc ipsum est , si quod laxetur in agros
Jejunum pecus , atque alienas demeat herbas .*

*Nunc , quae Judiciis sua sit data forma , quis ordo DE JUDI-
Servandus veniat (res est non parva , nec inter CIIS.
Romanos Fajtos minus extollenda) docebo .*

^h *Atque ea principio contendere Jure volentis
Cura sit Actoris , litem cui moverit , in Jus
Compellare Reum ; is si accedere forte recuset ,
Dextra recusantem rapiat ; colloque retorto ,
Ante Magistratum ducat cito : Testibus uti ,
Ne sit iners , atque (ut mos est) his vellicet aures ;
Res peragenda palam , nec enim clam forte peracta ,
Suspitione caret ; nam cui praestanda , remoto
Spectatore , fides , num se bene gesserit Actor ,
Num justi leges servaverit ille pudoris ?*

ⁱ *Quod si Conventus tardis aegrotet ab annis ,
Et curvos humeros trahat , & , cervice remissa ,
Spectet humum , gressuque sub unoquoque sepulchrum
Quaerat in auxilium tardae , exosaeque senectae ;
Vel si febriculae vitium corroserit artus ,
Aut aliud forsan morbi genus occupet , olli ,
Quo relevetur iter , jumentum comparet Actor ;
Subsidium renuat si tale , negatur eunti*

Mol.

^h *SI IN JUS VOCAT , ATQUE EAT . NI IT ANTE-
STAMINO ; IGITUR EM CAPITO . SI CALVITUR ,
PEDEMQUE STRUIT , MANUM ENDO JACITO .*

ⁱ *SI MORBUS , AEVITASQUE VITIUM ESCIT , QUI IN
JUS VOCABIT , JUMENTUM DATO : SI VOLET ,
ARCIERAM NE STERNITO .*

Ordo Judicio-
rum.

*Molliter ornatus constructus divite Curru;
Judicii intemeratus bonos excludit inanes,
Quas colit ambitio, fastu plenissima, pompas.*

^k *Sed licuisse Reo, compertum accepimus, ipsum
Subtrahere Actoris manibus, dum a Vindice sisti
Spondetur, cum posset opus; pro divite dives,
Debuit esse tamen, quivis pro paupere Vindex.*

^l *Tum si quid per iter placeat fortasse pacisci
Actorumque, Reumque inter; sub Judice causa
Ad pacti leges est decernenda receptas;*

^m *Quod si nil per pacta Reo transegerit Actor;
Ance, polo medium quam Sol pervenerit axem,
Lis peragenda Foro est; ubi rerum pondera Judex
Pendens, & partem auditis in utramque Patronis,
Ipse suo Adstantum componit jurgia jussu.*

ⁿ *Si tamen ulterius Sol sit progressus, & alter
Forte Cliens absit, Praesenti addicere litem,
Jura volunt. Sole occaso, suspensa filebunt
Judicia; &, foribus cessabit Curia clausis,
Mille per ambages studia exagitare Clientum.*

• Ve-

^k **SI EN SIET, QUI IN JUS VOCATUM VINDICET,
MITTITO. ASSIDUO VINDEX ASSIDUUS ESTO,
PROLETARIO CUIQUE VOLET VINDEX ESTO.**

^l **ENDO VIA REM UTI PACUNT, ORATO.**

^m **NI ITA PACUNT IN COMITIO, AUT IN FORO AN-
TE MERIDIEM CAUSSAM CONSCITO, CUM PEKO-
RANT AMBO PRAESENTES.**

ⁿ **POST MERIDIEM PRAESENTI STLITEM ADDICITO.
SOL OCCASUS SUPREMA TEMPESTAS ESTO.**

• Verum si Sponsor vadimonia deserat, & quem Promisit offerre Reum, non offerat inde Judicibus, poenam, volait quâ forte teneri; Persolabit; ni ipsum sub Tecto sôntica caussa Impediat; vel ni suscepta negotia tractans Publica, ob id, patriâ longe discesserit Urbe: Vel voto vacet implendo, vel ab hoste trahatur In Jus, forte die tum intercedente statuto.

• Non raro tamen eveniet, quod copia defit Horum, qui valeant testari, quae petat Actor Judicio; ternis tunc clamans Ille diebus Ob portum, & proprias Convento obvagulet aedes: Si Reus Actori nolit rem tradere, fraudemque Obstinet; accitis clamorum testibus, Actor Irruet in Tectum, & partes rimabitur omnes, Remque suam abducet, latebrâ quacumque repertam.

Nunc ad Vindicias pergo; Cognoscere praefat, Judiciis, quâ de causâ, & cui dentur, & harum Usus qui sit, & buic etiam sua quae sit origo.

• Lis plerumque foro multarum indagine rerum

DE OBVA-
GULANDO.

DE VIN-
DICIIS.

Ex-

o JUDICE, ARBITRIOQUE ADDICTO, VADES, SUBVADES DANUNTO: VADIMONII DESERENDI, UTI PACUNT POENA ESTO, EXTRA QUAM SI MORBUS SONTICUS... VOTUM... ABSENTIA REIPUB. ERGO, AUT STATUS DIES CUM HOSTE INTERCEDAT; SI QUID HORUM FUAT unum JUDICI, ARBITRIOVE, REOVE EO DIE DIFFENSUS ESTO.

p Cui TESTIMONIUM DEFUERIT, IS TERTIIS DIES BUS OB PORTUM OBVACULATUM ITO.

q SI QUI IN JURE MANU CONSERUNT, UTRISQUE SU-

344 R E S P U B L I C A

*Exacte explenda est, tunc cum vocat omnia Jūdēx
Ad trutinam prudens; nec enim quae postular Actōr,
Obtinet extemplo, nisi plenius omnia constent;
Vindiciae interea, Praetore jubente, dabantur
Convento, qui rem, non vi, non possidet astu,
Donec eam liquido sibi non spectare, probetur.*

*Vindiciae secundum libertatem dātur.
Si Libertatis, cuius favor extitit ingens,
Causa sit, hoc cautum, ut pro Libertate tuendā
Dentur Vindiciae, quas frustra est posse re visus
Possessor Dominus, spoliari Jure coactus
In Servum, quando sub Jūdice quaeritur, utrum Hic
Servus revera, an potius sit liber habendus.*

*Appius Claudius Decemvir captus est amore Virginae.
Qui tulit hanc Legem, Legis vim frangere tentat
Appius, incauto qui captus ab igne Puellae
Virginiae, in casus misere est prolapsus iniquos.
Virgo, maternā rigide enutrita sub umbrā,
Tanto pulchra magis, quanto magis ore modesta,
Respuit indignos, animo praesente, rogatus;
Nil prorsus valueret minae, pretiumque, precesque,
Arma, quibus muliebre nequit se opponere pectus;
Sed super Illa fuit pretio, precibusque, minisque;
Forte pudicitiae scutum, mens nescia fleti,
Restitit, & major sexu imperterrita vicit.
Ardet amans, & amore perit; quos querere, quos vult
Explorare aditus, septos videt esse pudore:
Ibat enim ante oculos formae excellentis imago,
Splendida majestas, risu permixta decensi,*

Et

**SUPERSTITIBUS PRAESENTIBUS SECUNDUM EUM,
QUI POSSIDET: AST SI QUEM LIBERALI CAUSSA
ADSERAT, SECUNDUM LIBERTATEM VINDICIAS
DATO.**

*Et grata timidus rubor, & qui suaviter ardet
 Spiritus, atque, oriens ab honore, superbia frontis.
 Quid faciat; quo se vertat; quid, saucius iectu,
 Consilii capiat, toties ab amore repulsus,
 Infelix nescit: Sed, desperantibus unum,
 Quod superest, adhibere dolos, & necesse fraudes,
 Aggreditur: Vincamus, ait, nec vincere turpi
 Poenitet exemplo; quodcumque in crimen cundum est,
 Crimen enim quodcumque meo ignoscetur Amori;
 Curandumque Viro totam rem detulit, omni
 Qui fuerat scelere insignis, fraudumque Magister
 Famosus, nomen cui Marcus Claudius; illum
 Sic fatur, tales fundens e pectore sensus.*

*Marce, o, quem acrumnis juvat appellare supremis,
 Quo meliorem alium frustra reperire labore;
 A te magna peto; vetus est tua gloria, magna
 Perficere; est votis in te solertia major;
 Tamque tibi facile est, agere, atque implere petitam,
 Ardua quantum aliis dulce, ac proclive jubere.
 Actum est jam prorsus de me, si tu mibi desis:
 Affer opem; tu redde animum, lethumque propinquum
 Tu remove; ab! Amor est, qui me nunc conficit, & quod
 Infixit vulnus, nullâ possum arte mederi;
 Virginia hoc posset; sed respuit effera; quodque
 Humanum est, nostri misereri, ingrata recusat.
 Tu succurre; sita est in te spes nostra; levabis,
 Ut poteris, curam; fac, quaeſo, ut molliat atrox
 Ad lacrymas nostras, nostra ad suspiria, pectus
 Virgo, causa mali; dic, quae dictu optima reris;
 Observa, qui sit dexter modus; excipe tempus,
 In quo forte sciāt nostris mansuēcere poenis;
 Ora, si oranti facilem se praefest; in iras
 Assurge, irato si se tibi dedat, & barum*

Ap. Claudio
negotiū Mar-
co Claudio
dat, ut Virgi-
niā potiatur.

*Si via nulla patet , cuivis non parce labori ,
 Quemque move lapidem; tenta , meditare quod usquā est ;
 Fas , & Jura ruant , fraudes excurre per omnes :
 Fac , ut ego vivam ; atque mori , si fata jubebunt ,
 Cara inter , fac , inveniam sua brachia mortem ;
 Sic neque vita ferox , neque erit mors aspera nobis .
 Posce operis quodvis pretium tibi ; meque paratum
 Ad quodcunque voles , babeas ; tantumque fatebor ,
 Me debere tibi ; quantum depingere verbis
 Non possum ; potero , ut spero , persolvere factis .*

M. Claudius improbū consiliū exequitur. *Claudius ista diu secum mandata revolvens ,
 Res uti erit tractanda , docet ; spondetque secundum
 Eventum fraudi . Subito vocat ecce Puellam
 In Jus ; atque palam vultu contendit iniquo ,
 Virginiam sibi deberi ; de Matre , retentā
 Sub ditione suā natam , furtoque subinde
 Exemptam fingit . Sedet ipsemet Appius bujus
 Flagitii Judex , fuerat qui perfidus auditor .
 Ergo quid , cernente suam sub Judice caussam ,
 Infelix speret Virgo ? se moesta decoro
 Tutatur fletu : Dicit , sibi deesse Patronum ;
 Dicit , abesse Patrem : sed & hic , & inutilis omnis
 Conatus ; nocet aspectus , quo sit rea ; caussam ,
 Pulchra minus , multo meliorem tuta foveret ;
 Et magis illa dolens , magis est culpabilis ; aucta est ,
 Quo mage possit Amans incendi , forma dolore .*

Populus commovetur. *Interea pietas Adstantum excita , pudori
 Duxit , iners ultra , pavida , ac ingrata videri :
 Ipsa palam , ipsa audax coepit defendere inermem ,
 Auxiliique inopem , solam , timidamque Puellam ;
 Una clamatum est , crudelem , ac prorsus acerbam
 Rem fore , damnari Natam , cum ignorat , & absens
 Sit Genitor ; jam jam facturos protinus ipsos ,*

Ut

*Ut veniat ; rebusque suis pro jure paterno
Fospiciat praefens ; sed , re pendente , Puellam
Vindicias merito pro libertate rogare .*

*Appius expositâ tali sub imagine rerum
Obstupuit primo ; dein sic decrevit , ut ipsi ,
Temporis interea , tradatur Virgo Petenti ;
Judicium differre tamen maturius inde
Patris in adventum . Decreti asperrima valde
Conditio , novitate suâ perculsit acerbâ
Adstantes animos : Sed , qui mox inde Maritus
Virginiae tradendus erat , sese obtulit ; Et quid ,
Quid , Judex , decernis , ait ; sacra Numina testor ,
Hoc tacitum non ipse feres , quod mente revolvis
Impurâ ; talem lecto mibi jungere posco
Virginiam , qualem fecit natura , pudicam ;
Hanc caram , banc dulcem Pater ad connubia Natam ,
Non illam ad stuprum servat : tua caeca libido
Discat fracula pati ; nec , quae collata potestas
Est tibi , in alterius famae est vertenda ruinam :
Nuc , quid agas , meditare ; vide , quod quidquid agendum est ,
Me stante hic , Populo Romano teste , Et eodem
Vindice , ages : poenam expecta ; dabis , improbe , poenam ;
Undique babes hostes , nec habes quo evadere possis .*

*Appius , anicipiti mentis jaestatus ab aestu ,
Propositum retinere , timet ; revocare , decorum
Non putat , atque magis credit sua crimina pandi .
Censuit hoc tutum , sumtis sponsoribus , ipsam
Mittere Virginiam . Praefstat clementius , inquit ,
Me gerere , Et potius pessundare jura Petentis ,
Quam caussam exactâ rigide perpendere lance ;
Concedo spatiū Patri , quo possit in Urbem
Quamprimum remeare , suum si tardius ille
Protrahat adventum , frustra differre Petenti*

App. Clau-
dius Vindi-
cias dat secu-
dum servitu-
tem.

Sponsus Vir-
giniae desti-
natus Appio
contradicit.

Appius spa-
tium conce-
dit , ut Pater
in Jus veniat.

Judicium speret. Postquam has dedit ore loquelas,
 Tunc omnes arre*cti* in spem, qui cuncta referret,
 Ad Patrem mittunt; tempus breve fluxit, Et ecce
 Se tulit in medium Genitor: Quem poscitis, adsum,
 Dixit; Nata mea est, meas sunt haec Viscera, pars est
 Haec mage cara mei; Quid tu, me absente, pudenda,
 Claudi, (quem, qui sis, scimus) mendacia fingis?
 Quid Matrem memoras servam? fuit Illa, (quis horum,
 Qui sunt hic, nescit?) fuit, inquam, libera: quaeso,
 Quis novus hic aditus, rapiendi a Patre Puellas,
 Quem reperire studes? postbac optare juvabit,
 Prole carere Patres, cum tam proclive cuique est,
 Abripere a Patribus, propria inter brachia, Natos.
 Addere nescio quid, crescente dolore, volentem
 Abrumpit Marcus; factusque licentius audax,
 Esse ut debuerat, qui caussam ipsius agebat
 Judicis, excurrit nunc buc, nunc subdolus illuc;
 Ornat mentito quamplurima falsa colore;
 Clamat; qui que Malis mos est, penuria miscet:
 Heu miserum! his fictis, facili sub Judice, dictis
 Virginiam obtinuit. Stupuit Pater, omnis in atrum
 Sese composuit luctum, mirata ferocem
 Turba modum. Cur esse Patrem, mibi fata dedisti,
 Infelix Pater exclamat; me cogitis ergo,
 His oculis, his inquam oculis, faedissima Natae.
 Supra videre meae? Pro Cive assurgite Cives,
 Arma pudicitiae precor arma movete tuendae;
 Extremis adhibete malis extrema malorum;
 Et pensate scelus scelere, atque opponite tantae
 Saevitiae, in toto quodcumque est saevius Orbe.
 His ubi nequidquam est expertus vocibus, iram
 Exuit, Et fingit sese excusare; Dolori
 Concedas, inquit, dicta imprudentius, Appi,

Sed

Pater Appio
loquitur.

Appius de-
cernit servam
M.Claudii es-
se Virginiam.

Patris quae-
spis.

Sed tamen hoc oro, hoc unum permitte Parenti,
 Cum Nata, ac Nutrice loqui, quocunque remoto,
 Ne quaeso hoc prohibe. Veniam largitur amice
 Appius. At Genitor fundens de pectore quaestus,
 Quo potuit, per tam breve tempus, talia fatur.

Nata, olim mea Nata, olim mea sola voluptas,
 Per vim nunc crepta mibi, nunc caussa doloris;
 Ebeu dividimur, quo tu ibis, me ire negatur;
 Quod video, extremū; extremū, quod te alloquor, hoc est.

Oratio Patris
Virginiae ad
candem.

Ab! saltem Patri, tunc, cum Patrem esse relinquo,
 Funestum, dic, Nata, Vale; Solabere tristem
 Discessum teneris his vocibus; has tibi voces,
 Spero euidem, nullus tam atrox, ex ore revellet;
 Oscula, & amplexus peterem; sed perfida Patri
 Sors prohibet; non haec vestigia dulcia, non haec
 Cara mibi monumenta tuae pietatis habeo.

Sed quod, Nata, tuum est, vis quod non auferet ulla,
 Ipsa mei (nec enim dubito te velle) memento;
 Namque tui, dum vita manet, dum spiritus imas
 Lustrabit sedes, non me meminisse pigebit;
 Nec potero non esse memor; suspiria, luctus,
 Singultus, lacrymae, quibus hoc, quocunque superstis
 Vitae infelicitis, pasco, mea viscera, Natam
 Ante oculos, Natam in somnis, Natam undiq; monstrēt;
 Ergo discedam? Sed quid? discedere Nata
 Deserta patiar? quo pergam solus? an aedes,
 Unde abiit mea Nata, nec est redditura, revisam?
 Ab! dolor! ab pietas! ab lenta in funera nostra
 Immites Parcae! ab crudelis inertia Patris!
 Ab Natae fera conditio! ab sine vindice dextrâ
 Securum scelus! ab Romanae ignavia Gentis!

Haec dicens, ardore novo correptus, & ipso
 Se major, tacito stimulatus ab impete, cultrum,

Pater filiam
necat.

(Olli

(Olli quem praefto dederat vicina Taberna)
*Arripit, & Natam necat; ac generosius inquit;
 Hoc, quo forte potest Genitor, carissima Nata,
 In libertatem illuftri te vindicat iclu;
 Quamque dedit vitam, ne dein sit turpis, ademit.
 Hoc Caput, hunc Animam tibi fumantemque cruorem,
 Sancte Pudor, fisto; poenas tu deinde reposce;
 Egi digna Patre; id quoties rursum esset agendum,
 Rursum agerem; facili non poenitet; hoc docet unum,
 Me Patrem esse, nec esse Patrem his in rebus incertem:
 Cruelis videar, sed non spectator inultus
 Criminis; ut servem decus, obliviscar amorem;
 Praefstat, & hoc Patris est, salvo saevire Pudore.*

*Illa solo cecidit, proprioque in sanguine mersa,
 Et flavas turbata comas, & languida vultu,
 Et subclausa oculos, & voce, & motibus orba,
 Et iota a seipsâ, atque suo diversa lepore
 Visa, eheu quanta a Populo suspiria traxit.
 Ut flos, qui ingenio Casius, non arte magistrâ,
 Non cultrice manu, viridis sub margine ripae
 Praetereuntis aquae, nativâ sorte superbus,
 Nascitur, atque aliis non invidet, inter apricas
 Areolas, multo agricolae sudore paratis;
 Post ille, ab fatum inconstans! eheu breve formae,
 Atque exile decus! pressus pede, sive Puellae,
 Illac incaute currentis, sive rotarum
 Pondere concisus, misere quam languet, & ipso,
 Qui fuerat, languore notat, turbatque videntes,
 Hosque sui cogit dulci pietate moveri.*

*Nobile consilium Patris, & mors inclyta Natae
 Aeternum factò nomen dedit, atque ea nostro
 Immortalis adhuc perdurat gloria seculo.*

, Nunc,

JURISCONSULTORUM. 351

*Nunc, quod Vindiciis reliquum est, hic illud oportet, De his, qui
Ut moneam, ne se tutum putet ille, probatum falsas Vindi-
Per quem sit falso, quod rem possedit; inanis cias ferunt.*

*Nil adjumenti pariet victoria; frusta
Vindicias sub fraude ferat, cum emerserit astus;
Irritus est quicunque dolus, rem amittet, & auctos
In duplum, evictos cogetur reddere fructus.*

*Quod sequitur, postquam Judex decreverit, hoc est, DE SEN-
TENTIA,
Ut vietus, quamvis durum sit, pareat; aequo
Est animo, quod fert litis fortuna, ferendum.
Quod si confessi, aut decreti Debitor aeris,
Impar solvendo est, primo non impete cogi
Lex jubet; est Olli spatium triginta dierum;
Quo solvat; si nec facilem mora reddet; eundum
In Jus denuo erit; tractus quo debitor, unum,
Quod juvet, expedit; si qui sit forte paratus,*

Spatium sol-
vendo statu-
tum.

Accen-

**r SI VINDICIAM FALSAM TULIT, PRAETOR REI, SI-
VE STLITIS ARBITROS TRIS DATO: EORUM AR-
BITRIO FRUCTI DUPLIONE DECIDITO.**

s AERIS CONFESSI, REBUSQUE JURE JUDICATIS XXX.
*DIES JUSTI SUNTO; POST DEINDE MANUS INJE-
CTIO ESTO, IN JUS DUCITO. NI JUDICATUM
FACIT, AUT QUIPS ENDO EO IN JURE VINDI-
CIT, SECUM EDUCITO, VINCITO, AUT NERVO,
AUT COMPEDIBUS XV. PONDO, NE MAJORE;
AUT SI VOLET MINORE VINCITO. SI VOLET
SUO VIVITO: NI SUO VIVIT, QUI EM-
VIN-
CTUM HABEBIT, LIBRAS FARRIS ENDO DIES DA-
TO: SI VOLET, PLUS DATO.*

Debitor Creditori additus.

Victus Debitoris.

Venditio Debitoris.

*Accedens qui sponsor, eum sibi vindicet; expers
Hujus si sit opis, Legum indulgentia maior
Nulla quidem speranda: aut vinclo, aut compede vincus
Olli tradetur, cui debet; sed neque vinculum,
Nec compes gravior pondo sit quinque decemque:
Huic misero victimum dat Creditor, unaque farris
Quovis libra die vires sustentat; at illam,
Si cupit, augebit; quid enim clementia fraenum
Accipiet? vetitum est ressecare; ablata tenaci est
Libertas genio, cruciandi, ut vellet, avaro
Exiguoque magis victimu, quos aere gravatos,
Obstrictosque sibi tenet; at si Debitor, unde
Possit ali de se habeat, sibi debet alendo
Consulere, angustis ut fors jubet aspera rebus.*

*Hoc pacto infelix privato in carcere tentus
Sexaginta dies, si nil cum Actore pacisci
Ipse potest, si nulla oritur concordia, nullus
Solvendo facilis pateat modus, est opus, illum
Vendi; vendendo sunt haec servanda: Citabit
Creditor ante forum ternis Mercatibus Illum,
Cum Romae fit concursus, quo rustica Pubes,
Vicinis properans agris, contendit, emendi,
Et vendendi ergo, quod vitae postulat usus.
Hic in conspectu Populi, accurrentis in unum,
Clamans aestimiam decreti praedicat aeris,
Quanti Conventum venundare Jura sinebant.*

" Sed

t Ni cum eo pacit, LX. dies endo vinculis re-
tineto. interibi trinis nundinis conti-
nui in comitium procitato, aerisque ae-
stimiam judicati praedicato,

*Sed si adstrictus erat non uni Debitor; hujus
In partes misere conciso corpore, (dictu
Res absurdia nimis!) membrum sibi quisque viritim
Tollebat; plus sive minus fortasse secarent,
Hoc impune fuit; verum si Hunc vendere vellent
Trans Tyberim peregre, facta est a Jure potestas.*

Concilio cor-
poris Debito-
ris.

*Jus, ad Privatos spectans, jam exegimus; illud,
Fulget ubi, ac residet maiestas publica, dicam.
Et primum soli Populo concessa potestas,
Cum poscebat opus, condendae Legis; ut uni
Serviret docilis sibi Gens invicta, recusans
Non sua Jura pati, atque alieno flectere frontem
Imperio; cum jam sedis Regina superbæ
Mox evasuram Dominam se agnosceret Orbis.*

DE JURE
PUBLICO,
ET LEGIS-
LATIONE.

*Sed, vario quia labuntur mortalia casu,
Nec rerum series, & inextricabilis ordo,
Uno stare loco, atque dia consistere, possunt;
Miscentur suprema imis, atque ima supremis,
Multa cadunt, surgunt alia, & nonnulla novantur
In melius; par est etiam data Legibus isthaec
Conditio; Plures retro ire, emergere plures,
Vidimus in Latio; nec enim semel inculta Roma
Jura sibi diversa tulit, veterique recentem
Substituit Legem, nova cum sepe obtulit Olli
Utilitas, vel res aliter conversa sit usq.*

Yy * Hinc

ii. AT SI PLURES ERUNT REI TERTIIS NUNDINIS
PARTES SECANTO: SI PLUS, MINUSVE SECUE-
RINT, SE FRAUDE ESTO: SI VOLENTE ULS TY-
BERIM PEREGRE VENUNDANTO.

x *Hinc, quod postremum Populus pro jure cavebat,
Jussit id esse ratum, huic uni parere Quirites.*

**DE CAPI-
TE CIVIS
ROMANI.** *Verum ubi, decerni fuerat quandoque necesse
De Civis capite, & summo discrimine vitae,
Publicus hoc etiam voluit status Urbis, ut hujus
Judicii, Populus, campo collectus in uno,
Arbiter, & sapiens culpac scrutator adesset:
Tantae molis erat, Romanum evertere germen,
In quo resplendet Latii incorrupta propago
Sanguinis, & priscae veneratar originis omen.*

**DE PRI-
VILEGIIS
NON IR-
ROGAN-
DIS.** *Hoc etiam pacto, fas privilegij Civi
Largiri, cum vel lenitur poena, vel isthaec
Redditur asperior, seu cuiquam praemia dantur;
Id nulli, praeter Populum, sancire, tributum est;
Et merito, ne forte odio privata laborent
Vota, quibus, justo major, se exasperat ira,
Vel se plus solito mitem clementia praestat.*

**DE IN-
DULGEN-
TIA IN
HOSTES.** *Porro spectat & hoc ad publica commoda, ut Ille,
Qui liber nexus est, dimissus sarcere, duris
In quo constrictum vinculis custodiit arce
Creditor; e servo, qui man fuit, in sua prisca*

Ja.

**x QUOD POSTREMUM POPULUS JUSSIT , ID JUS RA-
TUM ESTO .**

**y DE CAPITE CIVIS ROMANI , NISI PER MAXI-
MUM COMITIATUM NE FERUNTO .**

**z PRIVILEGIA NE IRROGANTO , NISI MAXIMO CO-
MITIATU .**

a NEXO SOLUTO FORTI SANATI SIREMPS JUS ESTO .

*Jura revertatur sit rursus Civis, & omni
 Servili exutus macula, potiatur amicâ
 Libertate suâ, & veteres assumat bonores.
 Non secus ac viciae, debellataeque Latino
 Hostiles animae ferro, si forte superbum
 Demisere caput tristes, & supplice voto
 Obtineant veniam, a Latia Virtute petitam,
 Ipso, quod primum servabant Jure fruuntur,
 Nullaque deturpat primævum infamia nomen.*

*Jam dandus Sacris locus est; pars sunt ea Juris, DE JURE
 Publica ubi viget utilitas: sed Ritibus ipse SACRO.*

*Et numero, longe immenso, titulisque Deorum
 Tot describendis vellem si incumbere, longum
 Id foret, atque ingens mibi rerum assurget ordo.
 Ecquis nam referet Divos altarisbus auctios,
 Quaeque effraena Hominum finxit simulacra cupido,
 Ut dignos vitiis sibi quaereret illa Patronos?
 En Mars, sanguineas ad facia borrentia meneas
 Accendens, en quae fervens in pectus Amantum
 Molle tenet Venus imperium, En qui vindice dextrâ
 Torquet agens fulmen, discindens Juppiter auras,
 Laetitiaque dator, vinoso accensus in ore,
 Bacchus, Neptunusque maris moderator aquarum,
 Janus, Saturnus, Juno, Berecyntia, Pallas,
 Quotque pius fecit timor impia nomina Divum;
 Hi stridu e pario repetebant marmore templa,
 Ad quorum limen sumabat victimâ, multo
 Sanguine sparsa suo, & florum redimita corona:
 Hic quoque pendebant Populorum dona, videri
 Hic poterant spolia e Vicitis crepta, superbis
 Parietibus magno suspensa nitescere fastu.
 Ipsi etiam (quod nos vel risu exceperimus) ipsi
 Humanæ faci vitæ crudelius hostes,*

*Et Labor, & Febris, & Pestis, suprema Malorum,
Et votis fuerant placata, & supplice thure,
Ac madidis oculis, noctu exorata, diuque.*

*Horum Religio longum excurrebat in aevum,
Privatis constans Domibus, Pietasque Parentum,
Atque Fides ab Avis, & tot Majoribus orta*

Sacra privata. Ad seros ibat sancte observata Nepotes;

*Quam cokere in propriâ, certis sub ritibus, arâ,
Et per verba, pio cultu concepta, solebant;
Atque ita Posteritas, exemplum nobile spectans,
Sacra ministeria in laribus peragebat avitis,
Felix antiquae, & generosior aemula famae.*

DE REBUS LITIGIOSIS. *b Hic animadverto, Saperis non posse dicari
Rem, lite affectam; fieri quod saepe solebat,
Cum quis, de re aliquâ conventus, donet eandem
Caelicolis, falsaque suâ pietate Petentem
Deludat: Fraudis Lex intemerata resistit;
Nec tolli Jus cuique suum mendacibus bifice
Obsequiis voluit; nunquam defendit Iniquum
Religio, namquam Improbitas sub Numinе tutâ est:
Quare consultum est Saperim, ut debetur, honori,
Hisque datum quod erit, nequidquam aufertur; & ipse
Prospectum est etiam Actori, cui tradere duplum
Conventus, quo sit fraudi sua poena, tenetur.*

DE RELIGIOSIS ET SUMTIBUS FUNERUM. *Nanc quae post obitum sit debita pompa sepulchro,
Qui vanus rerum ornatus, qui laxus ademus,
Edoceam; hic ea sunt tractanda, est scilicet horum
Publica cura, nimis ne hos profundantur in usus
Divitiae. Non Urbs, non Aetas ulla reperta est,
*Quac**

*b SI QUI REM, DE QUA STILS SIET IN SACRUM
DEDICASSIT, DUPLIONE DECIDITO.*

JURISCONSULTORUM. 357

*Quae Mores hominum non summo efferret honore.
Sed tamen, ut mos est, vel in ipso funere crevit.
Ambitio, tumulumque secuta superbia, adesse
Visa inter lacrymas, miseroque tumescere fastu:
Quid referam etato ferientes vertice caelum
Pyramides, variis quid marmora sculpta figuris,
Arte laboratis; quid fultas mille columnis,
Et mille ornatas vanis Insignibus urnas;
In quibus exigui cineres, pars una superstes
Humanae fortis, sumta conduntur inani?*

*E Roma, quod bisce super cognovit inutile rebus,
Abstulit. E statuit solers, ut simplice cultus,
Atque humili, E parca curarent funera pompa.
Non ornare Rogum, non Ligna polire dolabra,
Funus non fieri sicut, semel ante peractum;*

*Nec variis dispersa locis inquirere membra:
Præterquam si quis sub aperto Marte decoram
Oppetiit mortem, E Patriæ generosius ipsam,
Non ullo percussam animam terrore, facavit;
Cui facere exequias, ritusque dicare supremos,
Tanquam argumentum claræ Virtutis, E ingens
Calcar ad egregios decreverat Illa triumphos.*

Præterea triplici cingendum ueste cadaver;
Man-

c SUMPTUS, ET LUCTUS A DECUM MANTUM JURE RE-
MOVETO. HOC PLUS NE FACITO. ROGUM ASCIA
NE POLITICO. UNI PLURA FUNERA NE FACITOR.

d HOMINI MORTUO OSSA NE LEGITO, QUO POST
FUNUS FACIAS.

e TRIBUS RICINIIS, ac X. TIBICINIBUS FORIS EF-
FERRE JUS ESTO.

*Mandavit; nulli, plures adhibere, licebat:
Esse decem jussit, comites qui funeris irent,
Inflantes de more tubas, ne ingentior ordo
Istorum, moesto sonitu, perstringeret aures.*

*Dilaniare genas, largos effundere fletus,
Imbellies quaestus, & femineos ululatus
Edere, tristitiae moestissima signa, vetabat;
Quippe sagax vidit, laxata hac fraena dolori
Emollire animos, assuetaque pectora bello,
Impavide objectis semper durata periclis,
Sub durae aspectu tristi languescere mortis;
Et frangi ad tanti spectacula domestica ludus
Nulli praeterea concessum, condere in Urbe
Relliquias Hominum exanimes, seu accendere flamas,
Extructoque cremare rogo; fatale, supremum,
Triste ministerium, fieri permittitur Agris:
h Omnes sunt Epulae ablatae, ac Convivia, & omnis
Ablata effraenis Circumpotatio vini:
Extincti super ossa, effundi unguenta, negatum est;*
Bu-

**f MULIERES GENAS NE RADUNTO, NEVE LESSUM
FUNERIS ERGO HABENTO.**

**g HOMINEM MORTUUM IN URBE NE SEPELITO,
NEVE URITO.**

**h SERVILIS UNCTURA, OMNISQUE CIRCUMPOTATIO
AUFERITOR: MURRATA POTIO NE INDITOR,
NE LONGAE CORONAE, NEVE ACERRAE PROFE-
RUNTOR, NEVE AURUM ADDITO: AST SI CUI
AURO DENTES VINCTI ESCINT, IM CUM ILLO
SEPELIRE, UREREVE, SE FRAUDE ESTO.**

*Busta, negatum etiam, murrato aspergier imbre.
 Et thuris ferre oppletas fumantis acerras:
 Ornando tumulo, impendi non debuit aurum;
 Id vero permisum, ut, quos industria motos
 Auro devinxit dentes, sic urere vinclos,
 Sic vinclos posset, qui vellet, condere busto;
 Dura videbatur, nimiumque oxosa Propinquis
 Condito, forti dentes dissolvere nexus,
 Dum tristes lugent, dum verba novissima fundunt
 Ante rogam, dum corde trahunt suspiria ab imo.
 Hoc etiam, in pompaefraenum, pro lege statutum est;
 Ne longas vario contextas flore coronas
 Excipiat Tumulus; soli sed facta potestas
 Virtuti, bunc, pretium meriti excellentis, honorem
 Adscivisse sibi; cum quis sibi ferta paravit;
 Aut Servus tali fuerit donatus honore,
 Victor olympiaci rediens certamine ludi,
 Totius resonis oneratus planibus Vrbis;
 Nec tantum haec caedunt Victori praemia; magnum,
 Immortale decus, natum e Virtute, vel ipsum
 Transiit ad Patrem; in partem succedere famae
 Natorum, Genitor debet; communis utriusque
 Gloria succrescit; nec enim semel ipsa Vetustas
 Ante pias, Patriis erectas manibus, urnas,
 Spectaclo gaudens, longas pendere corollas,
 Egregio Nati, ac fausto sudore redemptas,
 Vedit, in umbrarum solatia cara Parentum:*

k Por.

**i QUI CORONAM PARIT IPSE, PECUNIAEVE EJUS,
 VIRTUTIS ERGO ARGUITOR: ET IPSI MORTUO,
 PARENTIBUSQUE EJUS DUM INTUS POSITUS ESCIT,
 FORISQUE EFFERTUR, SE FRAUDE ESTO.**

*k Porro Lex in eo non est improvida, parens
Designare locum, quo sit, posuisse sepulchra,
Conveniens, ut damni expers sit quisque; cavitque
Ut Rogas, aut Tumulus vicinâ distet ab aede
Sexaginta pedes; ne noxius aëra foetor
Occupet; aut volitans late imperiosus ignis
Officiat domibus: Cavet hoc quoque, ne loca possint
Praescribi, quae Religio sibi fecerat, horum
Non est, vel longi post cursum temporis, usus.*

*Et jam difficile, Es plenum tot syrtibus aequor,
Aequor tentatum nulli, sulcavimus: Aurae,
Seu vos de Pindo, seu vos aliunde, benignae
Venistis, grates redbo; vestrisque perennem
Spondeo fortunam meritis, nam aetate futurâ
Dicetur, vestro in Portum me munere ductum.*

*Verum, si quid inest raris, sublimibus ausis,
Aut laude, aut veniâ dignum; debetur utrumque
Hoc mihi; laus Genio grandi, non Viribus aequis
Debetur venia: assurgam sed laetus utrâque
Sorte meâ; dulcis venia est, laus est quoque dulcis;
Illa levamen erit, merces erit ista laborum.*

*k ROGUM, BUSTUMVE NOVUM ALIENAS AEDES
PROPIUS LX. PEDES, SI DOMINUS NOLET, NE
ADJICITO.*

l FORI, BUSTIVE AETERNA AUCTORITAS ESTO.

Ubi

Ubi Hospes Poëmati recitando coronidem fau-
ste, ac feliciter imposuit; in plausum ab ordi-
nibus cunctis confurresum est. Hilares tunc Poëtae
omnes, quamquam in re suâ cauti, ne suspecti fo-
rent, alienas potius laudes spectare, quam suas effun-
dere, maluerunt. Palam tamen communi gaudio ja-
etabatur, rem novam, & insolitam festos dies or-
nasse; nec rigida in posterum, ac severa Jura esse nun-
cupanda, postquam ea Poëticis apparuere adumbrata
perbelle coloribus. Interea prae caeteris a jaetitiâ mini-
me sese poterat continere M. T. Cicero; judiciumque
fuum nequaquam valuit coercere, quin identidem &
laudaret Hospitis egregium opus, & saepius repeteret,
quae in Poëtarum commendationem ⁷⁷ in Oratione
pro Archia scripserat eleganter; & si quem inveni-
ret, parum suae obsequenter opinioni, statim ea,
aut his affinia, irato yultu, obiiceret, ⁷⁸ quae ad-

Z z ver-

⁷⁷ In oratione pro Archia scripserat &c.] Haec ibi Cicero. Atque sic a summis hominibus, eruditissimisque accepimus, caeterarum rerum studia, & doctrinâ, & paeceptis, & arte constare; Poetam naturâ ipsâ valere, & mentis viribus excitari, & quasi di vino quodam spiritu afflari. Quare suo jure noster ille Eunius sanctos appellat Poetas, quod quasi Deorum aliquo dono, atque mu-
nere commendati nobis esse, vi-
deantur. Sit igitur, Judices, san-
ctum apud vos, humanissimos ho-
mines, hoc Poetae nomen, quod
nulla unquam barbaria violavit.

Saxa, & solitudines voce respon-
dent, bestiae saepe innantes cantu
flexuntur, atque consistunt, Nos,
instituti rebus optimis, non Poe-
tarum voce moveamur? Homerum
Colophonii Citem esse dicunt suum,
Chii suum vendicant, Salaminie
repetunt, Smyrnai vero suum
esse confirmant; itaque etiam de-
lubrum ejus in Oppido dedicave-
runt; Permulti alii praeterea fu-
gnant inter se, atque contendunt.
Ergo illi alienum, quia Poeta
fuit, post mortem etiam expetunt
nos &c.

⁷⁸ Quae adversus M. Anto-
niū babet in Philippicâ secundâ

Cir-

versus M. Antonium habet in Philippicā secundā , in quā impensos a se in Poësi labores tutatur.

Celebratis jam non sine delectatione Ludis secularibus , Senatus legationibus Exterorum audiendis vacavit . Multas de Triboniano , quae ex omni Orbis angulo proficiscebantur , querimonias exceptit . Res erat nec nova , neque alias sine tumultu vulgata ; immo , nisi huic auctoritate suā consuleret malo Senatus , discordiae , & periculi plena : Non deerant tamen , qui pro Triboniano acerrime starent , nec pauci , nec contemnendi ; inter quos si alii deessent omnes , omnium instar erat ⁷⁹ Hubertus Giphanius , creditus a plerisque non immerito Cujacius Germaniae ; & jamdiu anceps erat illud , ac incertum in Republicā , majorne esset saviorum Tribonianī , an hostium numerus . Qui perdite Tribonianū peribant , praeter laudes , quas in eum congregabant , sāne non exiguae , clamabant palam , mirum non esse , tot passim in hunc Virum egregium obtrectatores exoriri , cum dudum foret experientiā compertum , Homines , rebus arduis , ac pene desperatis manus primitus admoveentes , nunquam odio , & invidiā caruisse . ⁸⁰ Svidae acre,

Cicero objurgatus ab Antonio , quod illos versus fecisset , Cedant armis togae , respondet in hac verba : Nec vero tibi de verbis plura respondebo . Tantum dicam breviter , neque illos , neque ullas te omnino literas nosse : me nec Reipublicae , neque Amicis unquam defuisse , & tamen omni genere monumentorum meorum perfecisse operis subsecivis , ut meae vigiliae , meaque literae , & Juven-

uti utilitatis , & nomini Romano laudis aliquid adserrent .

⁷⁹ Hubertus Giphanius , creditus a plerisque non immerito Cujacius Germaniae] Hunc Giphanio titulum appinxit Jo: Strauch. ad tit. C. de Beryto , cap. 4. num. 11.

⁸⁰ Svidae acre , ac acerbum de illo judicium &c.] Quod extat Graece transcriptum in primā parte Pandectarum , quas edidit Antonius Contius , additā Guilielmi Budaei interpretatione .

acre , ac acerbum de Illo judicium , semper ab Eruditis dilaniatum , Hos non adeo nimis urgebat , putabantque cum Alciato , nullam illepiodo Grammatico , seu verius , pecori , aureum vellus gestanti (uti Svidam appellaverant nonnulli) fidem esse incaute praestandam ; praeſertim ³¹ cum aliud longe senserit Procopius , melioris notae Scriptor , & quod magis congruit , Triboniano coaevus : quamquam apud adversarios , qui se minime inertes gerebant , nihil prorsus evincebat hic ipse Procopius , ³² cuius historiae , ubi de Justiniano , Tribonianoque sermo est , tam ipsorum , quam etiam aliorum sententiā , nugae sunt , ac mendacia . Albericus Gentilis , qui probe cognoverat , omanem contumeliam in Tribonianum a quibusdam e numero recentium Eruditorum Interpretum in primis oriri ; ut erat ex ingenio in Hos nimium infensus , arreptā occasione , publice conquerebatur , parum abesse , quin suum fleret Jurisprudentia interitum , cum , ita misere proscisso Triboniano , inveniretur jam nemo , qui Juris Corpus evolveret , cuius auctor tam pessime sit habitus , ac yilissime spretus . Jacobus Cujacius reputabatur inter alios Triboniani maxime amans , qui laudibus illum ornat amplissimis , ³³ nec hercle uno in loco : Sed , qui Tri-

Z z . 2 bo-

³¹ Cum aliud longe senserit lib. de Jur. Civil. Interpretibus .
Procopius . . . Triboniano coaevus :] Floruit enim sub Justiniano Imperatore anno DXXVII ; Svidas vero , ut receptior est opinio , circa an. MLXXXI.

³² Cuius historiae , ubi de Justiniano , Tribonianoque &c.] Vi- dendum Francis. Florid. Sabin. in

³³ Nec hercle uno in loco :] Praesertim in Comm. Cqd. tit. Comm. de legat. Et omnes , ait ille , Constitutiones Justiniani sunt eruditissimae , utpote conditae a maximo Jurisconsulto Triboniano , qui fuit alter Papinianus , studiosissimus Juris : sine quo periisse sent

boniani partes impensis tuebantur , auctoritate summi Viri , Cujacii , adversus Aemulos parcus , verecundiusque utebantur ; quippe timebant , & quidem ex suâ prudentiâ , ne ea omnia in vulgus manarent ,
 34 quae saepius contra Tribonianum Ille accurate simul , ac ingenue observaverat : Quot enim in corpore Juris vitia , ac naevi sunt , repletiones inanis , verba humilia , ac inepta , barbarae locutiones , exosae prolixitates , & non pauca , aut sine ordine congesta , aut a suâ origine male deducta , ea prorsus omnia Triboniano , & fortasse sine injuriâ , tribuuntur a Cujacio ; cuius celeberrimi Interpretis exemplo , Scriptores alii delicatuli passim in hoc argumento pompas ingenii explicant ambitiose . Istaec revera multo displicebant magis favoribus Triboniani , quam alia , quae de eo ferebantur :
 35 Nam , quod Religionem , ac Pietatem , Honestatemque coleret parum , quod assentator esset improbus , fallaciarumque artifex callidissimus , parvipendebant ; cum id mores argueret perditos , non autem ingenium (quod uni-

ce

*Sunt omnes libri veterum Juris
consultorum , quorum ille copiâ
solus abundabat aetate Justiniani .
Alibi in epistolâ praefixa Para-
titlis addit : Qui earum vim te-
met (nempe Constitutionum Im-
perialium) bunc ego facile sim
babitus pro doctissimo J. C. ac
pene pari Triboniano ipse ; Quo ego
tandem cognito pondere earum
Constitutionum , quas suo Impera-
tori cum persuasissime certo certius
est , mibi gaudeo , quod cognoverim
eam aetatem non tulisse excellen-
tiorem in Jure Civili , quod uti-*

que & sine illius ope , curâque in-
tercidisset .

34 Quae saepius contra Tribo-
nianum &c .] In lib. 9. quaest.
Papin. ad leg. Lucius Titius 24.
Depos. vel cont. In Comment. ad
tit. de legat. 3. l. 22. In Comm.
ad tit. Cod. de rebus cred. super
l. primâ , & secundâ ; & plurimis
aliis in locis .

35 Nam , quod Religionem &c .]
Haec vitia , quae ad mores per-
tinent , ducâ ab Svidae elogio ,
passim habes apud Scriptores .

ce in rem praesentem cadebat) imbecille, ac vulgare. Verum enim vero qui Tribonianum acriter insectabantur, aequiorem fortunam nacti sunt; Ordo enim veterum Jurisconsultorum, de quibus erat ille pessime meritus, potentiores hos fecerat; quippe Illi multo, diuturnoque animi cruciatu angebantur, dolebantque, seipsoſ proculdubio fuisse a Triboniano vel maligne suppressos, vel improbe concisos. Justinianus, qui ista in regione degebatur, & exutus tot nomina, titulosque, quibus ad memoriae impatientiam se olim oneraverat, privatâ utebatur fortunâ, Quaestori suo suppetias ferre, omnibus ferme illius socordiam mirantibus, minime conatus est; quâ potissimum de causâ, ignorabatur. Multi opinabantur, hanc nouisse provinciam fuscipere Justinianum, non ignarum, sibi id parum prospere successurum; cum in contemtum pene omnium abiisset, ³⁶ Vir creditus literarum omnino expers, & ventri olim perdite obediens quamquimaxime: Sed haec conjectura ab aliis refellebatur, quibus necum constans non visus est rumor de illius imperitiâ, ac fatuitate; sed ab ipsis, non sine risu tamen cordatorum hominum, ³⁷ celebratus est, utpote singularis Jurisperitus, Philosophus, & Theologus egregius; fama vero de nimio gulæ studio erat profecto incertior, & falso id ei appictum quidam putabant, argumento, sane non ener-

. 36 *Vir creditus literarum omnino expers, &c.*] Rhodiginus Le-

ges apud Konig., additurque ab eo, Justinianuni, ob has ingenii

ation. Antiquar. lib. 25. cap. 12.

dotes, sapientissimi Principis elo-

87 *Celebratus est, utpote singularis Jurisperitus, &c.*] Id le-

gium a Theodahado, Gothorum

enervi; ^{ss} nam neque Procopius, neque ipsem Alemannus, is, qui omnia ad hujus ignominiam Principis conquisivit accurate, quidquam protulere, quod huic faceret criminationi fidem. Accedebat illud ad similitudinem veri, Justinianum iratum esse Triboniano, qui ridicule ipsi persuaserat, minime interiturum; cum alia omnia Justinianus expertus fuisset, & communis fato, ut caeteri Mortales omnes, nescio invitus magis, an magis delusus, parvisset. Itaque isthaec controversia diu in hunc modum lente potius, ac segniter, quam acriter, atque aspera ducta per multam altercationem est; neque fortasse ulterius fuisset progressa, nisi ad Senatum perlatae rursum forent a Legatis querelae, & opera sua Hotomannus effecisset apud hunc ordinem amplissimum, ut in animadversionem Tribonianii judicium constitueretur. Sane acerbiorem Franciscum Hotomanno nullum habuit Tribonianus adversarium; nam, et si Franciscus Balduinus veneno, & aculeis non caruit, fuit tamen Hotomanno parcior, nec adeo in contumeliis prolixior; reliqui vel contenti unum Svidae testimonium exscribere, & huic adhaerere; vel aliquid de suo afferre, leviter illum sunt infestati; nemo tamen, uti Hotomannus, negocium sibi dederat, integrum conscribendi libellum in dilaniando Tribonianii nomine, cui inditus titulus est, *Antitribonianus*; In eo ille aliquantulum invide omnia congerit, quae ineptissimum Juris Romani, ejusdemque perturbatorem Tribonianum ostendant. Anceps itidem fuerat olim, & varium de hoc libello Eruditorum judicium; proba-

ve-

^{ss} Nam neque Procopius, ne-
tis suis, appositis libello de La-
que ipsem Alemannus, &c.] No-
titate Carol. Andr. Dukeris in no-
tinate Jurisconsultorum, pag.
25.

verant plerique, praesertim quibus non est insuavis maledicendi lepos; ⁸⁹ placuit idem magno Galliae lumini, Hospitalio, qui illum avide legit, & fuisus commendavit, quod mirum nemini visum, cum ad ejus mentem fuisse scriptus. Alii tamen in diversam sententiam abibant, & creditus est ab ipsis hac in re iniquior Hotomannus; ajebant namque, hoc minime in eo ferendum, qui tamdiu his libris, a Triboniano compactis, vacaverat, illosque interpretationibus luculentissimis ornaverat eximie. Et quoniam opinione nonnullorum in dubium fuerat revocatum, esset necne Hotomannus hujus libelli auctor; ⁹⁰ Joannes filius ejus rem ex obscurâ certam fecit, Patrique illud opus aperte tribuit; damnatum quod fuit maxime a quibusdam Hotomanni familiaribus; putantes melius famae celeberrimi Jurisperiti

⁸⁹ Placuit idem magno Gallicae lumini, Hospitalio,] Scriptus est hic libellus ab Hotomanno (ut resert Frider. Jac. Leickerus in notis ad elogium Franc. Hotomanni, exaratum a Petro Nauclero Doschio J.C.) Scriptus est inquam Gallice ad mentem Hospitalii, Galliae Cancellarii; editusque est anno 1605. post obitum Auctoris; ex Gallicâ autem in Latinam linguam vertit hunc Anonymus quidam anno 1645., sub titulo *Antitribonianus*, sive *Disseratio de Studio Legum*. In hoc libro ait Hotomannus, exiguanus, aut nullam esse illorum hominum felicitatem, qui melioris aetatis partem in studio librorum locuris, a Triboniano composito.

⁹⁰ Joannes filius ejus rem ex obscurâ certam fecit,] In epistolâ, ab eo scriptâ ad Nicolaum Brulart. Sillerium; uti notat nuper laudatus Leickerus eodem loco.

riti consultum , si illius artifex libelli in posterum latuisset . Ut tamen res sese habuit , odium , quo in Tribonianum ferebatur , nunquam exuit Hottomannus ; & in hac Republica illum exagitare omni vel improbo tentabat conatu : Conveniebat quotidie , & domi , & in Foro , ut sibi visum est opportunius , vetustos illos Jurisconsultos , ingentia Romanae olim ornamenta Reipublicae , qui ante Augusti imperium , aut paulo post floruerent ; Hos eloquentiam comtissimam , quam pollebat plurimum , quamque a Tullio , sibi familiarissimo , exhauserat uberrime , hortabatur , acuebat , impellebatque , ut poenas sumerent de Triboniano , homine nequissimo , qui , quidquid ab ipsis fuerat perfectum ingenio , industria elaboratum , impie ausus est Orbi subtrahere , ac Posteris furari . Porro , ut stimulos adderet vehementiores , in hanc rem commemorabat , per manus omnium versari Orationem , ab Antonio Schultingio exarata , quam & ibat inflatior , & nescio. quam in vultu grandiore praeferebat audaciam Tribonianus , ratus fortasse , per hunc Scriptorem , optime seipsum ab iis omnibus purgari criminationibus , quae sunt ei insigniter appictae , & cumulatissimis simul laudibus , utpote singulare Jurisprudentiae praesidium ,

ac

91 Quamque a Tullio , fili fa-
miliarissimo , exhauserat uberrime ;]
 ordinariam Juris professionem in
 De affluâ lectione operum M. inclytâ Frisorum Academiâ so-
 T. Ciceronis , cui vacabat Hoto- lenniter ipse auspicaretur ; & in
 manus , mentio fit in citato eâ disquiritur , culpandusne sit
 Elogio , & alibi a Scriptoribus. Tribonianus , quod Jurisconsultorum , qui stante liberâ Republicâ

92 Per manus omnium versa-
ri Orationem , ab Antonio Schul-
tingio exarata ,] Quae dicta est Romanâ claruere , scripta suppres-
 serit : ac posteriorum , qui sub Im-
 publice prid. Id. Mart. 1695; cum peratoribus floruerent , Responsa in
 Pandellas retulerit ?

ar decus, extolli. Haec identidem, & non languide, nec infacete dicta, offensosque animos veterum Jurisconsultorum, quibusdam occultis igniculis commoventia, plurimos ad vindictam irritarunt, praesertim Sevium Sulpitium, Senatus Principem, qui exortam jam non levem seditionem, ac late fere diffundentem circumspetans, ut trepida res postulabat, extra ordinem in Templo Fidei Senatum, ad explicandum grave negocium, per Praeconem indixit. Convocantur Patres de more; itur, ritu majorum, ad Templum Fidei; novitate rei non incuriosae moti pene hospites cuncti accurrunt; nos quoque turbam accurrentium augemus; & ante vestibulum, donec locus justo impletetur Senatorum numero, gradum suffitimus: nec oblectatione caruit mora; vidimus enim huc accedere Viros illos eximios, antiquis ornatos moribus, vultu, & totius corporis habitu verendos, ad aequitatem natos, ad prudentiam, ad privatam, publicamque felicitatem, Sex. Papyrium, Ap. Claudium, Q. Mucium Augurem, Tiberium Coruncanium, Scipionem Nasicam, M. Junium Gracchanum, Rutilium Rufum, Q. Tuberonem, Sex. Pompejum, Coelium Antipatrum, Q. Mucium Scaevolam, Balb. Lucilium, Sex. Aelium Drusum, A. Cascellium, Antistium Labeonem, & alios, ac alios, quos longum sane foret singillatim enumerare. Illud tamen admirationem nobis injectit maximam, quod potissima Jurisconsultorum pars, quorum nomina in Pandectis recensentur, absuit. Plurimi habebant, quo se excusarent: Salvius Julianus, totum qui se studiis impense dederat, Senatum raro frequentabat;

⁹³ nam et si alterum in se-

[pulchro pedem habuisset &c.] Haec
scen-

etsi alterum in sepulchro pedem habuisset, vel adhuc addiscere se velle, olim magnifice professus est; Herennius Modestinus domi plerumque detinebatur, voluptate captus conscribendi versus; cum enim in Virgilium argumenta, ligata oratione, vivens scripsisset, quoniam ea falso nonnulli, tribuerant Ovidio, novum aliquid conabatur effingere, ut sibi famam Poëtae, quam deperibat effictim, constabiliret: Aemilius vero Papinianus, ut palam rumor erat, majore premebatur cura, quippe qui pro virili ⁹⁴ refellendis Jo: Bodini cavillationibus incumbebat, qui gloriam celeberrimae illius morti detrahere, quodammodo visus est, dum probare enixe studuit, Papinianum adversus Caracallam fortiter magis, quam sapienter se gessisse. In aliis vero nulla videbatur honesta absentiae causa, nisi leves quaedam conjecturae, & minus probabiles in vulgus sparsae: Sed nescio quis, acuti Vir ingenii, scrupulum nobis elevit; Et non interveniunt, inquit, recentiores ab Hadriano Jurisconsulti, nam Triboniano sunt proculdubio obnoxii; Ipsos enim non aequae, ac reliquos veteres Jurisconsultos pessundedit, corumque potius memoriam in Digestis, si non integre, aliquâ saltē ex parte conservavit; quadere, ne essent Viro, de ipsis benemerente, injuriā, nolunt in Senatu adesse; ubi aut male grato silentio contumelias in Tribonianum & audire, & ferre debuissent; aut, apertâ contentione, sese adversarios Senatoribus amplissimis, & summae auctoritatis non sine periculo constituere.

Po-

Sententia ab Juliano prolata, an- tentiam non Juliani esse, sed al-
num agente septuagesimum octa- terius, qui Pomponium consuluit.
vum, refertur a Pomponio in l. ⁹⁴ Refellendis Jo: Bodini cavil-
20. D. de fidei libert. Quamquam letionibus &c.] Quas congerit lib.
Guidus Panzirol.putat, hanc sen- 3. de Republicā cap. 4.

Postremus omnium, Sociis comitatus, accessit Tribonianus; visus est vultu facilis, & moribus suavis, ⁹⁵ quem depinxerant plerique; sed erant, qui hoc fraudi tribuebant; asserebantque, non raro homines inveniri, qui sub placido, humanissimoque aspectu malitiam, ac scelera astute obtegant; Alii, praesenti fortunae, hoc corporis habitu, illum consuluisse, e re natâ credebant; nam qui in secundis ferociunt, plerumque misere vilescant in adversis. Hotomannus, ut cujusque Senatoris ingredientis manus prensaret, ac in sua conciliaret vota, omnium adventum anteiverat, ac prima Templi limina, lingua, & operâ factiosus, occupabat; ubi vero Tribonianum aspexit, suffusus rubore, qualis hostem hostis videt, oculis humi declinatis, terga tacitus verbit, petiitque subsellia. Jam Senatorum justo adstante numero, Sulpitius in pedes eretus, ita Orationem suam, eâ libertate, ac ardore, quem causa postulabat, exorsus est.

Qui est, fuitque semper, P. C. erga literatos homines, qui vivunt, seu sapiens timor, seu cauta reverentia, quae ab illis impetendis, laceffendisque plurimorum audaciam, furoremque contineat, atque coercent; erga vitâ functos adeo hoc ipsum defervet, ac tepescit, ut

Aaaa bi

⁹⁵ Qualem depinxerant plerique, Inter quos Catellianus Cotta Mediolanensis Jurisconsul

bi eodem sive Fortunae beneficio , sive Virtutis praemio frui posse minime videntur : Suo enim e Mortalibus discessu Adversarios reddunt sine periculisq; contentione superbos , & fatuam quādam securitate ferocientes ; cum nunquam tutissimum non fuerit, adversus umbras generose collectari , & bella spectris acerrime movere . Haec profecto causa est , cur fatum nostrum uberrimis potius deflere lacrymis , quam orationem ordiri hoc loco debeam . Nos pro excolenda Jurisprudentiā (& quis est , qui ignorat , quae dicam ?) curam , industriamque praetermissus nullam , nullis pepercimus vigiliis , laboribusque , ut suus non deesset amplissimae Facultati splendor , ac ornamentum ; nobisque laudum , & bonorum cumulus pro nostris reele institatis lucubrationibus accederet : Pro voto , atque expectatione nostra , prospere , atque feliciter successit ; nullusque ausus est , dum viximus , nostris audacter invidere fortunis , nullus nobis se hostem
in-

*impudenter facere , proditorem , atque
carnificem : Inveniendus erat post nostros
obitus (quod non praevidimus , quod nun-
quam opinari sumus) inveniendus , in-
quam , erat , qui de nobis male , pessime
de posteritate omni meritus , in nostros
facros cineres , piosque manes improbe ,
ac nefarie facieviret ; & una cum nostris
monumentis nomen , famam , gloriamque
nostram , ab irâ , nostrâque vindictâ tu-
tus , extingueret . Magnum hoc opus , il-
lustre , omnique memorandum aetate ,
nulli melius , quam tibi , Numinum pro-
videntia servaverat , Triboniane ; ut su-
per nostras ruinas altius assurges , &
scelesto conatu audacter factus triumpha-
res . Nostras aerumnas agitatâ mente diu
revolvi ; ferendasque duxi eâ animi mode-
ratione , quâ adversa pati , fuit semper
magnanimum , ac generosum ; At vero ,
quando hoc nostrâ patientiâ , seu verius ,
inertia , factum esse perspexi , ut homo ,
nullo tactus pudore , & suo in scelere*

inx-

*imperterritus in banc amplissimam Curiam veniat, ante ipsos nostros obver-
setur oculos, in omnium conspectu crea-
tum se, ac tumidum ostendat; Et prae-
serea nobiscum audeat hic sedere, no-
stris interesse consiliis, supremisque bo-
noribus aequo frui, ac alii fruuntur nobis-
lissimi, selectissimique Senatores; indeco-
rum censui, prorsus non commoveri; Et
diutius silere, non docilitatem, non mo-
destiam; sed metum, ignoriam, imbecil-
itatemque reputandam esse, existimavi.*

*Et primum P. C. de dignitate nostra
nibil, nibil de gratia, quam in ornatis-
simâ Quiritium Urbe obtinuimus, puto
edifferendum; palam enim proferre, ac
exponere, qui fuimus, quam operam pu-
blice, privatimque navavimus, quâ flo-
ruimus benevolentia, nec bujus est loci,
ne ambitiosa nostra videatur oratio; nec
fane oportet, cum nulli non omnia sint
satis abunde perspecta, atque conspicua. Il-
lud tamen non sine ingenti animi moe-
rore*

rore cogor in hoc vestibulo commemo-
re, nibil nostrae gloriae, ac famae apud
Gentes, Aetatesque omnes defuturum,
nisi in nostram irrueret perniciem Tri-
bonianus, qui illepidi Principis Arbitr,
novitatis cupidus, & opinione sui infla-
tus, nostrorum monumentorum excidium
perfide, ac crudeliter macbinatus est. Jam
nos sumus apud Nepotes mera nomina,
aliorum Scriptorum beneficio ad ipsos
cum bonore traducta; laudamur, extolli-
muri, commendamur quâdam incognitâ
posteriorum pietate; qui nostrorum ope-
rum tacti, ac accensi desiderio, de tam
acerbâ quotidie jacturâ queruntur, &
quasi amico fletu memoriam nostram co-
lunt, ac observant. Profer te igitur in
medium, Triboniane, excusa te, si potes,
advoca te in tui patrocinium e Frisiis
disertissimos tuos Scbultingios, & si
quid, quo tua honesta appareat caussa,
babes, nam nibil prorsus praeter sum-
mam impudentiam te babere sentio, ne ul-
tra

*tra palam adducere, cuncteris . Quaeſo ,
quid tu homo sapiens , ac considerate , di-
cis ? Ad alterutrum excurras , ni decipior ,
neceſſe eſt ; aut ad te noſtra minime tra-
ducta fuifſe ſcripta ; aut forte traducta ,
tanti a te illa non aeftimata , ut posteri-
tati conſervares : quorum alterum im-
probum te , ac mendacem , quod nemini
mirum ; alterum facit te invidum , ac de-
mentem , quod fatentur universi . Scripta
noſtra ad te non pervenere ? qua fron-
te , quo ſpiritu id afferis , cum praeter
te , aut tui defenſorem , nemo ausus fit uſ-
piam boc aut ſcribere , aut afferere ? Non
probasti ? quo furore percitus , ac teme-
ritate inſtructus , id affirmas , & quam
a cunctis adprobationem conſtanter na-
eti ſumus , per iſtaniam conteris , ac
dilanias ? Jam quo te volvas , quid auxi-
lii capias , non babes , non inuenis ; &
niſi ad dolum , ac fraudem , tua non iſſue-
ta praefidia , confugias , vietas manus dare
turpiffime coactus es : Sed ne ego videar
ſum-*

summis quodammodo attigisse labiis,
quod aliquantulum fuse pertractari, caus-
sa postulat; neve argumenta, quae per
partes suas sunt perspicue diluenda, ni-
mis celeriter, ac inconsiderate praeter-
eam; venio ad ea, quae Tribonianus,
quaeque ipsius non pauci Assentatores ad
repellendam ab ipso culpam, criminatio-
nemque cumulant ineptissime.

Putas igitur, homo diligentissime, temporis injuria id mali nobis accidisse, nullaque tua fraude, nostras miserrime periisse lucubrations. Si ita fere res babeat, iam non amplius tecum ulta concertatio est, tecum profecto injurie agendum non est; libero te omni metu; accusabimus, ut par est, Fati inconstitiam; conversasque in damna nostra lugebimus Fortunae vices; & erit in propatulo caussa, cui nostrum infortunium, nostra adscribetur infelicitas: Sed disertissimis verbis nos edoce, quod asseris; probanda sunt, quae dicis, non fingenda; utere argumentis, non arbitrio; & no-

B b b *bis*

*bis persuade, quae jactas, non autem va-
nissimo ludas rerum apparatu. Verum ne-
scio quid conturbatus mibi videris; in-
telligo proclive tibi non esse, ea probare,
quae nullo prorsus negocio vales tam ci-
tissime fingere. Et sane nugae sunt istae,
ac inaniae, quae a te in medium af-
feruntur. Aetate enim, qua viximus,
non uni nos literis, bonarumque artium
studio incubuimus; Refulsa Philosophia;
floruit dicendi peritia; emicuit
Poësis; Historia exulta est; qui basce
tradidere Facultates, supersunt, per o-
mnium manus teruntur, a temporis ob-
sequio conservantur; Nos vero soli, Ju-
dice te, inter tenebras obscuri, nos in-
ter oblitteratas memorias delitescentes,
nos a temporis injuria exticti, ac con-
sepulti. Cobaerent ne ista? an sunt mani-
festo pugnantia? Si nos e manibus homi-
num excessimus, labentium annorum vi
improbâ, ac fatali; excessissent & il-
li prorsus omnes, qui in reliquis Di-
sciplinis doctiores habiti ad posteros
tan-*

tantâ gloriâ, ac dignitate deuenere: An non unum, & commune fatum omnibus esse debuerat? Si, Jurisprudentiae dumtaxat, suisque sectatoribus comparatum fuisse hoc incommodum, dicas; reliquas vero facultates, salvas, incolumesque ad Nepotes fluxisse; ostende, si quod est, ostende, inquam, discrimen. Sed tu taces, neq; aliquid contra mutis? adeone aut inventire, aut explicare nobis haec tua mysteria difficile tibi videtur, ac involutum? quamquam videri tibi debet difficillimum: Nam quocunque pacto Facultates nostro aevo sive magnifice excitatas, sive ingeniose cultas metiri velimus, aut a necessitate, aut ab honoribus, aut ab usu tandem, utilitateque; nulla profecto erit, quae & religiosius custodiri, & sanctius servari, & felicius ad posteros traduci debuerat, quam Jurisprudentia, Prudentumque Juris monumenta. Ars nostra, dicam, P. C., dicam aliquando, ars, inquam, nostra unice necessaria; nos in publicis, privatisque re-

bus advocati, consulti, expetiti: Quaeſor
unde Judicibus ſuum oraculum, unde
ſuis in re gravi fluctuantibus portus,
ac ſecuritas, niſi a nobis, a ſtudio noſtro,
noſtriſque vigiliis? Porro unice ars no-
ſtra bonoribus ſpecioſe referta, & orna-
tissime cumulata; Totius nos Civitatis
decus, levamen, ſplendor, ornementum;
Domus noſtræ principibus Viris ſemper
in fervida, ac in ingeniosa contentione
nobiliter occupatae; Ubique imagines, no-
mina ubique noſtra cultu, & obsequio
proſecuti ſunt universi: Nos apud Ple-
bem, apud Patricios, ab ordinibus deni-
que cunctis benigne excepti, bumaniffime
consalutati. Quid reſtat aliud, niſi quod
ars noſtra unice quoque fit, uti ſane eſt,
uſu, & utilitate praeceteris nobilior?
Et quis non videat, quibus ea ſolidiſſi-
mis ad regendam vitam non abundet
praeceptis, quot faluberrimis ſcataeat ſen-
tentiis, quam gravem, ac ſucciplenam
oleat doctrinam, vel a puriſſimis naturæ
fontibus petitam, vel a ſelectiſſimis popu-
lo-

lorum moribus depromtam, vel a Romana sapienter ortā, & conservatā prudenter, consuetudine mutuatam? Sed quod obiicias, Triboniane, satis, superque perfectum jam babeo; Reliquas artes omnes stabiles esse, inquis, ac perennes; non mutari, non reiici, non denique corrumpi; Hoc sane pacto fieri, ut natae excipiantur avide, exceptae ad alios incorruptae traducantur, traductae augeantur studiose, exornenturque: Non ita de Juris prudentiā; banc passim converti, passim reformari, nee vultum semper gerere eundem, nec credis uno semper sub aspectu consistere. Annon diversa illi facies, nunc decemvirali sub lege, nunc sub Praetorum editiis, nunc denique sub Caesarum ditione? Addis praeterea, munus Juris consultorum tenue esse, ac exiguum; mouet te Tullius, qui in libris de legibus, Hos, inquit, magna professos, in parvis esse versatos; Quamobrem in Jurisprudentiā non inesse magnum aliquod, ac sublime, quo potuisset futuris aetatibus

con-

conciliari , audacter contendis . Haec est , uti video , splendida argumentorum sus-
pellex , quā tuam putas , Triboniane , bo-
nestam caussam nobis exponere ; crima-
tioneaque omnem a te viriliter expel-
lere . Sed non aequa felix es in occultan-
do , ut fueras in peragendo scelere , esse
tamen si potest ulla in scelere felicitas ;
Quaere ex anili muliercularum turbā ,
aut ab ignavo , ac rudi vulgo , cui istbaec
tam facili negotio obtrudas ; Nos nec si-
ne mente sumus , uti falso credis , nec
sensu caremus omni , ut ineptis bisce con-
jecturis incaute moveamur . Ea enim ,
quam Jurisprudentiae temere , ac sine ullo
discrimine appingis , mutatio , ac corru-
ptio , conversio , atque reformatio , extrin-
secūs est ; nec arti , quae firma est , ac
immutabilis , aut quidquam adfert de-
trimenti , aut minus conciliat dignitatis .
Quid enim est aliud , Ars Juris , nisi pru-
dens , ac severa meditatio , quā , quid ju-
stum sit , quid aequum , quid injustum ,
quid iniquum , exacte expendimus , ac
fa-

sapienter metimus? Id assequimur eâ ratione summa, quae a naturâ nobis insita est, & doctâ, diuturnâque exercitatione perficitur, quae aeterna est, nec ullo variabilis fato, quaeque nec annorum extinguitur cursu, nec perturbatione rerum confunditur, nec Regnorum conversione extenuatur: Semper bac*c*i iisdem nititur regulis, iisdem semper mordicus inbaeret vestigiis; nec unquam falsâ adulteratur novitate, nec potenti victâ cedit arbitrio. Huic igitur Arti, quae firma babet omnia, ac solida, nos viriliter incubuimus; hoc studium non ignaviter professi sumus, quod nibil babet, nisi perenne, ac immortale: Non enim e discordanâ morum discors emergit Jurisprudencia; uti, te quoque non discrepante, diversum non est aurum, quod in diversos conflatur usus; nec diversa lux, quae diversos animat colores. Ergo, & qui legeremur semper, & qui semper coleremur, digni fuimus, non quia res tractamus, forasse aliquando ab usu remotas, sed quia

quia ex arte tractamus ; si , quod a nobis
disputatur , quandoque non juvat , juva-
bit disputandi ordo , genus , ac ratio ; &
quod iners , ac ociosum ex praesenti con-
fuetudine reputatur ; vi , ac lumine sen-
tentiarum grande est , ac speciosum . Sed
satis bæc ; veniamus ad alia ; quae enim
bactenus dixi , petita sunt ex ipsamet
caussâ ; quae dicturus sum , petam a te-
ipso . Dic quaeſo , Triboniane , tuâ supe-
rerant tempeſtate , Papiniani , Pauli , Ul-
piani ? Ita ſane ; quis eſt qui dubitet ?
ex his enim corpus Juris tam ſedulo
compegisti . Cur igitur , rogo , Hi , qui
non multo temporis ſpatio a nobis diſtant ,
& ſuceptam a nobis in Jure operam ,
nullâ pro rorſus intermiſſione , veluti per-
manus acceptam continuarunt , apud te-
ſupererant , nos vero non item ? Quâ igi-
tur de cauſâ non aequa ſors inter nos ,
& illos ? Quae rerum viciſſitudo inter-
eſſit , quae ſtudiorum diſſentio , ut nos
conſepulti , illi incolumes , nos inviſi , il-
li bonorificentiffime excepti ? Video quod
ad

ad haec miserrime baeres, valde commo-
tum te, ac aestuantem intueor; sudas,
palles, neque enim adeo ignarus es, ut
liquido non experiaris, quanto acriora
sint, ac pene intolerabilia ea vulnera,
quae manibus nostris nosmet in nostra
viscera praeter spem incaute inferimus.
Verum enim vero, missis his omnibus, quae
per se clara sunt, illud quod sequitur,
expendamus, an tenue munus nostrum,
ac exiguum revera fuerit, quamobrem
merito contemni, ac repudiari debuera-
mus. Laetaris hoc loco, ut opinor; credis
enim, alterum a me negari non posse,
cum ex Tullio de promtum sit; alterum suam
naturam consequens esse, ac certissimum. Quid
si, Triboniane, primum negem, posterius
male consequi, ad severem? Clamabis? Ira-
sceris? Frustra tentas haec omnia; iis
enim, quae sum dicturus, non babes, quod
solide opposas. Tullius non totum Juriscon-
sulti munus facit tenue, ac exiguum,
sed partem eam, quae ad privatum Jus
spectat; quamvis Σ banc, revocato velut

ccc ti

*ti judicio, paulo post iisdem extollat in
libris gloriose nimis, ac splendide, dum
ait, sic ista res magna, sicut est: quem
locum aut improvide praeterieras, quod
parvae diligentiae est; aut ex industriâ
occultaveras, quod est summae fraudis.
Porro, ideo partem banc privati Juris
exiguam facit Tullius, ac tenuem, ut
opportunius evebat nobiliorem alteram,
de qua ipse ibidem disputat egregie, id est,
de Jure publico: Quid igitur hoc ad rem
nostram? nonne sumus nos utrumque com-
plexi, privatum nimirum Jus, ac pu-
blicum? Si in illo tenues, in illo fuimus
exigui, (modo verum id sit, & non im-
mo manifesto falsum) altero in hoc gran-
des fuimus, ac egregii. Quo igitur pacto,
Vir inconsiderate, ab hisce te rebus feli-
citer extrices? an, uti soles, ad alias ibis
cavillationes inverecunde, aliquid novi
impudenter meditaberis? Sed totum mu-
nus nostrum tenue sit, ut dicis, ac exiguum;
vide quam sim tecum plus aequo faci-
lis, ac proclivis: qui fit, ut bac ratio-
ne*

ne contemnemur? Non raro tenue ali-
quid, ac exiguum, & utile est, & ne-
cessarium; & illud conservari, ac custo-
diri, publice, privatimque expedit. Hoc
tuis debueras efficere argumentis, ut ar-
tem nostram inutilem probares, atque
minime necessariam; tunc, & quod
sperni, & repudiari facile posset, pro-
cul dubio sequeretur. Sed id tibi tam
prospere, ac fortunate succedet, quam il-
lis, qui vel uno digito Orbem sustinere,
vel uno baustu mare ingurgitare, lepide
somniarunt. Verum hoc loco Tribonianus
vult famae suae consulere; videt ratione
nibil assequi posse, ad auctoritatem con-
fugit; attendamus quid afferat; indul-
gendum homini victo, ut extrema expe-
riatur; ut, omni moto lapide, fileat, ac
cedat inglorius. Pomponius, inquit, qui
sub DD. Fratribus Antonino, & Vero
centum circiter, ac septuaginta post ex-
tinctam, ac consepultam Pop. Rom. liber-
tatem, & trecentis fere, ac sexaginta an-
te Justinianum annis floruit, nonnullos

CCC 2 re-

recenset ex illis ipsis Jurisconsultis , qui
non admodum diu Julii Caesaris tempo-
ra praeverterunt , eorumque scripta nec
ab omnibus expeti , nec amplius versari
inter manus hominum , commemorat .
Hoc deerat , Triboniane , ut pro auctori-
tate , quam expectabamus , non aliud re-
ipsa tu dares , non aliud nos accipere-
mus , nisi tuas fallacias , ac dolos : Diu
innotuit , diu nobis renunciatum est , cu-
jus ea lex sit , quam sub titulo de Ori-
gine Juris , Pomponii nomine , venditas , un-
de depromta sunt ista , quae in me-
dium affers : Tua sunt omnia , tua sunt ,
inquam , vitiis bercle pudendis admixta ,
quae ibi aperte leguntur ; Nibil in ea di-
gnum Pomponio , hoc est , Viro summo , ac le-
tissimo ; totum te , tuoque ingenio dignum ,
hoc est , turbido , & lutulento . An istaec
temere inficiaris ? Nescio , an tantum
audeas ; cum dicendi genus , plerumque
barbarum , & minime Romanum , Tem-
porum ordo non raro praeponitus , men-
tio inconsiderata Jurisconsultorum , ae-
tate

tate Pomponii recentiorum, quae eo loci deprebenduntur, te, non Pomponium, faciunt legis illius auctorem. Et hoc est, homo nequam, quod pro tua defensione restabat, ut nobis per basce fraudes tam serenâ fronte imponeres: Sanum profecto, ac novum defensionis genus, causam tutari dolis, & perfidiam malitiam celare.

Sed de his satis: ex his, quae diximus, scripta nostra ad te pervenisse, constat dilucide; oportet nunc cognoscere, num contemnendi a te, ac repudiandi, penitusque extinguedi. Hic tu assurgis, & nescio quomodo arroganter, ac superbe jactas, quod Tu aetate tuâ perfeceris, quod olim Pompejus, Sylla, J. Caesar, Tullius desiderio complexi sunt, berkle, quae literarum lumina! nemo autem eorum, rei difficultate summâ deterritus tentaverat, ut conflato, optimeque disposito in unum corpus Jure, ex recentioribus Jurisconsultis decerpto, caetera omnia, praesertim monumenta nostra, quae in po-

posterum aut obscuritatem , confusionemque operi tuo , aut fastidium , laboremque , ipsorum mole , nepotibus parerent , reiices , ac damnares . Hoc consilio factum esse credis , ut , majori alacritate , non desperata amplius Juventus Jurisprudentiam arriperet ; tantisque amputatis involucris , & ambagibus , ars ista certos suos fines , ac limites , pristino ab onere relevata , cognosceret . Desine quaeſo , Triboniane , magnifice gloriari ; jamdiu nauſeant homines in perlegendis , audiendisque tot tuis deliramentis , quibus ambitiose , ac fōrdide te , nomenque tuum extollis ; quantum diversus ab hac opinione abiſſes ; si judicia prudentiorum hominum ad te effent delata ; tumor iste , ac fastus ex animo excideret , ac serio meditari inciperes , non Te Jurisprudentiae restauratorem , sed perturbatorem , eversoremque a literatis , eruditisque Viris baberi , ac publice denunciari . Tullius , ac Caesar , & ſiqui ſunt alii , Juris doctrinam non tumultuarie , nulloque , praeter titu-

lo-

lorum discrimen, ordine, rebus hinc inde minus accurate collectis, congerere, ac aliis tradere, cupiere; sed perspicue, distincteque illam disponere, ac explicare: Non id tu arripueras, id tu non perfecras; neque buic adornandae provinciae sat esse poterat paucorum annorum spatium, quos tanto operi festinanter impenderas, quodque tuae minime cedit gloriae, ut falso putas, sed potius dedecori, ac ignominiae. Sed quo imprudens deveni; nihil baec ad nos; videamus, quod nostra interest, num sis boneſte excusandus, nostra quod opera perdideris; tu tibi de famâ tuâ, tuoque nomine prospicias. Et, prob. Superum fides! quae pietas tua tam nefaria, ac crudelis, ut nullo, praeter excidium nostrum, remedio, & consulere, & favere posteritati, fueris aggressus? Tu ergo Judex, tu arbiter nostrorum laborum? Tu venientium aetatum magister, tu supremus legislator, jubens, vetansque, quid nepotes amplecti, quid respuere debuissent? ergo nos inutiles, ac onerosi,

re-

reformatâ per Te, ut tibi melius collibitum fuit, Jurisprudentiâ, nocumento, ac taedia posteris essemus futuri? Vide, vide quae-
so, quantâ robustiore improbitate praedita sit tua audacia! Intellige tamen, & accipe a me tandem aliquando, quod nos gloriose praestavimus; in quo alios ju-
vare non leviter potueramus, si nostra ex-
tarent monumenta: Ad opus tuum qui-
cumque appellunt, quid, nisi Jurispru-
dentiam, qualis tuâ florebat aetate, &
noscunt, & contemplantur? a quibus ta-
men iidem, sine nostrorum scriptorum lumine, ac praesidio, dilucide, ac perfe-
cte natam, adultamque sub liberâ Repu-
blicâ banc nobilissimam discant, exbau-
riantque facultatem? Quid juvat, in-
quis, haec noscere? Jus, quo utimur, non
quo usi sunt Majores & perscrutari, &
callere, nostrum est; otio abutitur, qui,
quae statim dediscere cogitur, discere
conatur acerrime; & ea creditur insa-
niae proxima diligentia, quae in rebus,
nullum fructum paritulis, infudat, ac
la-

laborat : Totâ re , & miserum in modum erras , Triboniane ; quid juvat , inquis , baec noscere ? juvat ; ut faustissima bujus Scientiae exordia , quam arrepturi forent , suo veluti in fonte , posteri cognoscerent ; juvat , ut animo late comprehendenderent grandem , ac sublimem doctae Vetustatis imaginem ; juvat , ut proprius disquirerent , quale nostrum fuerit rectum , ac constans in definiendo acumen , omni spoliatam fupo prudentiam in cavendo , aequitatem in judicando , nullo , aut odio , aut amore deturpatam . Accedit praeterea lucubrationibus nostris incorrupta , ac nativa latinae linguae suavitas , ac virgineus pudor ; quae dos una , si caetera deessent omnia , quae profecto non desunt , cunctis nos amice conciliaret : Hunc enim scribendi candorem , elegantiamque nos non ignaviter in dominâ totius Orbis civitate adepti fumus , jure natalium ; adepti per ea tam fortunata tempora , quibus supremum suum accepit baec lingua splendorem ;

Ddd ae

ac incrementum ; adepti denique pro iis
studiis amplissimis , quae neque colis , ne-
que augeris sine hoc adjumento , ac prae-
sidio potuissent . Tentas adbuc , Tribonias-
ne , atque sine ullâ animi perturbatione
audes , istbaec calumniari ? Tentas equi-
dem , atque audes ; Et banc dotem aut
subridens parvipendis; aut tanti babendam
non esse , existimas , ut ipsa nos rutos , inco-
lumesque diutius servaret ; illamque com-
munem facis caeteris bujus aurei saeculi
Scriptoribus ; a quibus , si minus a nobis ,
bas sermonis Veneres , ac lepores , essent
posteri procul dubio uberrime accepturi .
Sed quod primo loco existimas , non miror ;
homo tu barbarus , ac Graeculus , incon-
ditae dictionis , ac verbosae amans ; Et sa-
nae , nitidaeque loquelae delicias persen-
tiendi nescius , merito bunc linguae cultum ,
aique elegantiam contemnere , tam impu-
denter videris . Plus tuo palato sapiunt Ul-
piani , Papiniani , Modestini , aliquie , (quos
tamen , honoris caussâ , nomino ; quamquam ,
quae in iis culpanda sunt , non reticeo)
plus ,

plus, inquam, bi sapiunt, plus a te bi diliguntur, peregrini homines, qui in scribendo, quasi vel summa sit Latiss paupertas, aut quaedam major fulgeat in exteris nobilitas, usurpant non pauca Graeca, atque non raro Judaica dicendi genera, quae adbuc in Pandectis tuis leguntur, & concessit, uti fertur, Vir diligentissimus, nuperrime in nostrum ordinem adlectus, Antonius Augustinus. Sed nimirum, ut quidam, morbo aliquo, & stupore sensus, suavitatem cibi non sentiunt; sic homines tumultuariae eruditionis, purae locutionis gustum aut nullum babent, aut sane exiguum: sed in hoc non multum immoror; refellam ego, quod posteriore loco dicis: & profectus istbaec culti, elegantisque sermonis communis sit Scriptoribus aliis, ut vobis; quam tamen fronte colligis, inde fieri, ut negligeremur? nonne viliores fabellae, minuta quaedam, ac etiam diffusa ineptiarum fragmenta, quae lepos dumtaxat, & linguae castimonia

D d 2 com-

commendat , tanti habita semper fuere ,
ut ad se studia juvenum , doctiorum
commentaria , exscribentium curam con-
verterint ? quanto igitur nos potiore ju-
re id repetere debueramus , qui ne dum
nitide , apte , eleganterque scripsimus ,
sed ii fuimus , qui , quantum habent si-
ne utilitatis in addiscendo , sive neces-
sitatis in tractando , sive in explicando
difficultatis humanae res , ac divinae ,
operâ nostrâ effecimus , ut cum delecta-
tione addiscerentur , tractarentur cum
dignitate , ac denique explicarentur sum-
mo cum ordine , ac perspicuitate ? Quam-
obrem scito , non quod communis res sit ,
minoris forsan aestimari ; sed , si usu , ac
praestantia valeat , majorem gloriam , ac
plausum mereri , & sese late diffunden-
do , vires , ac immortalitatem consequi .
Verum si quae dicas , Tribonianè , serio
perpendas , facile cognosces , peculiarem
nostram esse , non cum aliis communem
dotem banc nitidae , ac cultae scriptio-
nis pro eâ parte , quam mox explicabo .
Duo

Duo sunt dicendi genera; spectat alterum ad quotidianam vitae consuetudinem, & hoc profecto commune est, quo unusquisque nostrum, in mutuo hominum commercio, quod sua interest, patiturque locus, & occasio, non inculta, nec insuaviter exponit; hoc qui velit attente rimiri, non a nobis solum, verum ab aliis plerisque excipere posse, nemo est, qui in dubium revocet, aut temere inficietur. Alterum est genus, proprium Artis nostrae, Scriptoribus reliquis non familiare, & ut ita dicam, incognitum, in quo docta Facultatis arcana sapienter, ac magnifice includuntur. Dic, quaeſo, a quibus statutos, ac certos Sacrorum ritus; solennes, ac mysteriis gravidas in Actibus legitimis verborum conceptiones; obstrictas suis veluti cancellis ſive contrabentium in Obligationibus, ſive litigatorum in Judiciis formulas, conſtas tam prudenter supremarum Voluntatum dictiones; & bujuscemodi alia, ſane non pauca, babere poterant Nepotes, niſi a peritis, qui id diligenter, id

*id accurate, id ex artis praeceptis, non
e trivio petitis, optime persecuti sunt,
ac egregie? Quod si forte opinaris, Tri-
boniane, haec omnia a recentioribus de-
sumi posse Jurisconsultis, quibus tu ad-
baeseras; surdis fabulam canis; ecquis non
probe novit, tunc ad interitum quasi
effoeminatam jam inclinare Jurispru-
dentiam, veteremque aspectum, atque il-
lam augustam, ut ita dicam, religionem,
ac majestatem amittere, sensim coepisse?
Quamobrem, si quaedam, quod mini-
me negem, ab his recentioribus, quos
memoras, exbauriri possent, non tamen
omnia, si, quod praecipuum est, non, uti
suâ fuerant ab origine, integra, si in-
corrupta, ac suo splendore magnifice sti-
pata.*

*Quae cum ita sint, aut commisera-
tione dignus eris, Triboniane, aut sup-
plicio: Si culpam fateberis, si ingenii
tui levitatem accusabis, si te tuorum
scelerum poenitebit; commiserabimur;
fovet amplissimus hic Ordo indolem adeo
ge-*

generosam, ut victos, quos posset oppri-
mere, non alio judicio, quam suâ ipso-
rum conscientiâ damnatos dimittat. Si-
n obstinatus, perfidus, durae frontis, ac in-
fractae audaciae velis adhuc esse, ut sem-
per fuisti; Hinc procul abi, fuge con-
spectum nostrum, linque locum bunc, bos-
parietes, haec subsellia, quae nec te su-
stinerem possunt, & nobis socordiam, igna-
viamque obiciunt in tuo distinendo sup-
plicio, quod mox parabitur, mox expe-
rieris: Videbimus te, qualem videre L.
Pisonem Cicero exoptavit, abjectum, con-
temptum, despctum a caeteris, a te ipso
desperatum, & relictum, pertimescen-
tem, tuis diffidentem rebus, sine voce, si-
ne libertate, sine auctoritate, sine ullâ
specie honoris, borrentem, trementem,
adulantem omnibus. Hoc erit praemium
tuae perfidiae; haec corona tuorum sce-
lerum; hoc plausu pensabitur ambitio
tua; comitabitur tuam pertinaciam haec
incomparabilis felicitas. Spero P.C. id,
quod pro communi bono, ac securitate
pu-

publicâ, pro nostrâ gloriâ facinoroſo bo-
mini comminatus ſum, per vos ad exi-
tum non tarde, non timide, non ignaviter
perductum iri, ut minae non irritac, non
infirmae, nec gratiâ, aut iutili patientia
debilitatae, unius exemplo, caeteros con-
tineant; & terror poenae, cuivis ſemper
Reipublicae ſalutaris, omnium reveren-
tiam, ac obsequium nobis conciliet;
quod virtus noſtra, ac meritum poſtu-
lat; aliena invidia, ac improbitas nefa-
rie abſtulit, & crudeliter extinxit.

Recitatâ hac oratione, veteres Jurisconsulti,
quorum intererat, honori ſuo, tam poffime habito,
consulere, una ſecum, irato vultu, uti fit, obmu-
murabant; exofamque Tribonianii audaciam, quae ni-
hil viſa eſt commoveri, meditabantur ulcisci; &
nescio quis eorum, ſententiam ſuam palam tulit,
ut procul a Republicâ Tribonianus, nedum Senatu
motus, ſed infamia notatus, eiiceretur: Et qui hoc
fentitis, clamabat, huc tranſite, qui alia omnia, in
illam partem. Itaque, Sulpiſii oratione moti, jam
pene omnes mutabant locum, & eo concedebant,
ubi dicta fuit iſthaec ſententia, quam unusquisque
feu nutu, ſeu verbis comprobaverat; parumque ab-
fuit, quin conſcriberetur Senatusconsultum. Sed
quae conficiendis Senatusconsultis impedimento ſem-
per fuit, interceſſio Tribuni plebis, pro potestate
ſibi

sibi per sacratam Legem tributâ , quamvis ex minoribus Magistratibus esset , ea praeter spem favit Triboniano ; Nam Cynus Pistoriensis , Tribunus plebis , obsistere huic sententiae cooperat , & editâ voce dixit , VETO ; indecorum videri , exclamans , Virm tam cito , tam praecipitanter damnare , quem omnis posteritas venerata est , tantamque eximio Jurisconsulto injuriam irrogare ; matuore consilio opus esse , re gravi oblatâ ; nec tanta invidiae negotium , dignum esse , quod unâ die explicetur ; semper fieri poenitentiae locum , cum aliquid , periculi plenum , a quo tota pendeat aliorum fortuna , impetu quodam , nulloque dato ad cogitandum spatio , pertractatur , atque decernitur ; Tribonianum non adeo debere contemni , ut quorundam libido ambitiose magis , quam legitime contendebat ; infortunium hoc adhaesisse semper illustribus Scriptoribus , ut commune haberent cum laude summâ sumnum vituperium ; nec ipsis defuisse propugnatores , qui in calumniarum artifices pro virili parte bellum moverint . His dictis , res ad Populum rejecta est , cuius erat , vel Tribuni intercessionem , vel Senatus auctoritatem comprobare . Dimisso itaque Senatu , non solito more , illis formulis , NIHIL vos TENET P. C. NIHIL vos MOROR ; sed confuse , & uti , natâ discordiâ , & pluribus mussantibus , usu solet evenire : Nulli fuit majus , ac acerbius vulnus infictum , quam Hotomanno , qui , rebus bene sub initium dispositis , ex concepto gaudio statim in moestitiam , ipsi insperatam , prolapsus est ; & inter discedendum , quidam , Triboniani , recentiorumque Jurisconsultorum , quibus Ille in concinnandis Pandectis usus est , favitores , minime se contine-

Eee

ne-

nere potuerunt , quin aperte , & petulanter in ipsum os Hotomanni dicerent ; Desiderari ab ipsis majorē in eo aequitatem in dijudicandis alienis laboribus ; omnia , quae ipse evibrabat in Tribonianum , non tam argumenta esse , quam convicia , incerta , ac inania , longeque accersita , atque omni rubore destituta ; nimis inconsiderate obiici recentioribus Jurisconsultis peregrinitatem , incomtumque , ac pa- rum latinum dicendi genus ; peculiaria quorumdam vitia non debere ad universos trahi ; & si quae pauca sint minus probata , optime pensari ab innumeris rebus aliis , doctrinā , & elegantiā praestantibus ; Improbē taxari Tribonianum , sine cuius ope- rā ne vestigia quidem Romani Juris ad posteros pervenissent ; cum facilius semper fuerit , servare opus lepide compactum , & molis non adeo im- mensae , quam situ squalida , & numero infinita , tot veterum Scriptorum rei civilis monumenta .

In hunc ferme modum Triboniani fortuna , ve- luti robusta navis in furente , ac procelloso mari , hinc , illinc concussa , ac jactata est : verum quid actum subinde , quis potior , victorque a pugnā , & conflictū evaserit , Tribonianusne , an ingens manus hostium , cognoscere minime curavimus ; immo ne potuimus quidem : De adornando enim reditu , cogitare coepimus : Biennium procul a Patriā , pro- cul a Consanguineis , ab Amicis procul errabamus : Subiit animum tenera , lacrymasque blandule eliciens , cariorum Nostrorum recordatio : Doctae , at- que utili curiositati sat datum esse , credebamus : Longior mora , quamvis & varietate , & magnitu- dine rerum , grata semper , semper amabilis , deside- rio tamen nativae iterum recolendae Telluris , tan- quam

quam assiduâ leniter per pectus serpente moestitiâ, quotidie premebatur. Si quando de Patriâ, de Nostris fortuito emergebat sermo, erat inter nos, qui secreto flebat, qui clam suspirabat, qui tacebat importune, qui prudenter aliquando querebatur. Sed utri totum peregrinationis nostrae curriculum, & feliciter coeptum, & continuatum feliciter est, collata in unum omnium voluntate; ita discessus communis voto, ac assensu statutus. Ut vero iis, quibus unusquisque nostrum in hac Republica erat obnoxius, seu receptis beneficiis, seu suavis amicitiae, ac consuetudinis vinculo, grati animi partes expleremus; adimus illorum aedes; nostrum de discessione consilium aperimus; rogamus, ut, si quid velint, jubeant; amorem erga ipsos nostrum, & molli fletu, & in moestitiam composito vultu, & tenero sermone testamur. Ad haec, alii facile nostrum laudare ingenium; reddere alii grates humanissime; quidam nimiam abeundi celeritatem aegre ferre; honestissimam discedendi caussam nonnulli, utpote aequiores rerum aestimatores, agnoscere, ac probare. Hos benevolentiae sensus tenerrime excipimus; & mutuo, interclusis jam in ore verbis, in amplexus, in oscula irruimus; & gemebundi, ac taciti, &, ne ipso quidem integro spiritu, ac voce, invicem salute data, ac acceptâ, discedimus. Inde post paucos dies, Jurisconsultorum Rempublicam, votis prius tandem expetitam, tot deinde laboribus, ac periculis aditam, ac denique non paucos menses cultam, ac lustratam, relinquimus.

Pelago, ac ventis iterum nos committimus; Italianam versus dirigimus cursum; Superi secundant navigationis vota; Caelo utimur nunc sereno, nunc

Eee 2 sub-

subnubilo, rarissime turbido, ac minace : Placuit,
nec periculo iter festinare, nec taedio cohibere :
Varios videmus populos, urbes, regiones ; novos co-
gnoscimus mores, artes, instituta ; alibi literas exi-
mie cultas, alibi languide pertractatas, alibi ignavi-
ter spretas, ac derelictas : Tandem post menses XIV,
paulo ante meridiem,

*Venimus ad Capreas; ridentibus excipit undis
Nos Crater, patrii nos beat aura sinūs.
Aspectu dulci, aspectu recreamur amico;
Laetamur, salvos jam redisse domum.
Cernimus, hinc veteres Stabias, & aprica Vesevi
Rura, ac Herculeis tecta locata plagis;
Pausilypumque illinc, & Olympica litora, ab umbris
Defensa, & vario fonte perennis aquae.
Dum se se objectis pascunt his lumina rebus,
Quaeque diu non sunt visa, videre flagrant,
Flevimus occultā, quae pectorē nata repente est,
Lactitiā, & lacrymāe sponte per ora cadunt.
Has fudit lacrymas moeror, dum excessimus olim;
Has lacrymas fundit, dum remigramus, Amor;
Nemo quippe valet non flendo linquere, nemo
Non flendo patrum rursum adire solum.
O quam cara dies haec est, clamazimus; in qua
Nasci iterum, atque iterum vivere posse datum est;
Conjunctos posse amplecti, posse oscula Amicis
Dividere, antiquos posse habitare lares.
Gratia sit vobis, Superi; nam, munere vestro,
Exhilarant nostrum gaudia tanta finum.
Nanc igitur liceat, vitam traducere inertem;
Tranquilla liceat nunc quoque sorte frui.*

Sue-

JURISCONSULTORUM. 405

*Suavis erit post suscep^tos pax nostra labores;
Suavis erit post eoc dura pericla quies.
Sic est, qui passi sunt ante incommoda, multo
Hi melius, quam sine otia grata, vident.*

*Nunc quod postremum est condimentum Fabulae,
Si placuit, plausum postulat Comœdia.*

Plautus in Poenule.



Rev

*Reverendissimus Dominus Canonicus D. Dominicus Vanalesta
videat, & in scriptis referat. Neapolis 1. Octobris 1731.*

D. ANTONIUS CANONICUS CASTELLI VIC. GEN.

D. Petrus M. Giptius Can. Dep.

EMINENTISSIME DOMINE

Librum, cui titulus *Respublica Jurisconsultorum*, tantâ cum suimi mei admiratione, & voluptate percurri, ut quid fuerit potius, quid laudem magis, adhuc anceps haeret animus; adeo cuncta, sive thesim species, sive hypothesim, ad eam perficiendam, quam doctissimus Juvenis aggressus est, difficilem provinciam, convenienti aequae, ac laudabiliter collimant. Mirum siquidem est, quantâ totum Opus scateat eruditione, ex antiquis una, ac recentioribus selectissimis Scriptoribus, perpetuò, ut ita dicam, repetitâ; Mirum, quae verborum elegantia, quae proprietas, ubi solutâ utitur oratione; quis lepor, quae venustas, quanta facilitas in iis elegis conscribendis, quibus passim, quo magis resulgeat, sapientissimi Auctoris laxatur ingenium; ac praecipue ubi Romanorum, e Graecis accersitiae obscurissimae leges, continuo, ac nitidissimo carmine pro rei magnitudine, ac summi ad omnium captum felicitate, extricantur, explanantur, exornantur: Quapropter, cum ne minimum quidem irrepserit, quod vel bonis moribus non bene consonet, vel sacrosanctae Fidei ortodoxae vim faciat integritati, ubi tua, P. Em., quae semper est præhabenda auctoritas, adcesserit, ad Auctoris gloriam. Patriae ornamentum, ac cupidae legum Juventutis exemplum, typis censeo mandandum. Neapoli VI. Idus Octobris MDCCXXXI.

Em. V.

*Additiss. Humillim. Obsequentiß. Famulus
Dominicus Vanalesta.*

At-

*Attesta supradicta relatione, Imprimatur. Neapoli 15.
Octobris 1731.*

D. ANTONIUS CANONICUS CASTELLI VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Can. Dep.

*Magn. Judex M.C.V. D. Franciscus de Onupbrio videat,
& in scriptis referat.*

MAZZACCARA REG. ULLOA REG. GIOVENE REG.
PISACANE REG. VENTURA REG. CASTELLI REG.
PEYRI REG.

Provismum per S.E. Neap. 15. Martii 1731.

Mastellonus.

EXCELENTISSIME DOMINE

Materiem hanc antiquae Originis, & progressus Romanæ Jurisprudentiae, & quas obierit longâ soeculorum serie vicissitudines, à pluribus quidem non poenitendis, & nostrâ quoque aetate egregiis commentariis tractatam invenias. Quis ergo toties peractam adhuc repetens, operae pretium faciat? Is est profecto hujus Operis Auctor, quod inscribitur *Respublica Jurisconsultorum*. Novus est Titulus, nova Epigraphe, & novum Inventum, quod foelicissimo ausu contexitur. Est enim Satyricum, & lepidissime fabulosum Opus, & fax luminosa Veritatis, à qua proficiscitur, & quam luculenter exornat; quo hanc Historiam, et si non blandientem, nec voluptuosam, sed quasi tetricam, continuo tamen, & jucundissimo aspectu legentium oculis subiicit, & multigenâ eruditione refertam,

tam , Musas quoque , & Apollinem opportunis locis accer-
fens , variis Poësis generibus , quibus mirum , quam Auctor
cultus sit , & excellat ; & quo denique amoenissimâ , & di-
gnâ doctis Viris jucunditate , intima Jurisprudentiae aedas
penetralia , recteque varias , & diversas Scholas agnoscas ; &
quanti unaquaeque aestimanda , quantive etiam , & quo
loci , & honore omnis aevi Jurisconsulti , & Doctores ha-
bendi . Hoc opus ergo , iussu E. V. cum ita (& lubens
quidem) legerim , & expenderim , nusquam sane bonis mo-
ribus , nostrique Invictissimi , & Augustissimi Monarchae
supremis Juribus , vel minimum , officiens , & jam sui famâ
omnibus expetitum ; accidente E. V. auctoritate , luce pu-
blicâ donandum , censeo , Neapoli XII. Kal. Novembris
MDCCXXXI.

Exc. V.

Humillimus , & additissimus Cliens
Franciscus de Onuphrio.

*Visa supradicta relatione , Imprimatur , & in publicatio-
ne servetur Reg. Prog.*

MAZZACCARA REG. UELLOA REG. GIOVENE REG.
PISACANE REG. VENTURA REG. CASTELLI REG.
PEYRI REG.

Provisum per S. E. Neap. die 26. Octobris 1731.

Mastellonus.

IN-

I N D E X A U C T O R U M .

**Quorum dicta , ac sententiae in hoc
Opere recensentur , aut scriptio nis
Vitia, seu Virtutes enucleantur.**

A
*Abbas Urspergensis pag.
gin. 21.*
*Accursius pag. 23. 92. 104.
111. 119. & seqq. 146.
198. 203. 266. 292.*
Acosta. Jan. pag. 259.
Aelianus pag. 165. in Not.
Africanus pag. 203.
Agathias pag. 109.
*Agellius pag. 47. 66. 168. in
Not. 217. 224. in Not.*
*Albericus pag. 21. 214. in
Not.*
*Alciatus pag. 89. 91. 118.
119. in Not. 174. & seq.
183. & seqq. 198. 206.
219. 236. 267. 281. 363.*
*Alexander pag. 247. in Not.
268.*
*Alexander Papa III. pag.
143.*

*Alexander ab Alexandro
pag. 17. in Not. 147. &
seqq.*
Alphredus pag. 20. in Not.
Alphenus pag. 295.
*Ammianus Marcellinus
pag. 110.*
Anacreon pag. 206. in Not.
Anania - Joannes pag. 265.
*Angelus pag. 247. in Not.
263. 268. 273.*
*Appianus pag. 15. in Not.
108. 246. in Not.*
Apulejus - Lucius pag. 220.
Aratus pag. 294.
*Aretinus - Angelus pag.
111.*
Aretinus - Petrus pag. 228.
Arnaldus pag. 228.
Arrianus pag. 108.
*Arengberius Gaspar . pag.
265.*

F f f Ari-

Aristoteles pag. 4. 149. 158.
E seqq. 204. 216. in Not.
 259. 263. in Not.
Arthurus Duck pag. 142.
 in Not.
Asconius pag. 217.
Aspasia pag. 14.
Afinius pag. 204.
Atbenaeus pag. 16. 106.
 225. in Not.
Attius pag. 129.
Augustinus-Antonius pag.
 45. 127. in Not. 136. in
 Not. 137. 241.
Augustinus-Aurelius pag.
 19. in Not.
Ausonius pag. 79.
 120 pag. 119. 146. 198.

B

B *Acovius* pag. 175.
Baldinus-Franciscus
 pag. 68. 102. *E* seqq. 177.
 200. 280. 366.
Baldus pag. 82. 144. 198.
 247. 251. *E* seqq. 268.
Barbatus pag. 247. in Not.
Bartolus pag. 104. 136. in
 Not. 145. 170. 177. 198.
 213. 247. 262. 268.
Baronius pag. 108. in Not.
Baro-Eguinar. pag. 240.
Bemius Paulus pag. 228.

Bebambus - Ferdinandus
 pagin. 245. in Not.
Bernardus pag. 142.
Bertrandus-Joannes pag.
 47. in Not.
Blanascus-Joannes pagin.
 261.
Bodinus pag. 107. in Not.
 110. in Not. 200. 237. in
 Not. 370.
Bondius-Joannes pag. 16.
Boelerus pag. 108. in Not.
Boissardus pag. 144. in Not.
Boreus pag. 245. in Not.
Brandes-Joannes pag. 62.
 in Not.
Brenemannus pag. 21. in
 Not. 25. in Not. 45. in
 Not. 104. in Not. 241. in
 Not.
Briffonius-Barnabas pag.
 23. 269.
Brixienfis-Bartholomaeus
 pag. 244.
Budaeus-Gulielmus pag.
 23. 118. 126. *E* seqq.
 151. 218. 270.
Bulgarus pag. 119. 121.
Butrius-Antonius pagin.
 247. in Not.

C

C *Aelius* pag. 83.
Caesar pag. 109.
Cat-

- Calvinus* - *Joannes pag. 85.*
in Not.
Callistenes pag. 107.
Caepola *pa. 247. in Not. 248.*
Capilupus - *Laelius pag. 19.*
Capitolinus pag. 110.
Cappellus - *Jacobus pagin. 222. & seq.*
Carrarius - *Vincentius pag. 63.*
Cartesius pag. 190. & seqq.
Casaubonus pag. 107. in Not. 204. in Not.
Castrensis - *Paulus pag. 104. 179. 247. in Not. 262. in Not.*
Cato Marcus Porcius pag. 83. 128. 211. 215. 285.
Catullus pag. 76.
Cave Gulielmus pag. 17. in Not. 108. in Not.
Christina Pisana pag. 16.
Chrysippus pag. 47. 165.
Chrysostomas pag. 107. in Not.
Cicero p. 2. in Not. 3. 9. 15. in Not. 33. 35. 40. 43. 44. 46. 47. 67. 70. 83. 109. 112. 127. 129. 156. 165. in Not. 170. 174. 180. & seqq. 199. in Not. 203. in Not. 204. 222. & seq. 239. 246. 294. 361.
- Cioffus* - *Andreas pag. 44.*
Claudianus pag. 110.
Cleantbes pag. 165.
Cognatus - *Gilbertus pag. 269.*
Connanus pag. 235. 241. 280.
Contius - *Antonius pag. 92. 171.*
Corasius pag. 199.
Cornelia pag. 15.
Corinna pag. 202.
Corvinus - *Arnoldus pag. 278.*
Cotta Catellianus pag. 136. in Not.
Cravetta - *Simon. 242.*
Cujacius pag. 45. 49. 123. 130. 143. 153. & seqq. 169. 178. & seqq. 200. & seqq. 206. 238. in Not. 256. & seqq. 274. & seq. 280. 286. 363.
Cynus pag. 136. in Not. 401.

D

- D** *Apbine pag. 14.*
Decius pag. 237. 247. 248. in Not.
Defensor veterum Jurisconsultorum pag. 217. in Not.
Demosthenes pag. 17. in F ff 2 Not.

Not. 203.

Denhofer - Christian pag.
245. in Not.

Dio Cassius pag. 108.

Diodorus Siculus pag. 14.
in Not. 107.

Dioscorides pag. 257.

Diotima pag. 14.

Donatus pag. 217.

Donellus pag. 200. 206.
241.

Dosjatius pag. 92. § seqq.

Duarenus pag. 152. 174.
200. 235. 237. 255. §
seqq. 280. § seqq.

Dukcrus pag. 222. § seq.
366. in Not.

Durantus - Gulielmus pa-
gin. 261.

E

E *Gnatus - Baptista* pa-
gin. 270. in Not.

Ennius pag. 82. 83. 129.

Everardus - Nicolaus pag.
176.

Euripides pag. 6. 17. 291.

Eutropius pag. 110.

F

F *Aber - Antonius* pag.
49. 83. § seqq. 238.

Faber - Joannes pag. 273.
275.

Faber - Petrus pag. 239.
259. 269.

Farnabius - Thomas pag.
296.

Fasolus - Joannes pag. 261.

Fatius - Franciscus pagin.
88.

Fermatus - Petrus pagin.
289.

Ferretius - Aemilius pag.
242. 274.

Festus Pompejus pag. 2. in
Not.

Ficardus pag. 177. 263. in
Not.

Filistas pag. 107.

Floridus - Franciscus pag.
218. § seq. 363. in Not.

Florus pag. 110.

Forcatulus pag. 25. 201.
245. in Not.

Forsterius - Valent. pagin.
149. in Not.

Freberus pag. 143.

Fulgoſius pag. 15. in Not.
214. in Not.

Gad-

G

G Addius - Jacobus pag. 44. in Not.
Galba pag. 294.
Gallicanus pag. 110.
Galvanus pag. 200.
Gattus-Antonius pag. 143. in Not.
Gentilis-Albericus pag. 24. 86. in Not. 104. in Not. 105. 110. in Not. 111. in Not. 128. 129. 136. in Not. 173. in Not. 174. & seqq. 198. in Not. 202. & seqq. 211. in Not. 258. 268. in Not. 272. & seq. in Not. 274. 282. 363.
Gentilis - Scipio pag. 45. 289.
Giphanius pag. 245. in Not. 362.
Gordonius pag. 171.
Gosia - Martinus pag. 246. 362.
Gotbosredus - Jacobus pag. 44. 95. 143. in Not. 172. 271.
Goveanrus - Antonius pag. 162. 238. 240. & seq. 274.
Gravina - Vincentius pag. 14. in Not. 87. 174. in

Not. 271. 275. 289. 291, in Not.
Gronovius pag. 228.
Grotius - Hugo pag. 45. 86. 295.
Grotius - Gulielmus pag. 236. in Not.
Gruterus pag. 199. in Notis.
Guzmannus pag. 177.
Gyraldas - Lylius pag. 204. in Not.

H

H Aberkonius - Petrus pag. 245. in Not.
Halicarnassaeus pag. 14. 107.
Haloander pag. 91. 212. in Not. 217.
Harmenopulus pag. 130.
Harpocration pag. 17. in Not.
Helena pag. 14.
Heinsius - Nicolaus pagin. 238. in Not.
Heraclitus pag. 49. in Not.
Heraldus - Desiderius pag. 44. 68. in Not.
Herodianus pag. 108. 110.
Herodotus pag. 106.
Hermogenianus pag. 236.
Hesiodus pag. 289.
Hieronymus pa. 15. in Not.
Hil-

- Hilligerus* pag. 179.
Hoffmannus pag. 206. in
 Not.
Homerus pag. 7. 9. in Notis.
 92. 173. 289. & seq.
Homodens pag. 247. in Notis.
Horatius pag. 4. 5. 11. 14.
 16. 33. 41. 50. 65. 131.
 149. 294.
Hotomannus - Franciscus
 pag. 68. 151. 174. 199.
 206. 237. & seq. in Not.
 240. 269. 272. 274. 280.
 366. & seqq.
Huetius pag. 195. in Not.
 226.
- I
- J Asbn* pag. 105. 203. 247.
 263. & seqq.
Joannes - glossator pagin.
 119.
Joannes - Andreæ pagin.
 244.
Imola - Joannes pag. 212.
 263.
Jobstas - Paullus pagin. 19.
 204. in Not. 226.
Innerius pag. 45. 119. 212.
Ieterus - Jo: Christ. pagin.
 45.
- Julianus - Salvius* pagin.
 369.
Justinianus pag. 48. 122.
 365. & seq.
Juvenalis pag. 16. 284.
- K
- K Oningius* pag. 365. in
 Not.
- L
- L Abeo* pag. 170.
Lærtius pag. 165. in
 Not.
Lampridius pagin. 19. in
 Not. 110.
Lascaris-Andreas pa. 204.
Lascaris - Janus 270.
Leclarius pag. 199.
Leickberus pag. 171. in
 Not. 257. in Not. 269. in
 Not. 367. in Not.
Lescurius pag. 179.
Licinius Rufinus pag. 144.
Lipsius pag. 204. in Not.
 238. in Not.
Livius pag. 109. 204.
Longinus pag. 107. in Not.
Lucanus pag. 15. 295.
Lucianus pag. 14. in Not.
 157. 181. in Not.
- Ma-

A U C T O R I M. 415

M

- M** *Acrobius pag. 7. in Not. 217.*
Mangilius pag. 177.
Mantua - Marcus pag. 45. in Not. 62. in Not. 88. in Not. 249.
Manutius - Paullus pagin. 34. in Not. 204. in Not. 226. in Not.
Maranus - Gulielmus pag. 172. 259.
Marcianus pag. 122.
Martia Proba pag. 20.
Martinus Fani Fortunae pag. 213. 243. 256.
Martucius pag. 179.
Massola - Philippus pagin. 245. in Not.
Matbilda pag. 20.
Menkenius pag. 110. 267. in Not.
Mercerius pag. 62. 90. in Not. 151. in Not.
Merillus pag. 130. 167. & seqq.
Minos - Claudius pag. 218. & seq. in Not. 237. in Not.
Modestinus pag. 129. 197. 370.

- Mollembeccas - Henricus pag. 245. in Not.*
Molinacus - Carolus pagin. 177.
Montanus pag. 110.
Mornaeus pag. 204. in Not.
Moses 288.
Mureetus pag. 211.
Myzingerus pag. 199. 273. in Not.

N

- N** *Atben - Stephanus pag. 245. in Not.*
Nerva pag. 233.
Neveletus - Petrus pagin. 68. in Not.
Neviranus pagin. 244. in Not. 247. in Not.
Nigellus pag. 170.
Nonius pag. 217.
Noodt-Gerardus pag. 175.

O

- O** *Dofredus pagin. 104. 119. 129. 146. in Not. 198. 246. in Not.*
Offilius pag. 232. in Not.
Oltradus de Ponte pagin. 262.

Oro-

- Orosius - Paullus pag. 110.*
Orpheus pag. 289.
*Osius Aurelius pag. 169. in
Not.*
*Otto - Everardus pag. 67.
in Not. 104. in Not. 177.
234. in Not. 241. in Not.*
*Ovidius pag. 8. in Not. 11.
13. 19. 26. 27. 81. 285. in
Not. 293.*
- P**
- Pacius - Julius pagin.
275.*
Pacuvius pag. 212.
Palaemon pag. 204.
*Palearius - Antonius pag.
68.*
*Pallierenfis - Jacobus pag.
261.*
Panormitanus pag. 265.
*Panzirolus - Guidus pag.
62. in Not. 82. in Not.
125. in Not. 145. in Not.
176. in Not. 201. in Not.
212. in Not. 213. in Not.
234. in Not. 242. in Not.
244. in Not. 248. in Not.
261. & seqq. in Not.*
*Papinianus pag. 48. 87. 170.
175. 179. 199. & seq.
234. 370.*
- Papyrius Massonius pa. 10.
in Not. 25. in Not. 201. in
Not. 205.*
Papyrius pag. 197.
Papyrius Fronto pag. 122.
Parisius - Paulus pag. 248.
*Pasquier - Stephanus pag.
209. in Not.*
Patricius pag. 110.
Paullus pag. 47. 234.
*Pausanias pag. 14. in Not.
202. in Not.*
Pepo pag. 212.
*Perezius - Antonius pagin.
277.*
*Pericles pag. 14. in Not.
186.*
*Petris - Franciscus pagin.
292. in Not.*
*Petronius Arbiter pag. 40.
153.*
*Phaedrus pagin. 2. 11. 46.
204. 264.*
Philostratus pag. 108.
Photius pag. 108. in Not.
*Pindarus pag. 202. 206. in
Not.*
*Pirekheimius pag. 257. in
Not.*
Pithoces-Andreas pag. 90.
*Pithoces - Petrus pag. 151.
259. 269.*
Placentinus pag. 119.
Pla-

Plato pag. 3. 7. in Not. 14.
 in Not. 49. in Not. 150.
 173. 182. 204. 259. 290.
& seq.
Plautus pag. 2. 9. 19. 34. 83.
 228. 239. in Not. 279.
 405.
Plinius pag. 10. in Not. 34.
 in Not. 129. 133. 151. *&*
seq. 257. 279.
Plutarchus pag. 14. 19. in
 Not. 47. 69. in Not. 108.
 110. 168. in Not. 210. in
 Not.
Poggius pag. 225.
Politianus pa. 44. 118. 228.
Polla Argentaria pag. 15.
Pollio pag. 110.
Polybius pag. 107.
Pomponius pag. 198.
Pope-Blount pag. 226. in
 Not.
Porcius - Leonardus pag.
 270.
Possevintas pag. 204. in Not.
Prævidellus - Hieronymus
 pag. 62..
Prideauxius pag. 102. in
 Not.
Priscianus pag. 217.
Procopius pagin. 108, 363;
 366.
Pyleus pag. 119.

Q
Uintilianus pag. 15.
 in Not. 109. in Not.
 128. in Not. 153.
 204. in Not. 212. in Not.
 227. 233. 278. in Not.
 279. 291.

R

R *Amus - Petrus* pag.
 162. 204.
Rapinus pag. 107. in Not.
Regius - Ludovicus pagin.
 242.
Rhodiginus pagin. 365. in
 Not.
Richardus - Malumbræc
 pagin. 176.
Ripa - Franciscus pag. 62.
 266. in Not.
Robertus - Joannes pagin.
 171. 200.
Robortellus pag. 267.
Roffredus pag. 244.
Romanus - Ludovicus pag.
 263.
Rovanis - Jacobus pag. 244.
Rutilius - Bernard. pagin.
 174. in Not.

Ggg**SæL**

S

S Allustius pag. 83.
 Salmatius - Claudio pag. 44. 67. 238.
 Sarisberiensis- Joannes pag. 295. in Not.
 Saturninus pag. 234.
 Scaevola pag. 122. 235.
 Scala-Bartholomaeus pag. 44.
 Scaliger - Caesar pag. 204.
 in Not. 228. 289. in Not. 290. 295.
 Scaliger- Josephus pa. 108.
 in Not. 129. 204. in Not. 211. 228. 238. *Eg* seqq.
 Schegkius pag. 174.
 Schillerus - Joannes pag. 295. in Not.
 Scobaltingius - Antonius pag. 143. in Not. 144. in Not. 368.
 Scholiafestes vetus Juvenalis pag. 81.
 Scioppius pag. 204.
 Scottus- Andreas pag. 241.
 in Not.
 Seldenus pag. 102. in Not.
 Seneca pag. 43. in Not. 255.
 Servius pag. 217. 293. in Not. 295. in Not.

Sigonius-Carolus pag. 109.
 in Not. 110. in Not. 268.
 in Not.
 Silius Italicus pag. 294.
 Socinus pag. 118. 199. in Not. 248.
 Socrates pag. 3. 14.
 Solon pag. 289.
 Spartanus pag. 83. 110. in Not.
 Spiegellius pagin. 129. in Not.
 Stankus pag. 14. in Not. 69. in Not. 165. in Not.
 Statius pag. 15. in Not.
 Stekius pag. 172.
 Stephanus - Henricus pag. 106. in Not.
 Stobejus pag. 165. in Not.
 Strabo pag. 9. in Not. 48.
 Strauchius pag. 199. 362.
 in Not.
 Struvius pag. 241.
 Suetonius pag. 43. in Not. 110. 127. 204. in Not.
 Svidas pag. 362.
 Sulpitius pagin. 174. 214.
 Syphrianus-Antonius pag. 90.

Ta-

T

T *Acitus pag. 19. 109.*
T *Tartagnus-Alexander pag. 263. & seqq.*
Tigrinus-Franciscus pag. 263.
Teffierius pagin. 148. in Not. 286. in Not.
Teopompus pag. 107.
Terentius pag. 5. 8. 32. 260. 264.
Theocritus pag. 127.
Theodorus-Cynulcus pag. 225. in Not.
Thomasius pagin. 259. in Not. 269. in Not.
Thuanus pag. 204. in Not.
Thucydides pag. 107.
Tilius-Joannes pag. 143.
Timaeus pag. 107.
Tiraquellus pagin. 16. in Not. 148. & seq.
Trapezuntius pag. 204.
Trebatus Testa pag. 174. 183. 294.
Treutlerus pag. 179.
Tribonianus pag. 362. & seqq.
Tubero pag. 232.
Tuningius-Gerardus pag. 277.
Tyrteus pag. 289.

V

V *Alerius Valentinus pag. 2. in Notis.*
Valerius-Maximus pagin. 15. in Not. 28. in Not.
Valla-Laurentius pagin. 137. 215. & seqq.
Vallemontius pag. 108. in Not. 109. in Not.
Varro pagin. 19. 204. 215. 218.
Vellejus Paterculus pagin. 109. & seq.
Vidor-Petrus pag. 18. in Not.
Vigellius pag. 174.
Vigilius pag. 273.
Ulpianus pagin. 17. in Not. 22. 85. 87. 170. 177. 199. 224. 234.
Vinnius-Arnoldus pagin. 275. & seqq.
Virgilius pag. 80. 83. 204. 293.
Vives-Ludovicus pagin. 108. in Not. 204. in Not. 216. in Not. 225.
Unverfartbius - Martius pag. 245. in Not.
Vopiscus pag. 110.
Vossius pagin. 107. in Not. 108.

108.in Not.109. & seq.
in Not.148.in Not.204.
in Not.

Waechterus pag.177.
Wesembecius pag.202.
Wolfius pag.277.

X

X *Enoplon* pag.107.

*Meliores, ac emendatores in quibusdam locis
Lectio[n]es.*

P Ag. 11. vers. ult. lege impellat? Pag. 14. vers. 10. conditio. Pag. 18. vers. 16. super re. Pag. 29. vers. 3. *Quaere, quid est Codex, quid sunt &c.* Pag. 42. vers. 15. expertus quod fuit olim *Gulielmus Budaeus*. Pag. 113. vers. 29. nec se continet *ira sua*. Pag. 120. vers. 16. *ampullarum*. Pag. 135. vers. 22. *caelo*. Pag. 205. vers. 9. *abundat non*. Pag. 235. Not. 51. *In comm. tit. De receptis Arbitris*. Pag. 240. vers. 11. *pollere eloquendi*. Pag. 286. vers. 22. *bymni*.

Osterreichische Nationalbibliothek



+2193014101

Digitized by Google



